MEMORIE SPETTANTI ALLA STORIA, AL GOVERNO ED ALLA...

Digitized by Google

VIA PROCONSOLO 3
FIRENZE

11. 2. 241

Digitized by Google

Digitized by Google



DOCUMENTI
ILLUSTRATIVI
ed
INDICE GENERALE
DELLA STORIA
DELLA CITTA' E CAMPAGNA
DI MILANO

del conte

GIORGIO GIULINI

NUOVA EDIZIONE

CON NOTE ED AGGIUNTE

MILANO
FRANCESCO COLOMBO
EDITORE-LIBRAJO
Contrada S. Martino num. 3.

Digitized by Google

Digitized by Google

DOCUMENTI ILLUSTRATIVI

PER LA STORIA

DELLA

CITTÀ E CAMPAGNA DI MILANO

DEL CONTE GIORGIO GIULINI.

DAL SECOLO VIII AL XV.

Digitized by Google

Digitized by Google

DOCUMENTI
Illustrativi
ED INDICE GENERALE
DELLA STORIA
DELLA CITTÀ E CAMPAGNA
DI MILANO
DEL CONTE G. GIULINI

Vol. VII.
ed ultimo.

MILANO
Francesco Colombo, Editore-Librajo.
1857.

PAR. BRENTINAE BIBLIOTH.

Digitized by Google

AL LETTORE

Nello stendere le Memorie della Città e Campagna di Milano, *il conte Giorgio Giulini, tutta vi poneva quell'accuratezza che ad abile e coscienzioso scrittore si addice. Compulsò quindi tutte le opere storiche che alla sua avessero rapporto, sia italiane che straniere; frugò in tutti gli Archivj di Milano e dintorni, nè insomma risparmiò fatica onde rendere l' opera sua interessante ai Milanesi. In prova pertanto di tale diligenza collocò alla fine d'ogni volume l'indicazione delle fonti cui attinse i documenti che gli furono scorta in questo suo letterario lavoro, come anche i documenti medesimi editi o inediti: pazientissima cura, e degna al certo di lode. E per vero, la storia è cosa infruttuosa e vana, se comprovata non sia da contemporanee testimonianze: corredo indispensabile*

Digitized by Google

oggidì per dare ai fatti quella verità che formar debbe il precipuo loro carattere, giacchè ormai appare a tutti manifesto quanto erronea fosse quella via da molti percorsa di narrare la storia per sfoggio di eloquenza, e non altro, avendo solo a modelli e Tito Livio, e Tacito, e Cesare, e Sallustio, e via via.

E che siffatto bisogno serva tra noi, ce lo dimostra il pubblicarsi in ogni città raccolte d'importantissimi documenti, fra cui primeggiano quelle stampate a Torino dalla Società di Storia Patria, dall' Archivio storico di Vieusseux, *le Napoletane, le Parmensi. La raccolta di Cronisti e Documenti storici Lombardi inediti, che si va pubblicando dallo stesso Editore di quest'opera, e che ebbe principio con quella del Grumello, ecc.*

Il sapere l'Archivio di Milano ricco di preziosissimi manoscritti, e come venga con sapiente zelo riordinato dall'attuale direttore signor Luigi Osio, ci tiene sicuri che anche questa città darà finalmente opera alla pubblicazione d'inediti documenti, onde va doviziosa, fra cui il famoso carteggio ducale, già esistente nell'Archivio del Castello, ed altri di non minore importanza.

Massimo Fabi

NB. Si avverte il lettore che parecchi documenti dal Giulini accennati come esistenti presso gli archivj dei conventi di sant'Ambrogio, santa Radegonda, s. Vittore, ed altri, i quali furono soppressi, meno pochi, che andarono disperse nel tramestio universale delle repubbliche cisalpina e italiana e del regno d' Italia, si conservano ora nell'archivio generale di s. Fedele, e disposti in bell'ordine per chi ne volesse fare il confronto. In quanto a quelli dell'archivio di Monza si trovano anche ora nella medesima città. Il canonico Frisi ne pubblicò parecchi nelle sue *Memorie Monzesi*, come anche i principali del monastero di sant'Ambrogio, dal Fumagalli.

Digitized by Google

DOCUMENTI ILLUSTRATIVI.

SECOLO VIII.

An. 777. = Fondazione di uno spedale nel luogo di Campilione, ora Campione, del territorio di Seprio. *Murator. Antiq. medii ævi. Tom. II, pag.* 1029.

» 784. = Convenzione fra un chierico per nome Teoperto e Benedetto abate del monistero di sant'Ambrogio di Milano, nuovamente fondato da Pietro arcivescovo della stessa città. *Puricel. Dissert. Ambros. N.* 14.

» 787. = Fondazione di uno spedale per gli esposti nella città di Milano, istituito da Dateo arciprete della santa Chiesa Milanese. *Murator. supracit. Tom. III, pag.* 587.

» 789. = Privilegio conceduto da Pietro arcivescovo di Milano al monistero di sant'Ambrogio da lui fondato. *Puricell. supracit. N.* 17.

Circa gli stessi tempi. = Diploma di Carlo Magno re d'Italia in favore del monistero di sant'Ambrogio di Milano. *Puricell. supracit. N.* 24.

SECOLO IX.

» 806. = Privilegio conceduto da Odelberto arcivescovo di Milano al monistero di sant'Ambrogio. *Puricell. supracit. N.* 29.

» 822. = Sentenza data in Milano da Gausurio gastaldo e Ariberto luogotenente della stessa città, ed altri giudici, a favore del monistero di sant'Ambrogio. *Nell' archivio dello stesso monistero.* = Dum se conjunsessent, idest Dominicus una cum Conjuge sua Luba, habitatoris Valletellina, locus, ubi nominatur..... nec non ex alia parte Nonio Munachum, et Preposito Mona-

Digitized by Google

sterii Sancti Ambrosii Confessoris.... muro Cividatis Mediolani presentia Gausurius Gastaldio, Ariberti Locoposito Cividatis Mediolani, Johannis Scavino, Rachibert Presbiter Tholomeo, et Auperto da Porta Argentea, Marchardrato, Odelfrit de Calvaria, et alii pluris in Consididum, illo quas dicebant Vvadium firmandum haberit cum parte Monasterii Sancti Ambrosii, eo quod suprascripta Luba Conjuge ipsius Dominiconi, qui Camonno vocatur, una cum agnitione suas, pertinentis Monasterii Sancti Ambrosii esse deverint, et dicti conjuncti fuissent ambas partes in ipso Constitudum, quas posidum habueret presentia suprascripti Audidoribus, per portanda libertate de ipsa Lubane Conjuge sua, qualiter melius potuessent: sic interrogaverunt jamdictis Audidoribus suprascripto Dominicone, qui Camonno vocatur, si poterint per portare livertate de ipsa Lobane Conjuge sua, an non: qui dixit suprascripto Dominicus, et ida manifestavit, quod menime ejus livertade, nec de agnitione sua, idest Urso, Martino, Bonello, Luboura, Suranda, et Laurentia, per portare, vel aduniare poterit; nisi dixit, et ida manifestavit in suprascriptorum Audidoribus presenti, quod ipsa Luba Conjuge ejus, una cum agnitiones suas, pertinentis Monasterii Sancti Ambrosii esse deverit. Post hac professione, seu manifestatione facta, parvit ad suprascriptis Audidoribus, et ida indigaverunt, ut secundum ipsius Dominiconi professione, vel manifestatione, revistiri deverit da suprascripta Lubane Conjuge, vel agnitionis ejus, suprascripto Nonio Munachum, et Preposito, ad parte Monasterii Sancti Ambrosii; sicuti et ipse Dominicus, qui Camonno vocatur, presenti per mano suprascripta Conjuge sua Luba, una cum agnitione sua, investivit jam dicto Nonio Munacho, et Preposito, ad parte Monasterii Sancti Ambrosii habendum; et in eo modi finida est hanc altergatio: unde qualiter ata, vel deliverada est causa, hanc noticia, pro perpetim firmidatem, ad parte Monasterii Sancti Ambrosii, suprascripti Audidoribus mihi Jonam scrivere admonuerunt, et eorum relicta est. Acto Mediolani Anni Imperii Dom. Hludovvicus nono, vigesima diæ mense Magi, Indictione quintadecima, feliciter. Quod superius menime memoravimus subter adreximus. Interrodanda est ipsa Luba ad suprascriptis Audidoribus, ut si ipsa aliquid poterint per portare de sua libertate: qui professa est, et ida manifestavit sicuti Jugale suo Dominico, quod nulla de sua livertate, nec de sua agnitione, facere, nec perportare poterit, nisi pertinentis esse deveri suprascripti Monasterii Sancti Ambrosii. — Signum manus Gausurii Gastaldio, qui in his actis interfui. — Ego Aribertus interfui. — Ego Auperto interfui. — Signum manus Marchardirato, qui in his actis interfui. — Ego Johannes interfui.

An. 835. = Privilegio conceduto da Angilberto II, arcivescovo di Milano al monistero di sant'Ambrogio. *Puricell. Ambros. N.* 44.

Circa gli stessi tempi. = Esame di testimonj fatto nel luogo di Lemonta, per una lite fra Angelberto agente dell' imperatore e Giovanni arciprete di Massalia. *Nell'Archivio del Monistero di Sant'Ambrogio.* = Breve Inquisitionis, quod fecerunt Anspertus, et Ambrosius Missi Gausus Gastaldius, de causa Domni Imperatoris in Curte Lemonta, unde intentionem habent Angelbertus

Digitized by Google

Actor Domni Imperatoris de ipsa Curte, cum Johanne Archipresbytero de Ecclesia Massalia, et Advocato ejus Adelpert de Casale ipsius Ecclesia; qualem conditionem ad ipsam Curtem Domini Imperatoris facere debeat, hoc est ipsum Casale in loco, qui nominatur Conni; qualiter exinde juraverunt homines, circummanentes ipsa loca, ut quicquid exinde scirent certam dicerent veritatem. In primis homines de Belasio. Besolo dixit, et recordavit. Certe scio, et bene memoro hodie per annos XXV, et amplius, facientem talem conditionem Casale illo de Conni, que pertinet de Ecclesia Massalia, in Corte Domni Imperatoris Lemunta, que et homines illi, qui in ipsa casa habitabant, per conditionem, adiuvabant, et colligebant Oliveta illa de Curte ipsa, et premebant ipsum Oleum, seu adiuvabant illud evehere ad Civitatem Papiam; et si hoc non faciebant, tunc pertinentes de ipsa Curte Domni Imperatoris potestative pignorabant ipsam Casam, vel homines illi, qui inibi habitabant; et debent minare remos, et persolvere per annos fœnum fascium unum. Gripaldus homo senex dixit. Scio per annos quadraginta Casale illo in Conni, quod pertinet da Massalia, habentem talem conditionem in Curte Domni Imperatoris Lemunta, que et homines, qui in ipsa Villa habitabant, per conditionem adivabant colligere Oliveta de ipsa Corte; et si hoc non faciebant pertinentes de ipsa Corte potestative pignorabant ipsam Casam, et homines, qui ibi habitabant. Andro homo Senex dixit. Scio per annos XXXV homines, qui habitabant in Casa illa Conni, que pertinet de Ecclesia Massalia, per conditionem, adiuvare colligere Oliveta Domni Imperatoris in Lemunta; et si hoc non faciebant tunc pertinentes Domni Imperatoris de ipsa Corte potestative pignorabant ipsam Casam, et ipsos homines. Petrus homo senex similiter dixit, sicut Andro superius dixit, quod hoc sciret per annos XL. Leo homo senex dixit. Scio Casale illo Conni, quod pertinet de Ecclesia Massalia, talem habentem conditionem in Corte Domni Imperatoris Lemonta per annos XL, quod homines illi, quos inibi habitabant, per conditionem, adiuvabant colligere Oliveta de ipsa Corte, et minabant remos, et adiuvabant premere ipsum oleum, atque evehere ad Papiam, aut de tractura paccabant cum Actore de ipsa Corte; quod si hoc non faciebant, pertinentes Domni Imperatoris habitantes in ipsa Casa pignorabant. Sunderarius dixit. Scio quia homines illi, qui habitabant in Casale illo Conni, que pertinent de Ecclesia ipsa, per conditionem, adiuvabant colligere Oliveta illa de Corte Domni Imperatoris Lemunta; et si hoc non faciebant, pertinentes de ipsa Corte potestative eos pignorabant in ipsa Casa, qui ibi habitabant. Deusdedit similiter dixit, sicut Sunderarius. Ursus Calegario similiter dixit, sicut Sunderarius, Domnolinus similiter dixit, ut supra Sunderarius.

Circa gli stessi tempi. = Relazione de'Ministri destinati a visitare la corte di Lemonta. *Nell'Archivio suddetto* = Invenimus in pago Mediolanensi Villa, que vocatur Lemunta. Est ibi mansio parva Dominicata. Est ibi Capella intra Cortem in honore S. Genesii, quæ nullum adiutorium habet, nisi decimam. Aspiciunt ad predictam Villam Manentes V. Resident super terram dominicam, et reddunt censum Secale Modios XXXVI, Vinum anforas XII, Porcos XII, valentem per unumquemque denarios XX, Arietes XVIII, valentem per unum denarios....

Digitized by Google

Pullos LX, Ova CCC. Insuper est ibi terra absens, quam ipsi Servi laborant, unde solvunt censum solidos V, sunt Aldiones duo, qui propter hostem ad ipsam Villam se tradiderunt. Ponant censum argentum solidos VIII. Sunt ibi Oliveta, unde exit Oleum libras LX. Ista hæc juravit Domnus Scarius Madericus, habuit in beneficium.

An. 835. = Diploma di Lottario imperatore conceduto alla basilica Ambrosiana. *Puricell. Ambros. N.* 60.

Circa gli stessi tempi. = Relazione de' ministri mandati a visitare i beni di Limonta ceduti alla basilica Ambrosiana in vigore del sopraccennato diploma. *Nell' archivio del Monistero di Sant' Ambrogio.* = Breve de Corte Lemunta, tam de rebus, quam et familiis, quod inventum est reservatum esse ad partem S. Ambrosii. In primis in prefatam Dominicatam Cortem, cum dicata Capella in honorem S. Genesii M., et Olivetas petias duas prope ipsam Cortem, atque familiam intra Cortem promiscui sexus numero XXX, et Olivetum unum, quod positum esse cernitur in loco, qui dicitur Cornula, et nihil reddunt predicti homines, sed excolunt prenominata Oliveta, et habent suos peculiares pro victu, et vestitu. Hoc tantum inventum est dimissum esse ad partem S. Ambrosii. Reliquas vero possessiones eiusdem Cortis diversis in locis constitutas, quas dudum per Missum Ermenulfi ad partem predicte Ecclesie abbreviate fuerunt, idest Oliveta petias tres, que posite esse videntur in loco, qui dicitur Conni, seu tam unum, quod cernitur esse in loco, qui dicitur Conni, seu Casales ibi prope tres. Primus in Silva Riari, qui regitur per.....

An. 835. = Altro diploma di Lottario imperatore, in favore della basilica Ambrosiama. *Puricell. Ambros. N.* 104.

Idem. = Terzo diploma di Lottario imperatore, conceduto alla stessa basilica, ed al suo monistero. *Puricell. supraccit. N.* 106.

*Tra l'*820 *e l'*840. = Sentenza di Leone conte di Milano a favore di Alpicario conte. *Nell' archivio del monistero di Sant' Ambrogio.* = Dum in Dei nomine foris muro Civitatis Mediolani, in domum basilice Sancti Nazarii, in iudicio ressiderimus .... ubi nobiscum aderant Aupert, et Paulus .... Donumdei, Podo, et Petreperto, Atto, Vvallerum, Gisulfus, et .... de Seprio, et reliqui plures: ibique venerunt in nostri presentia Alpicharius Comes de Alamania, nec non et Regiperti Diaconi de Sezano, cum Melfrit Germano, et Advocato, altercationem habentes. Dicebat ipse Alpecarius. Tempore Domini Pippini Regis, dum ego eram Bajolus Adelaide Filie ipsius Pippini Regis, conquisieram ego per hanc cartulam casas, et res... primis in Cogorezo, secund... Alpeiade, tercia in Camariaco, quarta in Gernunno, quinta in Cestello, sexta in Germaniaca, septima in Anigo; ista sunt in Fine Sepriasca; et due case, et res in Ministerio Stationense, una in Leocarni, alia in Sumade; et alia super Fluio Padi, in vico Florassi: istas casas, et res, ut dixi, per hanc cartulam conquisivi.... Luberniaco Fine Brexiana, cum ad... Domno Pippino Rege, am-

Digitized by Google

bolavi cum predicta Adelaida Infancia ad Domnum Carolum Imperatorem; et dum in ejus servicio illic demorasse, sua mercede dedit mihi Comitum; et dum pro his; et ceteris Palatinis serviciis, preoccupatus venire in hac Patria licentiam non habuissem: tunc iste Regipertus Diaconus, et Melfrit Germanus, et Advocatus ejus, introiverunt, et me desvestierunt malo ordine, et contra legem, sine ullo judicio, de casis, et rebus illis juris meis, que sunt in Cogozago, et in Caello, que perteneant de superius scriptis reliquis rebus meis, quas per istam cartulam conquisieram de predicto Rodulfo; et ita inde fui vestitus, sicut et de his reliquis rebus vestituram habui, et modo habere videor: onde quero, ut inter nos detur judicium. Respondebant ipsi Regipertus, et Melfrit Germanus, et Advocatus ejus. Curte, casas, et res ipsas in Cugozago, et in Caello, verum est, quia nos habemus: et non malo ordine, quia sicut tu per cartulam eas conquisisti, ita et nos ibidem introivimus. Dum hæc, et alia multas inter se exinde haberent contenciones, ad ultimum proffessi sunt, ipsi Regipertus Diaconus et Melfrit Germanus, et Advocatus ejus. Certe veritatem dicamus; quia dum tu in hac Patria non esses, et ad Placitum te habere non poteramus, introivimus in ipsis casis, et rebus: tamen ut diximus per monimen: set cum lungum sit hanc causam ventilandam, et maximo labore ad auctorem dandum, concredimus nos modo, quia ipsas defendere nullatenus possumus: set volumus te exinde revestire, sicuti et de presenti per fustem eum et inde revestierunt: et hanc noticiam pro securitate predicti Alpecharii ego Sigempertus Notarius, ex dictato predicti Leonis Comitis, scripsi Imperantibus Dominis nostri Hlodovvico, et Hlotario Imperatoribus, feliciter. — Leo Comes concordans subscripsit. — Autpertus Vassallo Domni Imperatoris interfuit. — Paulus Notarius Domni Imperatoris ibi fuit. — Tasibaldo interfui.

An. 842. = Ordinazione sinodale di Angilberto II arcivescovo di Milano co'suoi vescovi provinciali, dove vien confermato il monistero di san Faustino di Brescia. *Murator. Antiq. medii ævi. Tom.* V. *pag.* 985.

• 843. = Diploma d'Angilberto II arcivescovo di Milano a favore di Rachiberto prima arciprete della santa Chiesa Milanese, e allora abate del monistero di sant' Ambrogio. *Murator. supracit. Tom.* V. *p.* 577.

• 844. = Sentenza di Angilberto II arcivescovo di Milano, e Leodoino conte, messi imperiali. *Murator. supracit. Tom.* I. *pag.* 467.

• 853. = Disposizione testamentaria di Deusdedit prete e Verullo suo fratello a favore del monistero di sant'Ambrogio, del monistero Maggiore, ec. *Nell'Archivio del monistero di sant' Ambrogio.* = In Christi Nomine Hlotharius, et filius ejus Hludovvicus, Divina hordinante providentia, Imperatoribus Augustus, anni Imperii eorum trigesimo tertio . . . Indictione prima. Monasterium Beati Christi Confessoris, et Episcopi Ambrosii, fundatum prope civitatem Mediolani, in qua ejus Sancto Corpus quiescit... Monachus Monasterii Maggiore, vel cuique, aut qualiter subter commemoraverimus. Nos v. v. Deusdedit humilis presbyter, et servitor . . . . pp. diximus. Dominus Omnipotens hac re-

Digitized by Google

demptor noster animam, quas condidit ad studium salutis invitat; ideoque nos qui supra Deusdedit . . . ut statuimus, adque per presentem cartulam hordinationis nostre confirmamus... da Verhullo, ex vobis, ex inde aliter non... firmiter permanere, tunc volumus, et confirmamus, post amborum nostrorum, dicessum, de istis, et omnibus rebus, seo territoriis illis juris nostri . . . . . in elemoneis pauperum, vel luminaria, pro remedium anime nostre, et suprascripto genitoris nostro, adque qd. Johanni germano nostro, vel reliquis... omnibus rebus juris nostri in suprascripto vico, et fondo Octabo; antepositum familiis, et moviliis is rebus, quas . . . potestatem, nam aliud . . . . edificii, ortis, usum aque, clausuris, campis, pratis, pascuis, vineis, et silvis, tam qui de herogatariis qd. Johanni presbytero, seo de David, vel de aliis homines, obvenerunt in eodem vico, et fundo Octabo, vel ibi circum circa rejacentibus, de quantum ad ipsas casas de Octabo pertinere dignuscitur, omnia in entegrum, post nostrorum amborum dicessum, volumus, atque ordinamus, ut sit Exenedochium, sicut superius diximus; qua vero Senodochio tum omnia, quod ibi contulimus, confirmamus nos suprascripto germanus nostras Verhullo ex ipsas super nos vixerit; tunc post vero amborum dicessum, ipsas Germanus nostras, dum nunc et ipsas vixerit, diebus vite suorum; et dint exinde per omnia una elemosina pauperibus, hac perecrinis, pro animabus nostris, qualiter illarum secundum . . . aparuerit, ut pariter exinde habeamus mercedem: post vero omnium nostrorum quatuor dicessum, statim predictum Senodochio, cum omnia a se pertinentem in integrum, deveniat in jura, et potestatem suprascripti Monasterii Sancti Ambrosii, in subsidia . . . . abendum, tenendum, hordinandum, vel gubernandum; ea rationem, ut parte ipsius Monasterii, vel qui ibi pro tempore hordinatus fuerit, ex inde curam . . . . . pauperibus, ac peregrinis de . . . . . pro animabus nostris a ficto grano modia quinquaginta, et vino anfora decim; et quod... Monachorum, vel in luminaria pro anime nostre remedium; et quod tunc redimus, si postquam ipsi Senedochio . . . . . Monasterium extulerit, et neclexerit ipsa adimplenda elemosina, qualeter superius statuimus, et causa provata fuerit, tunc post... Oficialis Ecclesie Sancti Johannis, sito Modicia, qui ibi pro tempore Oficialis fuerit, inter se ipsis, et successoribus eorum, qui . . . sine ulla contrarietatem Senioribus ipsius Ecclesie, pro anime nostre; et pro omni anno perpetuis temporibus suprascripta elemosina . . . . . et quidquid ipsis exinde fecerint, aut hordinaverint Deum omnipotentem abeant Judicem, et retributorum, Denique statuimus . . . . post amborum dicessum, deveniat in jura, et potestatem Basilice sanctorum Cosme, et Damiani, fundata locus, qui dicitur in Baragia, ad... Sancti Ambrosii pertinet, vel ad parte ipsius Monasterii, idest Oratorium suprascriptum, in suprascripto vico Cocoretio, edificato in onorem sancti Eugenii . . . . ibi pertinuit, una cum Molino suprascripto in fluvius Lambro, prope vico Blatenum, cum rubeas, clusas, et omni sua . . . et campo suprascripto, ubi clusas de Molino ipsius ecclesie Sancti Damiani afirmata est, ut istat ex integrum presenti die ovitus nostri, in potestatem . . . Sancti Ambrosii permaneat pro anima nostra; nam nulla portionem exinde abeat illa parte Sancti Damiani, qui ad . . . . Monasterium curam abeat, qualiter ipsi Oratorio Sancti Eugenii sarcetecta, et luminaria pro nocte abere possunt, et ibi Missas . . . . . non fecerint, et causa provata

Digitized by Google

fuerit, tunc ipsi Oratorio, et Molino, seu campo, deveniat in potestatem Officialis suprascripte Ecclesie Sancti ..... exinde postea fecerit, Deum abeant Judicem, et quod non credimus, si forsitans tantum propter honorem Sacerdotii nostri, rebus .... de parentibus nostris aparuerit, qui contra presente nostra hordinationis agere, aut irumpere quesierint, et ... quant fuerint, in tantum ex ipsis rebus nostris pro Falsidiæ nomine, quantumcumque eos plus minus legibus claudere potuerint... et ambos sic firmiter promiserimus permanere, tunc illud de quod exinde Verhullo, et .... qualiter superius statuimus post amborum dicessum justa lege firmis persistet; quia sic nostra bona decrevit voluntas: et duas cartolas hordinationis scrivere, et rovorare statuimus, ad securitatem suprascripti Monasterii dandam, alia pro firmitatem retinendam; ita ut suprascripta elemosina in .... suprascripto grano nominative .... et legimina; et pro Sancti Martini adimpletum sit. Actum suprascripto vico Cocoretio. — Deusdedit presbiter ... in hac ordinatione a nobis facta subscripsi. — Boniprand rogatus ad ipsis Germanis... subscripsi. — Bonifred rogatus ad ipsi Germanis.... subscripsi. — Magnus..... Delberti, filius Vualcarii de Eborenum, teste. — Vualperto de Eboreno, rogatus ad ipsi germanis, testis subscripsi. — Ego Jordannes in hac ordinatione rogatus ad ipsi germanis subscripsi. — Notarius rogatus a suprascriptis germanis subscripsi. — Signum ✠ manus Deusdedi de Gratis, consoprino eorum, teste. — Ego Ambrosius Notarius scripsi; postradidam complevi et dedi.

An. 857. = Diploma di Lodovico II imperatore conceduto ad Ansperto diacono milanese. *Murator supracit. Tom. II. pag.* 793.

» 859. — Sentenza di Angilberto II arcivescovo di Milano e messo imperiale a favore del Monistero di sant'Ambrogio. *Nell'Archivio dello stesso Monistero.* — Dum reclamasset Petrus uu. Abas. Monasterii Beati Christi Confessoris Ambrosii, in qua ejus Sanctum Corpus quiescit, fundatum prope Civitatem Mediolani, ad ... Angilbertus ub. Sancte Mediolanensis Ecclesie Archiepiscopus, et Missus Dom. Imperatoris, dicendum, quod Lupus fil. qd. Adelgisii de Sclanno, Vasallo ejus, detinerit iniuste Curte, et Senodochio illo in loco et fundo Colonia, cum casis, et omnibus rebus ad eos pertinentes, vel aspicientibus, qui fuerunt qd. Ariberti Gasindium domni Regis; quia legibus dedatum, et factum eidem Ariberti, a parte eidem Monasterii deberit pertinere: hoc audito ipse Pontifex, et Missus Dom. Imperatoris, comendavit Gisoni Diacono, et Vicedomino suo, ut facerit venire sui presentia eodem Lupone, simul et Avocatore da parte ipsius Monasterii, ex ac causa, ad ratione standum, et iuditium abendum. Qui ipse Gisus Diaconus, et Vicedominus, iusta eidem Pontifici mandatum, fecit sui venire presentia eodem Lupone, simul et Ambrosius Notarius Advocatus ipsius Monasterii, in iuditium. Ubi cum eo aderant Vualdericus Gastaldus, et Vicecomis ipsius Civitatis, Rafredus Judice Dom. Imperatoris, Vuerolfo Scavino, Petrus Arcediaconus, Rachinardus Diaconus, Atto de Canimalo, Vadoaldo de Lemiate, Petrus fil. qd. Laciari, Teoderus, et Dominatore Notariis, Celsus de finibus Laudenses, Tobilo, et Odelprando de Calvairate, Ansfredo de Bresentenate, et reliqui. Tunc ceperunt ... agere.

Digitized by Google

Dicebat his ipse Ambrosius Advocatus, de parte suprascripti Monasterii Sancti Ambrosii, contra eodem Lupone, eo quod ipse Lupus, malum ordine, et contra lege, abere, et detinere Curtem, et Senodochio illo in loco,et fundo Colonnia, cum casis, et omnibus rebus, vel territoriis, per singolis locis, et eadem Curtem, et Senodochio pertinentibus, vel aspicientibus, qui fuerunt qd. Ariberti Gindio Dom. Regis; pro eo quod da parte ipsius monasterii Sancti Ambrosii, dedatum eidem Ariberti, legibus pertinere deberat; quia parte eidem Monasterii exinde vestitus fuit, et eum abuit; sed nescivit pro qua ratione ipse Lupus ibi introisset, vel detinerit. Et contra respondebat ipse Lupus. Non faciat Deus, quod ego ibi contra lege introisse, aut deteneam; sed hoc quod veritas est vetare non quero, quia Curte, et Senodochio ipsi, cum omnia ad eum pertinentem, dedatum Dom. Angilberti Archiepiscopi, in beneficio abeo, et exinde parte ipsium Dom. Angilberti Archiepiscopi, qui mihi eum in beneficio dedit auctorem abeo, et dare posso; sicuti presenti ipsi Lupus exinde auctorem dandum eidem Ambrosii Advocatus, Vuadium dedit. Ambrosius dedit eidem Vuadium de placito, et constitudo, exinde inter se posuerunt. Statuta vero diæ venerunt ambas partes ad placitum, quas inter se posuerunt. Coniunxerunt se, una cum Petrone Abbate ipsius Monasterii, presentia rememorato Gisoni Diaconi, et Vicedomini, Sunderarii, et Vuerolfi Scavinis, Petri Arcediaconi; adesse cum eo Audoaldo de Lemiate, Ugo de Mediolano, Ambrosius de Panteliate, Celsus de finibus Laudense, Teoderus, et Dominator Notarii, Petrus fil. qd. Latiari, Benedictus de Bresorio, Johannes de Celamani, Oldeprandus de Calvairate, Ansfredus de Berontenate, et aliis pluris: ubi etiam ibi cum eis aderat Boniprandus Advocatus Domui Sancti Ambrosii, rememorantes hac casa, qualiter inter eis acta, et vuadiata fuerat, et requirentes ipse Ambrosius Advocatus, da parte suprascripti Monasterii eidem Luponi, et ei ipsum dare auctore de predicta Curte, et Senedochio, seo Basilica, cum casis, et rebus ad eas pertinentes, sicut dixerat, et ei Vuadium dedit; sed ipse Lupus decatevit de ipso Auctore, et dixit, quod eum dare non poterit. Cum ipse Lupus ita dicerit, dixit ipse Ambrosius: ut certius stiatis, quod iustitia ipsius Monasterii est ad abendum, ostendit qualiter ipse Aribertus, Gasindium Dom. Regis, predictis casis, et rebus suis in Colonnia, cum portione de Basilica Sancti Georgii, in eodem Monasterio Sancti Ambrosii contulerat abendum, et fuerit ibi refecti per omnem ebdomata pauperis duodecim, et Deum aberit retributorem. Insuper ostendit libellum, qualiter Donumdei Monacho et Prepositus ipsius Monasterii, casis, et rebus ipsis Donatoris de Sertolas, et Petroni de Colonnia pro livello, ad censum reddendum, da parte ipsius Monasterii Sancti Ambrosii, prestiterat. Quo relecti, tunc interrogaverunt suprascriptis Auditoris eodem Lupone, adstante ibi suprascripto Boniprando Advocatus, ut si ipse Lupus exinde sicut dixerat, vuel Vuadium dedit, auctore dare poterit, an non; aut si forsitans, aut per nominem, aut per testimonia, aut per inquisitione, aut per possum, aut per ulla alia rationem ostendere, aut dare poterit, per quod rebus ipsis a parte Domui Sancti Ambrosii defensare poterit, quod de predicto Monasterio Sancti Ambrosii legibus pertinere non debeant. Qui ipse Lupus iterum, atque iterum professus dixit, et manifestavit, quod auctore ipso nullo modo dare poterit; et per

Digitized by Google

nullam rationem ostendere, nec dare poterit, quod a parte Domui Sancti Ambrosii eis aliter defensare poterit; nisi quod, sicut auditum aberit, legibus de ipso Monasterio Sancti Ambrosii, dedatum ipsius Ariberti, pertinere deberent, eo quod etiam ambulasset ad eundem Dominum Angilberto Archiepiscopo, et ei hac causa omnia, sicut acta, et vuadiata fuisse nuntiasset, et quesisset, ut ei dedisset qui exinde ei auctor fuisset; sed ipse Dominus Archiepiscopus dixisset ei, quod nullo modo exinde auctor esset, eo quod legibus de ipso Monasterio pertinere deberit; et dixisset ei rebus ipsis a parte ipsius Monasterii reddere, sicuti ipse Lupus, pro fuste de mano, exinde eodem Petrone Abbate, et Ambrosius Advocatus, a parte ipsius Monasterii revestivit, et reddedit habendum. Hoc factum pro certa clarificanda, et ex hac causa invenienda veritatem, quid exinde ipse Dominus Angilbertus Archiepiscopus dicere voluerit, miserunt ipsis Auditores causa ipse coniungenda utraque partis, presentia eidem Pontifici, et missus Dom. Imperatoris, quatenus ipsius presentia finem acceperit. Conjungentes utraque partes presentia rememorato Dom. Angilberti Archiepiscopus et missus Dom. Imperatoris, in caminata solario eidem domui Sancti Ambrosii, ubi ipse Dom. Angilbertus Archiepiscopus, pro hac causa deliverandum, residebat; ubi cum eo aderant suprascriptis Gisus Diaconus, Sunderarius, et Vuerolfus Scavinis, Ambrosius Presbiter, Alcho, et Petrus Subdiaconus, Anselmus, et Rathado Cl., et suprascriptus Boniprandus Advocatus; rememorantes hac causa, et adnunciata, vel dicta eidem Pontifici omnia ab ordine, qualiter acta, et vuadiata fuerat. Hoc audito ipse Pontifex dixit. Vere de hac causa Ego stio, et mihi bene cognitum est, quia aliter a parte Domui suprascripti pertinere non debet, nec exinde talem rationem non haberemus, per quod eam da parte ipsius Monasterii legibus subtraere debeamus, nisi tantum, quod noster Antecessor eundem ipsum Monasterium sua sponte tulit, et dedit eum in benefitio ad Vassallo suo sed postea mutationes, et frequenter audivi Abbates, da parte ipsius Monasterii, ab Antecessore meo Dom. Angilbertus Archiepiscopus, pulsantes, et exinde reclamantes iustitiam gerentes, ut eas ad ipsum Monasterii redderit; nam exinde a parte domui suprascriptis nullam aliam talem rationem abemus per quod legibus eas da parte ipsius Monasteri, subtraere debeamus, eo quod legibus a parte ipsius Monasteri per datum Ariberti, cujus rebus ipsi proprius fuerunt, pertinere debent abendum: sicuti presenti ipse rememoratus Domnus Angilbertus Archiepiscopus manibus suis, una simul cum eodem Lupone Vassallo suo, qui eis in beneficio abuit, exinde predicti Petrone Abbate, et Ambrosius Advocatus a parte ipsius Monasterii redederunt, et revestierunt abendum. Post his omnibus impletis, et pro hactis, pertractantes ipsis Auditores rectum eorum esse paruit; et iudicaverunt, ut ista eorum intentionis, et predicta Dom. Angilberti Archiepiscopus dicta, et recordatione, atque predicto Lupone professione, vel qualiter Vuadium dedit de auctore dandum, et decatevit de ipso auctore, quod eam sicut Vuadium dedit dare non potuit, vel qualiter ipse Dom. Archiepiscopus dixerat, et eis a parte ipsius Monasterii abendum reddedit, et investivit; ut a parte ipsius Monasterii casis, et rebus ipsis abere, et possidere deberit, sine contradictione da parte domui Sancti Ambrosii: et in eo moti finita est hac causa; et presente notitia ipse Pontifex, et Missus Dom. Imperatoris, una cum

Digitized by Google

suprascriptis Auditoribus, a parte ipsius Monasterii, mihi Hilderat Notarius scrivere admonuerunt; et eorum relecta est. Actum Mediolani, anno Imperii Hludovvici Imperatoris decimo b. m. Domni Imperatoris Hlotharii Filii, septima decima die mense Maggio, Indictione septima. — Angilbertus humilis Episcopus scripsi. — Petrus Archidiaconus in partes interfui. — Giso humilis Diaconus, et Vicedominus interfui. — Giso Subdiaconus interfui et subscripsi. — Petrus Subdiaconus interfui, et subscripsi. — Signum † manus suprascripto Vualderici Gastaldi, et Vicecomitis, qui in parte interfuit. — Scafredus Notarius Dom. Imperatoris, ut supra, interfui. — Teoderus Notarius interfui. — Ego Sunderarius interfui. — Ego Dominator Notarius interfui. — Ego Vuerolfo interfui. — Celso interfui. — Signum † manus Todiloni de Calvariate, qui interfuit. —

An. 864. = Sentenza di Alberico conte di Milano. *Nell'archivio del Monistero di Sant'Ambrogio, ma affatto guasta.*

Idem. = Disposizione testamentaria di Gregorio prete cardinale della santa Chiesa Milanese. *Sorman. In causa præem Cap. XII.*

865. = Sentenza di Astolfo arcidiacono e cappellano del sacro palazzo, ed Everardo vassallo e siniscalco dell'imperatore, messi imperiali a favore del monistero di sant'Ambrogio. *Murator. supracit. Tom.* V. *pag.* 275.

Idem. — Sentenza di Alberico conte di Milano. *Nell'Archivio del Monistero di Sant'Ambrogio.* — Dum in Dei Nomine a Civitate Mediolanium, in curte Ducati, in Laubia, in judicio resedimus nos Albericus Comes in placitum puplicum, singulorum hominum iustitiam faciendam: resedentibus nobiscum Vualdericus Gastaldus ipsius Civitatis, Adalbertus, Rechafredus, Teutolfus, et Simpertus, Judicibus Sacri Palatii, Anspertus Archidiaconus, et Vicedominus Sancte Mediolanensis Ecclesie, Verulfus, Ambrosius, et Gundelasius, Scavinis, Angenefredus de Magiorini, Boniprandus de Caput vici, Johannes de Mausonaco, Anselmus de Sirtolas, Grosepertus de Plautelli, et reliqui: ibique in nostri venerunt presentia Petrus Monachus et Prepositus Monasterii Sancti Ambrosii sito foris murus Civitatis Mediolanensis, una cum Jordannis Scavinus Avocatus ipsius Monasterii, nec non et Vualpertus de loco Colonia Fil. qund. Benedicti, altergacionem abentes. Dicebant ipsi Petrus Prepositus, et Jordannem Avocatus. Iste Vualpertus, contra lege et malo ordine, introivit in res nostras in eodem loco, et fondo Colonia, iusta fluvio Lambri, et inibi arbores Monasterii nostri iniuste taliavit, et terra nostri Monasterii aravit, et nos inde desvestivit; que rebus parte monasterii nostri obvenerunt per cartolam a Petrone Cl. de Albariate, et ipsius Petri Cl. obvenerunt similiter per cartolas de qd. Benedicto genitori istius Vualperti, et de istum Vualpertum ex germano suo nomine Gaido: et ecce cartolas ipsas hic pre manibus habemus. Respondens ipse Vualpertus. De rebus ipsis in Colonia, justa fluvius Lambro, unde me malastis, vobis, nec parti Monasterii, nec contradixi, nec contradicere quero, de quantum ego, et Germanus meus Gaido, vel genitor noster, per car-

Digitized by Google

tolas, jam dicto Petri dedimus, quia cum lege non valemus : et quod superfluum est ego abere volo, quia pertinet de qd. Anseverto Barbane meo. Con taliter agerentur, tunc nos Auditores fecimus relegere monimas illas, quas pars Monasterii inde ostendebant, quarum una continebat, qualiter qd. Benedictus, genitor predicto Vualperti, donasset Petri Cl. de Albariate de singulis rebus, et territoriis, cum omni pertinentia, et aquarumque ductibus, seu accessionibus suis, juris suis, tam suam portionem, quamque et de Germano suo Johanne, usque da Ponte Sonderosco, in qua pergeret via de Gundro, adversus Sertolas, deinde adversus Iusoda, partibus rivas Lambro', usque in Insola, que dicitur de Angnida, que esset subtus molino de heredes qd. Nazerissi de Tenebiago, ut in presenti die, de ipsis rebus superius dictis, tam ad clausas faciendum, quemque ad reliqua oportuna, quod a Molino pertinet, operandi, vel abendi in ipsius Petri Cl., et de hæredibus suis maneret potestatem, proprietario nomine, de qua accepisset ab eodem Petrone Cl. Launecchild manitias par uno, insuper, et donasset ei, pro ipso subcepto Launecchildo, proprietario nomine abendum Molino illo, cum omni pertinencia sua, juris sui, tam sua portione, quam et de predicto Johanne Germano suo, qui esset constituta in fluvio Lambro, quas Johannes presbiter pro libello abere videbatur. Est cartola ipsa roborata ab eodem Benedicto, et a testibus, et scripta per manus qd. Dagiberti Notario; et legebatur fuisset tradita, et emissa anno Imperii Domni Hlotharii vigesimo tercio, tercia decima die mensis Magii, Indictione quinta. In alia namque cartula continebatur, qualiter ipse Vualperto, et Guido germano suo venundasset ipsius Petri Cl., pro argentum denariis soledum quadraginta, Molino illo iuris suorum in fundo Colonia, qui esset edificatum in Rivaderio, qui exit in fluvio Lambro, qui fuisset suprascripto genitori suorum, vel Anzeverti Barbani eorum, tam ipso Molino cum tecto, seo omnes lignamen, vel omnem suam ordinacionem, qualiter stare videbatur, vel qualiter abebant, cum terra ubi edificatum esset, et insolas; vel camporas, in oreas, vel pratas cum arboribus suis ; tam da parte mane, seu de sera, clusas, et omni constitutum, quod ad ipso Molino ad antiquis temporibus pertenuerunt . . . . . , qui stare videbatur in Lambro, usque ad ipso Molino da parte mane, per mensura iusta iuges duas, et medias, et da parte sera similiter iuges duas, et media, tam fines; et accessione de ipso Molino, vel accessione de suprascriptis rebus, usque ad iuges quinque legitimas, die presenti, pro ipso precio in ipsius Petri Cl. et hæredibus suis, manere potestate proprietario nomine, spondedissent, cum hæredibus suis ipsius Petri, et heredibus eius, ipso Molino, cum ipsis rebus, qualiter per mensura dictam esset, ab omni homine defensare, et si a defensandum menime fecissent, vel contra ipsa cartola egissent, tunc in dublum ipso Molino, cum sua ordinatione, cum suprascriptis rebus, sicut in tempore fuisset existimatio infra loco, ex heredibus eius, aut cui ipse dedissent, restituere promisissent ipsi vinditores ex heredibus eorum ; et cartola ipsa firmata ab ipsis germanis, et a testibus, et scripta per manus Johanni, legebatur fuisset traditas, et emissa anno Imperii Domni Hludovvici duodecimo, mense Decembri, indictione decima. In tertia vero cartola continebat; qualiter ipse Petrus Cl. dedisset, et largisset Petri Abbati, a parte ipsius Monasterii, ipso Molino uno, iusta vico Colonia,

Digitized by Google

cum omni ordinacione sua, cum et adiacentia, et pertinentia sua, una cum rebus illis, et territoriis omnibus, que eidem Petri Cl. obvenissent de qd. Benedictus fil. qd. Leopegisi, qui et Donno vocabatur, seu et quod ei obvenisset de Vualperto, et Gaidoni germanis, filii ipsius Benedicti per cartolam venditionis, omnia, et in omnibus in ipsum contulisset Monasterium est cartola ipsa firmata ab eodem Petrone, et ipse Vualpertus inibi se consentiente subscripsit, et Gaido germano ejus similiter consentiente in ipsa cartola manum posuisset, a ceteris testibus. Est roborata et scripta per manus Gervasii Notario: legebatur fuisset traditta, et emissa anno imperii Domni Hludovvici quatordecimo; septima die mensis Junii, Indictione decima. Relectas ipsas moniminas, interrogavimus eundem Vualpertum quid adversus cartolas ipsas dicere voleret, qui dixit, quod cartolas ipsas verax esset, et inter ipsas fines, vel sicut in eas legitur, namque de ipso Molino, neque de ipsis rebus non contradiceret, quia cum lege non poteret. Cum taliter fuisset professus, rectum nobis paruit esse, et iudicavimus, ut secundum ipsas cartulas, sicut in eas fines, vel mensura legebatur, tum ipso Molino, quamque et ipsis rebus, pars Monasterii Sancti Ambrosii, a modo, et in antea, abere, et detinere debere, et ipse Vualpertus esset exinde contentus: et finita est causa: et hanc notitia in alio modo revolvatur intentio. Scripsi ego Regisfredus Notarius ex suprascriptorum Judicum admonicionem anno Imperii Domni Hlodovici quinto decimo, mense Januario, Indictione terciadecima. — Signum ✝ manus suprascripto Alberici Comiti, qui interfuit. — Signum ✝ manus suprascripto Vualderici Gastaldio, qui interfuit. — Adelf . . . . Notarius Domni Imperatoris interfui. — Ratfredus Notarius Domni imperatoris interfui. — Ambrosius Notarius interfui. — Teudulfus Notarius Domni Imperatoris interfui. — Signum ✝ manus Atoni de Caminalo, qui interfuit. — Anselmo de Sertola interfuit.

An. 866. = Privilegio di Tadone arcivescovo di Milano a favore del monistero di sant'Ambrogio. *Puricell. Ambros. N.* 115.

867. = Disposizione testamentaria di Gerulfo ministro imperiale. *Nell' archivio del monistero di sant'Ambrogio.* = In Christi nomine . . . . . pro futuris temporibus securitate, et firmitate, qualiter presentia bonorum hominum Francorum, et Langobardorum, corum nomina subter leguntur, tradedit Gerulfus Mensteriale Domni Imperatoris, qui profitebatur Salica vivere lege, per cultellum, vvantonem, et per fistucam nodatum, seu ramum arboris, iusta sua lege Salica, in manus Petri Fil. qd. Pauli . . . . . seu Ercenbaldi Vassallo suo tam in eorum vice, quamque et vice Erlandi: idest casis, hominibus, rebus iuris suis mobilibus, et immobilibus tam in Valletellina Judiciaria Mediolanensis, et in Casale Judiciaria Plunbiense, vel ubi ubi, per singulis locis, eius iuri inventum fuerit, ut dictum est, tam in mobilibus, quamque et immobilibus rebus. Eo tamen ordine, ut potestate abeant ipsi sui Rogatores, a presenti die adimpleat, pro anima eius venundandum, distribuendum per Sacerdotes, et Pauperes, vel ubi illorum secundum Deum, melius apparuerit. Et Familia sua potestatem abeant in manus Sacerdoti tradendi, circa altaria deducendi, ut liberi permaneant per remedium anime sue, tamquam si ab ingenuis Parentibus

Digitized by Google

fuissent nati, vel procreati; et dedit eorum omni via aperte ambulandum, et pergendum in qua parte voluerint, Civesque Romani, portasque abeant apertas, absque alicui homini, vel heredibus, hac proheredibus eius contradictione, vel repetitionem. Et statuit per eandem traditionem, ut si qualemcumque Persona, Propincus, aut Extraneus, contra una suam dispositionem agere, vel removere quesierint, inferat a parte, contra quam litem intulerit in Talleri multa, quod est pena uri obtimi libras quinque, argenti pondera decim; et quod repetierint non valeant vindicare. Et presens tradicio omni tempore maneat inconvulsa, cum stipulatione subnixa. Facta tradicio anno Imperii Domni Huldovvici octabodecimo, sextodecimo Kalendas Magias, Indictione quintadecima. — Signum manus suprascripti Gerulfi ex genere Francorum, qui hac tradictione fieri rogavi, et ei relecta est. — Signum manus Norberti Vassallo ejus, ex genere Francorum, testis. — Signum manus Rodoaldi ex genere Francorum similiter Vassallo eius, testis. — Signum manibus Deusdedi, et Teotelmi ex genere Francorum, Vassalli suprascripto Petri, testis. — Thomas Notarius Domni Imperatoris in hac tradicione fui, et rogatus ab suprascripto Gerulfo, testis subscripsi. — Garibaldo in hac carta testis subscripsi. — Leoprandus Notarius in hac tradicione fui, et rogatus a suprascripto Gerulfo, testis subscripsi. — Igoriprando in hac carta testis subscripsi. — Leo Aurifex in hac tradicione fui, rogatus a suprascripto Gerulfo testis subscripsi. — Ego Leotardus Notarius Domni Imperatoris Scriptor hujus tradicione, quam post tradita complevi, et dedi.

An. 870. = Disposizione testamentaria di Garibaldo vescovo di Bergamo che fonda uno spedale nel luogo d'Inzago, ecc. *Nell'archivio del monistero di sant'Ambrogio.* = In nomine Domini, et Salvatoris nostri Jesu Christi. Hludovvicus, Divina hordinante providentia, Imperator Augustus, anno Imperii eius Deo propitio vigisimo, Marcias, Indictione tertia. — Ego in Dei nomine Garibaldus, licet indignus, Sancte Bergomate Ecclesie Episcopus, et filius b. m. Ursoni, qui vixit legibus Langobardorum p. p. dixi. Sacerdotalis dignitas convenit, ut de suis propriis rebus, ad exemplum aliorum, Deo omnipotenti, et Domino nostro Jesu Cristo Filio ejus, et redemcionem animarum ..... offerre percurret. Et ideo ego q. s. Garibaldus Episcopus, per hanc paginam ordinacionis mee, prevideo pro remedio anime mee, per consensum, et largitatem Auprandi dilecto germano meo, de rebus meis, juste, et legaliter adquisitis, ordinare, quatenus in eternam Beatitudinem nobis, et parentibus nostris proficiat ad anime salutem, et gaudium sempiternum. Primis omnium volo, et judico, ut ob amore Dei omnipotentis, et remedium anime mee sit Senodochium infra curte juris meis, que habere videor in vico et fundo Anticiaco, et mihi per cartulam venditionis advenit ab Autelmo fil. b. m..... Senodochium meum fundatum in propriis rebus meis, de rebus mei, de nominata loca, sicut supter adsignavero, et volo, atque judico ..... Senodochium sit Custos, et Rector, adque Prepositus, Gundelasius Cl. filius eidem Autelmi diebus vite sue; ita ut jam dicta elimosina, annis singolis, sicut supra statui adimpleant ..... Deum abeant Retributorem. Hoc enim statuo, pro remedio anime mee, ut abeat, dum advixerit, Gottinia conjux eidem

Digitized by Google

Autelmi, si super eum advixerit, et lectum ejus custodierit, usufructuario nomine, ad inabitandum, et resedendum; si ei cum filio suo non convenerit abitare, idest nominative ex eadem curte, in qua Senodochium constitui, salam illam da parte Orientis in integrum, cum curte ante se ex transverso, usque ad puteum, et da parte meridie ex orto meo abeat in capite .... sala, usque in viam tabulas legitimas treginta; et sit ei et hominibus eius licentia de ipso puteo aquam auriendi, quandoque eis oporte fuerit; et abere eam statuo similiter usufructuario nomine dum advixerit casas, et massaricias, cum omnibus rebus ad eas pertinentibus, juris meis, que sunt in eodem fundo Anticiaco: unam, que regitur per Boniprandum, et aliam per Adelbertum filium qd. Auderacis. Et statuo eam abere simili modo sedimen, et omnibus rebus juris meis, quam habeo in fundo Glassate, et regere videntur per Johannem et filio ejus, simul cum silva illa, que de ipsa sorte pertinet, et nominatur Tacianica; eodem modo statuo eadem Gotenia abere usufructuario nomine casis, et omnibus rebus juris meis, quam habeo in vico et fundo Biliciaco, et eidem Autelmi advenit de qd. Garibaldo socero suo, et regitur per Vualpertum. Et abere eam volo vinea petia una, in eodem fundo Anticiaco, et modo regitur per Leonem; ita ut faciat ipsa Gotinia in ipsa casa, ad habitandum habere statuo, et in jam dictis casis massariciis, et rebus omnibus quas abere statui, ut dixi, usufructuario nomine, qui ..... annis singolis, quitquit ei fuerit oportunum, et previderit pro remedio anime mee, et eidem Autelmi viri sui. Post autem eis decessum, hec omnia, quod usufructuario nomine abere dixi ..... potestatem jure proprietario, ita ut per eodem Gundelasio ..... ad eum pertinentibus, sit rectum, et ordinatum, ut supra. Et volo ego Garibaldus Episcopus, ut sit eidem Gotinie, post discessum viri sui, concessum Aurum, Argentum, Sarfa, et reliqua mobilia ..... tam quod ipsa de parentibus suis adduxit, vel quod ipse Autelmus vir eius, et singolis hominibus ei dederunt, ut faciat inde pro remedio anime mee, et eidem Autelmi viri sui, quod voluerit: et ipsa sit exinde nostra Herogatrix. Et statuo eadem Gotinia abere, dum advixerit, et lectum viri sui custodierit, ad deserviendum sibi, ex familia mea, quod mihi ab jam dicto Autelmo advenit, nominative Justum filium ejusdem Ursi, et Bonifredus filius Andree et Raberga cum filia sua Ariverga, Sigetruda, et Dominica, servos, et ancillas juris meis; ita ut deserviant eidem Gotinie, diebus vite sue, sicut decet domine sue: post autem ejus decessum, a presenti die statuo eosdem Justum, et Bonifredum, atque Radaberga, cum jam dicta filia sua, seu Sigedruda, et Dominica, et agnaciones earum, quantis ex eas post mortem eidem Autelmi nati fuerint, vel si ipsi Justus, et Bonifredus sibi liberas uxores copulaverint, et filios, vel filias procreaverint, ut omnes tam hi superius nominatis, et uxores et filiis, vel filios eorum, si abuerint, ut... si liberas uxores tulerint, a presenti, post dicessum eidem Gotinie, omnes sint liberi, et absoluti ab omni vincolorum servitutis, fulfreales, et amund, et vadant liberi ubi vóluerint, juxta legem, pro remedio anime mee, et eidem Autelmi. Hoc etiam statuo ego Garibaldus Episcopus, ut abeat Gariberga Monacha Monasterio Sancte Dei genitricis Marie fundatum infra Civitatem Mediolanium, et nominatur Vuigelinde, ubi Alcharda Abbatissa esse videtur, post decessum eidem Autelmi ge-

Digitized by Google

nitori suo, pro mercedem anime mee, et eidem Autelmi, usufructuario nomine, dum advixerit, idest casa una Massaricia juris meis, quam abeo in fundo Maciaco, cum omnibus rebus ad eam pertinentibus, et aliam casa Massariciam juris meis in loco Boaria, cum omnibus rebus in eodem fundo Boaria, ad ipsam casam pertinentem, in integrum. Simili modo volo ut abeat ipsa Gariberga, dum advixerit, usufructuario nomine, casis, et omnibus rebus illis juris meis, quas habeo in fundo Noviculta, quantum modo Arimoldo liber homo... laborare videtur in integrum, simul cum petia una de vitis juris meis in fundo Anticiaco, que nominatur vitis de Rasperto, ipsa vinea in integrum, et de silva mea, quod est stalaria in eodem fundo Anticiaco, et est Juge una, et nominatur: In capite castanetto de Franci: ita ut faciat ipsa Gariberga Monacha, filia eidem Autelmi, ex frugibus censum earum rerum, pro mercede anime mee, et genitori suo, singulis quod voluerit: et ipsa sit exinde Herogatrix nostra. Et hoc statuo, ut hec omnia a modo eadem Gariberga Monacha, usufructuario, abere statui, ut statim post decessum eidem Gariberge, usufructuario nomine, deveniat in potestatem jam dicto Gundelasii Cl. filio ejusdem Autelmi, ita ut faciat inibi, et ex frugibus censum earum rerum, pro remedio anime mee, et eidem genitori suo, dum ipse advixerit, annis singolis, quod voluerit: et ipse sit exinde Herogator noster. Post autem ejusdem Gundelasii Cl. decessum volo, et judico ego Garibaldus Episcopus, ut jam dicta casa massaricia, cum omnibus rebus ad eam pertinentibus, in loco, et fundo Boaria, quam eadem Gariberga abere statui, deveniat in jura, et potestatem Monasterii Sanctorum Martirum Protasii, et Gervasii, situm infra Civitatem Mediolanium, pro remedio anime mee, et jam dicto Autelmi, et parentibus nostris, ita ut in perpetuum sit in sumto Fratrum Monachorum ibidem Deo famulantium ut, nobis, et parentibus nostris proficiat ad anime salutem. Et statuo ego Garibaldus Episcopus, ut illa casa massaricia, cum rebus omnibus ad eam pertinentibus, que est in fundo Maciaco, et eadem Gariberga, usufructuario nomine, habere dixi, ut post decessum eidem Autelmi, et predicte Gariberge, adque iam dicto Gundelasii Cl. statim deveniat in jura, et potestatem Monasterii Beati Levite, et Martiris Vincentii, quod situm est non lunge ab urbe Mediolanensium, ita ut pro perpetuis temporibus, in potestatem ejusdem Monasterii persistat, pro remedio anime mee, et jam dicto Autelmi, ut sit in sumto Fratrum Monachorum ibidem Deo famulantium, ut nobis, et parentibus nostris, et mercedem, et remedium animabus nostris perveniat. Et illa casa Massaricia, cum rebus omnibus ad eam pertinentibus, in fundo Noviculta, quem ad eam Gariberga Monacha abere statui, et rectis fiunt per eodem Arimodo, et petia illa de vitis, et silva in fundo Anticiaco superius dictas, volo, et judico, ut statim post decessum eidem Autelmi, et predicte Gariberge, deveniat in integrum in jura, et potestatem jam dicti Senodochii mei fundatum infra propria casa mea in eodem fundo Anticiaco, pro remedio anime mee, ut sit ibi perpetuis temporibus in elimoniis pauperum, sicut et aliis rebus meis, a me ibi largitis: nam quis unus ex ipsis tribus personis superadvixerit, hec omnia, quod eadem Gariberga abere statui, ipse qui superstis fuerit casis, et rebus ipsis abeat usufructuario nomine, et post illorum omnium decessum, in jam dicta venerabilia loca, sicut nominative a me, ut

Digitized by Google

supra confirmatum est, deveniat, potestative faciendum exinde Abbas, et Prepositus ejusdem Senodochii, legibus quod previderit, pro remedio animabus nostris. Et statuo, et per hanc meam ordinacionem confirmo ego Garibaldus Episcopus, ut abeat ipsa Gariberga Monacha, statim post decessum genitori suo, dum ipsa advixerit, sibi ad deserviendum, ex familia mea, numero novem, idest Ursevertus, cum Andreberga coniuge sua, et Lazaria, Ermelinda, Maria, Ragitruda, Gariverga, atque Gisemberga, seu Vualperga filia Sigeberti, servo, et ancillas juris meis, ita ut ei diebus vite sue deserviant, et obbediant, sicut decet Domine sue. Post autem ejus decessum, volo eos omnes esse liberi, et absoluti ab omni vinculorum servitute, cum omni agnationes earum quanti, et eas post decessum eidem Autelmi nati fuerint, fulfreales, et amund, integram eorum permaneat libertas, justa legem, et vadant postea liberi ubi voluerint. Hoc etiam volo, et judico ego Garibaldus episcopus, ut dictum est per consensum, et largitatem jam dicto Ausprandi dilecto germano meo, a presenti die, abere jam dictum Sanctum Senodochium meum fundatum infra eadem villa Anticiaco infra eadem curtem, tam ipsam curtem, domum cultilem, cum Basilicam inibi fundatam in onorem Beati Apollinaris Martiris, et cunctis rebus in fundo Anticiaco ad ipsum domum cultilem pertinentis, seu Casas Massaricias juris meis, quam habeo in eodem fundo Anticiaco, cum omnibus rebus ad ipsas casas Massaricias pertinentes in integrum; anteposito familia, et mobilia, et unam casam Massariciam, de omnibus rebus ad eum pertinentes in eodem fundo Anticiaco, que regitur per Gisenulfum, et Leonem, et nominatur Massaricio de qd. Todone, et curticellam illam, qua est casa curte, orto, et vinea simul tenente, quam Deodatus, et Sesemundus laborant, et reliquis casis, et rebus tam in finibus Bergomatis Mediolanensis, que sunt foris de fine Anticiasca, et omnes res ipsas in finibus Auciensis, et ei mihi ab eodem Autelmo per cartulam advenerunt, in mea Garibaldi Episcovi reservo potestatem faciendi quod voluero. Nam illud omnia, quod per hanc paginam eundem Senodochium, et predicta loca venerabilia, atque easdem Gotinia, et Gariberga statui, volo ut omnia eo tenore, sicut supra legitur, firmis, et stabilis permaneat. Et volo, ut dum ipse Autelmus in hoc seculo advixerit, in ipsum Senodochium sit dominus, Custus, et Rector, adque Prepositus, et faciat, ex frugibus earum rerum, annis singolis, quod voluerit, et post ejus decessum sit Senodochium ipsum, cum omni integritate sua, in previdentiam, et dominacionem Gundelasii Cl. filio predicto Autelmi, ut ipse diebus vite sue sit inibi Custus, et Rector, atque prepositus, et dicta elemosina faciat, ut supra, et abeat curam, et solicitudinem de luminaria, et officium ejusdem Basilice, justa possibilitatem. Post autem decessum predictorum Autelmi, et Gundelasii Cl. Senodochium ipsum a me fundatum, cum omni integritate sua, quod ibi presenti confirmavi, vel quod ibi pos decessum Gotinie, et Gariberge filie sue advenire debet, aut quod ibi adjunctum fuerit, in integrum volo, et judico, ut pro remedium anime mee, et eidem Autelmi deveniat in jura, et potestatem Monasterii Christi Confessoris Ambrogii, ubi ejus Sanctum Corpus humatum quiescit, fundatum in Suburbium Civitatis Mediolanensis, ut faciat inibi ex frugibus, censum earum rerum Abas qui pro tempore fuerit canonice, et legibus, quod previderit; et pauperes ipsos pro omni Kalenda passere de-

Digitized by Google

beat, et de luminaria, et officium curam, et solicitudinem abeant, ut supra, ut Deum inde abeat retributorem. Nam si quod non credo, si unquam tempore Pontifex Sancte Mediolanensis Ecclesie, aut Abbas ejusdem Monasterii, adversus eundem Gundelasium Cl. egerit, dicendum, quod ipse Gundelasius in eodem Monasterio Sancti Ambrosii Monachice vivendum traditus, aut ibi Monachus fuisset, et ibi per vim replicatus fuerit, tunc Senodochium ipsum, cum omni integritate sua, quod in eodem contuli Monasterium, deveniat in jura, et potestatem Monasterii omnium Apostolorum, et Christi Confessoris Silvestri, situm Nonnantulas, faciatque inde Abbas ipsius Monasterii, si hec contingerit, canonice quod voluerit, et jam dicta elimosina, luminaria, et officia ejusdem Basilice, ut supra, adimpleat. Nam si Pontifex Mediolanensis, et Abbas ipsius Monasterii, eodem Gundelasium Cl. canonice vivere promiserit, et eum ad Monachicam vitam per vim non replicaverit, tum Senodochium ipsum cum omni integritate sua, eo tenore, sicut supra legitur, in eodem Monasterio Sancti Ambrosii, in subsidium Fratrum Monachorum ibidem Deo servientium, deveniat, potestatem jure proprietario, eo tenore, sicut supra legitur. Omnes igitur servos, et ancillas juris meis, quos mihi Garibaldi Episcopo ab eodem Autelmo per cartulam advenerunt, preter illos quos Gotinia, et Gariberga filia ejus, abere dixi: quas volo ut sic permaneant, sicut supra legitur, reliquos autem omnes tum masculi, et femine, servos, et ancillas, Aldiones, et Aldianes volo, ut deserviant eidem Autelmi, dum advixerit, et post ejus decessum, deserviant, et obediant redicto Gundelasio Cl., dum vivit. Post autem eorum amborum decessum statuo, et judico eos omnes esse liberi, et liberæ, die presenti, cum omni agnacione earum fulfreales, et amundi, cum omni adquisito suorum, anteposito Hatperto, Dominico, Gisempergus, servos, et ancillas, quod in mea reservo potestatem, reliqui omnes vadant liberi, ut supra ubi voluerint, et sit his omnibus libertis meis concessum, propter onorem Sacerdocii mei, jure patronatus, ejusque legum auctoritas continet de absolvendi libertatibus: onde duas paginas testamenti mei uno tenore scribere rogavi. Actum civitate Mediolanium feliciter. — Gratia dei Garibaldo Episcopus in hunc judicatum a me factum manu mea subscripsi. — Ego Autprand Vassus Domini Imperatoris in hoc judicato emisso ab Garibaldo Episcopo germano meo, ut supra, in omnibus consensi, et subscripsi. — Vualcario rogatus testis subscripsi. — Ego Brandolfus rogatus testis subscripsi. — Ego Thomas rogatus testis subscripsi. — Ego Ugo rogatus testis subscripsi. — Signum † † † manibus Arimundi de Lustade, Ariprandi de Vico Silva, et Andoaldi de Cumaciano testes. — Ego Ragisfredus Notarius scriptor hujus paginam testamenti, quam postraditam complevi, et dedi.

An. 870. = Donazione fatta da Amelrico visconte di Milano, figliuolo del fu Walderico altre volte Visconte di Milano, al monistero di sant'Ambrogio. *Nell'Archivio di quel Monistero.* = In Christi nomine. Notitia firmitatis, et traditionis, seo offersionis, qualiter, vel in corum presentia, tradavit Amelricus Vicecomis Civitatis Mediolani, Fil. qd. Walderici, qui fuit Vicecomis ipsius Civitatis, per pampanum vitis, et cortellum, seu festuga nodatum, adque vasone terre, in mano, et potestate Petri Venerabilis Abbati Monasterii Beati Christi Con-

Digitized by Google

fessoris Ambrosii, in qua ejus Sanctum Corpus quiescit, fundatum prope istam Civitatem, a parte ipsius Monasterii presenti diæ proprietario abendum: idest casis, et rebus omnibus illis juris suis positis in vico, et fundo Albiolo, de quantum inibi jure suprascripto qd. Walderici pertinui, et ipse inibi possessus fuit, et ipsius Amalrici, in eodem fondo Albiolo per successum, et hereditatem ipsius Genitori suo inibi pertinuit in integrum; simulque per ipsam traditionem similiter tradavit in ipsum Sanctum, et Venerabilem Monasterium, presenti diæ abendum, rebus illis juris suis in vico, et fundo Gropello, qui suprascripto qd. Vualderici Genitori suo obvenerunt de Johanne, et ipsius Johannes obvenerunt de Dominicone, quatenus presenti diæ suprascripto rebus, et casis qualiter superius nominative dictum est, in jura, et potestatem Monasterii Sancti Ambrosii persistant, faciendi exinde, qui pro tempore fuerit, legibus, quod providerit, sine ulla ejus contradictione, pro remedium anime ipsius Amalrici, et qd. Vualderici, seo Gersende Genitor, et Genitrix, seo reliquis Parentibus suis. Insuper per ipsam tradicionem tradavit similiter presenti diae, a parte ipsius Monasterii abendum casis, et omnibus rebus illis in loco, et fundo Canobio, vel pro aliis singolisque locis, de quantum suprascripto Vualderici Genitori ejus de Bruningo Diaconi per cartolam obvenit, abendum a parte ipsius Monasterii, presenti diae, pro remedium anime suæ, et suprascripto Genitore suo, sine ulla sua contradictione, aut aliqua deffensione: et quod futurum esse non credit, si quis vero ipse Amalricus, aut ullo de heredibus, proheretumque suorum, quandoque contra presentem traditionem, et vestituram ire, aut eam irrumpere conaverit, multa, quod est pena, idest auro obtimo pondera quinque, et argenti ponderam decim, a parte ipsius Monasterii componat: insuper quod repitit evindicare non valeat, sed presens tradictio, et vestitura omni in tempore firmis, et inviolata persistat, cum stipulatione subnixa. Per suprascriptam traditionem eodem Petrone Abbate de suprascriptis rebus manu potestatative.... et ei exinde corporalem fecit vestituram, et se exinde.... et foris exitus esse dixit, et fecit; et presente pergamene cum atramentario de terra ellevans mihi Hilderati Notarius dedit..... scrivere, et rovorare rogavit. Actum..... anno Imperii Hludovvici Imperatoris vigesimo Bone Memorie Domni Hlotharii Imperatoris Filii... mense Aprilis, Indictione tertia. — Signum † manus suprascripti Amalrici..... ut supra fecit, et hoc breve offersionis fieri rogavit. — Signum † mano Eremberti . . . — Signum † mano Heim... — Ambrosius.... — Ambrosius... — Ego Hilderatus Notarius... —

An. 870. = Sentenza di Pietro abate di sant'Ambrogio di Milano nella causa di un suo suddito reo d'omicidio. *Murator. Antiq. medii ævi. Tom. II, pag.* 237.

871. = Donazione di alcuni beni fatta da Vuerolfo, detto Podone, alla chiesa di santa Maria da lui fondata nella città di Milano, presso quel sito, che chiamasi *Cinque vie. Nell' archivio della stessa Chiesa, che ora si addomanda Santa Maria Pedone, cioè di Podone, o Podone.* = In Christi nomine, Ludovvicus, divina ordinante providentia, Imperator Augustus. Anno Imperii

Digitized by Google

ejus vigeximo primo, mense Februario, Indictione quarta. Ecclesia Sancte Dei Genitricis Mariæ, sita intra hanc Civitatem Mediolani, prope locus, ubi Quinque vias dicitur, quam ego in propria mea terra ædificavi, Ego Vuerulfo, qui et Podo, vocatur, Filius quondam Erchemarii de Civitate Mediolanium, offertor, et donator in eadem Ecclesia præsens præsentibus dixi. Quisquis Deo, et in Sanctis venerabilibus locis ex suis bonis aliquid contulerit, in hoc seculo, juxta Auctoris vocem, centuplum accipiet mercedem, et ut credimus vitam possidebit æternam. Ideo ego, qui supra, Werolfo propterea do, et offero, seu volo, et judico in eadem Ecclesia Sanctæ Mariæ petiam unam de terra, cum casas ibi habentes, juris mei, que riacet juxta eandem Ecclesiam Sancte Marie, que est per mensura justa tabulas legiptimas centum. Coheret ei da tre partes vias, da quarta parte accesio. Et hoc volo, et judico, seu pro animæ meæ remedio confirmo, ut jam dicta Ecclesia Sanctæ Mariæ, et predicta terra, cum ædificiis inibi habentes, et tenentes, simul deveniat in manus, et potestate de Primicerio Presbiterorum Decomanorum Sanctæ Mediolanensis Ecclesiæ, ad ordinandum Presbiterum unum, qui in jam dicta Ecclesiæ Sancte Marie officiare, et custodire debeat, die, noctuque pariter, et fideliter, et faciat ipse Presbiter de jam dicta terra, et casas, quæ cum jam dicta Ecclesia tenere videtur, usufructuario nomine, quæcunque voluerit, pro mercede, et remedio animæ meæ. Nunc autem volo, et judico, atque instituo, ut Presbiter ille, qui in eadem Ecclesia Offitiale fuerit, dare, et offerre debeat candelas duas optimas, per omnes missas ipsius Sanctæ Mariæ, ad Archiepiscopatum Sancte Mediolanensis Ecclesiæ. Et item volo, et judico, ut Presbiter ille, qui ibi Offitiale fuerit, pascere debeat, per omni anuali meo, Presbiteros duodecim, et Pauperes decem, et Missa speciale canere debeat per omne mense, duas in anno. Et ipse Primicerius, qualis in tempore fuerit, propter honorem Ordinationis ipsius Ecclesie, volo, et judico, et pro animæ meæ remedio confirmo, ut habeat massaricium unum juris mei, qui reiacet in vico, et fundo Raudo, ut nulla impositio propter ordinationem ipsius Ecclesie quesierit, nisi illum Massaricium; quia omnia sic decrevit mea bona voluntas. Actum Civitate Mediolani. — † Ego Vuerolfo a me facto subscripsi. — † Dachibertus Clericus rogatus subscripsi. — † Dominator Notarius rogatus subscripsi. — † Anzemundus rogatus subscripsi. — † Adelbertus Clericus rogatus subscripsi. — † Ambrosius Clericus rogatus subscripsi. — † Signum † manuum Godefredi de Mediolano testes. — † Odelbertus Notarius scripsi, post tradita complevi, et dedi. — Ego Jacobus de Oldanis Consul exemplum autenticari, et insinuari jussi, et authenticum exemplum vidi, et legi, sicut in isto continetur authentico, ita in eo continebatur authentico preter literas plus minusve, et subscripsi. Ego Ubertus, qui dicor de Leuco Judex, et Consul authenticum hujus exemplum vidi, et legi, sicut in eo continebatur authentico, ita in isto legitur exemplo, preter literas plus minusve, et subscripsi. Ego Bonifatius qui dicor Curtexius Judex hoc exemplum ab authentico scripsi, et insinuavi, authenticavi, et in publicam formam redigi, et . . . . valeat, tanquam ipsum authenticum, in quo continebatur in isto legitur preter literas plus minusve. Et hoc feci de mandato Jacobi Judicis, qui dicitur de Oldanis Consulis Mediolani, ad postulacionem Petri Clerici, qui dicitur Ferrarius, postulantis no-

Digitized by Google

mine Domni Primicerii Mediolani. Millesimo ducenteximo nono, tertiodecimo die ante Kalendas Juni, Indictione duodecima: presentibus Manifredo de la Porta, et..... de Saregnio. — Ego Mainfredus Filius Ser Uberti Cagalenti de Cruce de Cagalentis, Notarius Sac. Pal. exemplum istud ab exemplo authentico exemplato vidi, et legi, et sicut in eo continebatur in isto legitur exemplo, preter literas plus minusve. — Ego Paganus filius Berardi de Cantone, Notarius de Sancto Victore ad Theatrum, exemplum istud ab exemplo ab authentico exemplato vidi, et legi, et sicut in eo continebatur in isto legitur exemplo, preter literas plus minusve. — Ego Lantelmus filius qd. Bellotti Aldorani de Sancto Victore ad Theatrum Notarius Sac. Pal. hoc exemplum exemplatum ab authentico exemplavi, et ita in eo exemplo exemplato ab authentico continetur, ita in isto legitur exemplo, preter literas plus minusve. Et scripsi, et subscripsi.

An. 873. = Diploma di Lodovico II imperatore conceduto al monistero di sant' Ambrogio di Milano. *Puricell. Ambros. n.* 123.

Idem. = Stromento del possesso di alcuni beni, nel luogo di Cavanago, preso da Ansperto arcivescovo di Milano. *Nell' archivio del monistero di sant' Ambrogio.* = In nomine Domini. Notitia brevis vestituræ pro futuris temporibus ad memoriam retinendam, qualiter, vel in corum presentia, corum nomina subter confirmati leguntur, veniens Domnus Anspertus Venerabilis Archiepiscopus ad casas illas, cum areas, curtes, et rebus illis omnibus ad ipsas casas pertinentes juris suis, quod abere, et possidere visus est in vico, et fundo Cavanaco, quod dicebat ei per cartolas vinditionis obvenissent de Attone de Vico Caminalo, seu de Adeltruda Filia Adoni de Sauriate, et Jugale ejus Lanfredus Notarius, adque Degiselinda Filia Arimoldi de eodem vico Sauriate, et ostendens ibi ad ipsas casas jam dictus Archiepiscopus per columnas de ipsas casas, tam de ipsas casas, areas, curtes, et de reliquis omnibus casis, et rebus in eodem vico, et fundo Cavanaco, de omnia, et in omnibus, justa easdem suas cartulas venditionis in integrum ad suam partem, et proprietatem habendum, vestitura comprehensit, et tenuit. Factum est hoc in suprascripto vico Cavanaco, ad ipsas casas, anno Imperii Domni Hludovvici Imperatoris vigesimo quarto, Bone Memorie Domni Imperatoris Hlotharii Filius, tercio die mense Decembrium, Indictione septima. — Signum ✠ manus Tatroni de Badaglo, qui interfuit. — Signum ✠ manus Anselmi de Vico Blassono, qui interfuit. — Signum ✠ manus Natrari de vico Epporeno Fil. q. Podoni, qui in interfuit. — Agiberto de Classiate interfui. — Ego Adelmus Clericus interfui. — Signum ✠ manus Magnefredi de suprascripto vico Cavanaco, qui interfuit. — Petrus de Fredetto interfui. — Rotecario de Buronaco interfui. — Rachinfredus de Amerlao interfui. — Nigarius de Epporeno interfui. — Gervasius Notarius interfui, et hec breve vestitura scripsi.

An. 876. = Sentenza di Ansperto arcivescovo di Milano, e di Bosone messi imperiali contro Eliberto vescovo di Como, e a favore del monistero di sant' Ambrogio di Milano. *Murator. supracit. Tom.* V. *pag.* 987.

Digitized by Google

An. 876. = Diploma di Carlo il Calvo imperatore, con cui dona ad Ansperto arcivescovo di Milano alcuni beni nel luogo di Cavanago. *Puricell. Ambros. n.* 128.

Idem. = Stromento del possesso preso da Ansperto arcivescovo de' mentovati beni a lui donati dall' imperatore. *Nell' archivio del monistero di sant' Ambrogio.* = In nomine Dei. Notitia firmitatis, et vestitura pro futuris temporibus ad memoria retinendam, qualiter, vel in corum presentia, corum nomina subter confirmatores leguntur, veniens Venerabilis Domnus Anspertus Sancte Mediolanensis Ecclesie Archiepiscopus ad sedimen, cum edificium super abentes, et rebus illis juris sui in vico, et fundo Cavanaco, quod dicebat casis, et omnibus rebus in eodem vico, et fundo Cavanaco, et Overnaco, a Domno Carolo glorioso Imperatore per preceptum, confirmatis aberet proprietario nomine, et ostendens ibi ipse Domnus Anspertus Archiepiscopus eodem preceptum, et eum relegi fecit; quod cum relecto fuit, sic ipse Domnus Anspertus Archiepiscopus, per columna de cassina, qui inibi esse videntur, et per motu terre ipsius, tam de ipsa cassina, et sedimine, et de reliquis omnibus universis rebus, in eodem vico, et fundo Cavanago, et ibi circum rejacentes ad ipsum sedimen pertinentes, de omnia, et in omnibus in integrum, justa eodem preceptum, per eadem columna, et terra, a presenti die, ad suam partem, et proprietatem abendum, vestitura comprehensit, et tenuit. Hoc autem actum est suprascripto vico Cavanago, ad ipsum sedimen, anno Imperii Domni Karoli Imperatoris primo, sexto die mense Aprilis, Indictione nona, feliciter. — Ocio de Octabiano interfui. — Rachinfredus de Amerlao interfui. — Rotecario de Bugionasco interfui. — Petrus de Treducto interfui. — Petrus Sculdasius interfuit. — Nagarius de Eporeno interfui. — Signum ✠ manus Adelgisi Fil. Bone Memorie Vvarimberti de Mediolano, qui interfuit. — Signum ✠ manus Arnolfi de Vico Blassono, qui interfuit. — Anselmus de Cavalliaco interfui. — Signum ✠ manus Magnefredi de Vico Cavanago Fil. q. Viligoni, qui interfuit. — Joannes interfuit, et Fil. qd. Tariprandi de Caputvici.

An. 876. = Vendita fatta da due pupilli, con l'assistenza del loro tutore, e col permesso di Amalrico visconte di Milano. *Nell' archivio del monistero di sant' Ambrogio.* = In nomine Domini Dei, et Salvatoris nostri Jesu Christi. Karolus divina ordinante providentia Imperator Augustus, anno Imperii ejus primo, quarto die mense Magio, Indictione nona. Dum venissent id sunt Agiulfus, et Dragulfus Germanis Fil. qd. Vualperti de vico Colonnia, una cum Tutore suorum Petrus de vico Clevasse ad Amalricus Vicecomes Civitate Mediolanense sugerendum, et reclamandum, eo tempore isto necessitatis suorum famme, et nuditatem patire, et nullam abere de mobilibus rebus unde vivere, aut vestire, vel suorum necessitatem evaderent; nisi tantummodo aberent aliquantis rebus, hec sunt prato uno, et campo uno juris suorum in suprascripto fundo, et vico Colonnia, petierunt, et tribuerit eorum licentia, in elemoneis Domno Imperatoris, rebus ipsis venundandum, victum, vestimentum, et suorum necessitatem evadendam. Tunc ipse Amalricus Vicecomes fecit, recolens edicti paginam, direxit de suis presentia Misso suo Deum timente Odelfrit de intra

Digitized by Google

Civitati Mediolani, Fil. qd. Insalprandi, qui ambulavit super casas abitationis illorum, ut si fortasse aliquit de movilibus rebus ibi invenire poteret, ecce bene, sin autem, previderet, et existimaret suprascriptis rebus, quas ipsi Germani dicebat venundare volerent. Tunc ipso Odelfretus Misso, una simul cum suprascripto Petrone Tutore eorum, adque cum viri idoneis extimatores homines, corum nomina subter leguntur, ambulaverunt intra casas abitationis eorum in suprascripto vico Colonia, set nihil ibi invenerunt de movilibus rebus; et cum ibi nihil de movillia invenissent accesserunt, et previderunt, atque extimaverunt suprascripto prato esse per mensura justa tabolis jugialis sexaginta, et extimaverunt eam valere argentum dinariis solidos sex; et ipso campo est per mensura justa tabolis jugialis viginta, et extimaverunt eum valere argentum dinariis solidos duo. Suprascripto prato nomine Tasosti; coeret ei da omni parte terra Monasterii Sancti Ambrosii, qui est fundatum foris prope ipsa Civitatem Mediolani; et ipso campo nomine Apratella; est ei ad fines, da mane, et munti, ipsius Monasterii; da meridie, terra qui pervenet de beneficio Alconii Presbitero; da sera relicum de suprascripto campo, quas ipsis Germanis sibi reservaverunt. Et renunciaverunt hoc; quod ut supra fecerunt, eidem Amalrici Vicecomiti. Tunc ipse Amalricus. Vicecomes auditis, et inventis eadem necessitatem, tribuit eorum licentiam predictis rebus ad venundandum, victum, vestimentum, et suorum necessitatem evadendam. Quique fatetur accepissent, sicut et in presenti acceperunt ab Bonone de vico Pariana Fil. qd. Gaidoaldi argentum dinariis bonis solidos octo, finitum precium pro predictis rebus, sicut ut supra, per mensura legitima, ut a presenti die in eidem Bonone, de ejus heredis, aut cui ipse dederit, maneat, et persistat, potestatem, jure, proprietario nomine, cum accessu suarum, qualiter ut supra per mensura dictum est, faciendum exinde, pro suprascripto pretio, quod previderit, et eorum Germanis, eorumque heredes plenissima largitatem, et sine eorum contradictione. Et promiserunt ipsis Germanis, cum heredibus suorum, prenominatis rebus ipsius Bononi, et cui ipse dederit, et ad ejus heredes, ab omni homine defensare: quit si deffendere non potuerunt, aut si contra hac cartula per quodvis genium agere, aut causare præsumpserint, melioratis rebus, quem in tempore fuerint, in eodem loco, eidem Bononi, et cui ipse dederit, et ad ejus heredes in duplum restituant. Actum Mediolani feliciter. — Signum ✠✠ manibus suprascriptorum Agiulfi, et Dragulfi Germanis, qui hanc cartulam fieri rogaverunt, et eorum relecta est. — Signum ✠ manus suprascripto Petri Tutore eorum Germanis, qui in omnia suprascripta ad confirmandum manu posuit, et ei relecta est. — Signum ✠ manus suprascripto Amalrici Vicecomiti, qui ut supra eorum Germanis licentiam tribuit, et ea confirmandum mano posuit, et ei relecta est. — Odelfretus, ut supra, missus fui, et subscripsi. — Rachifredus interfui, extimavi, et subscripsi. — Natale interfui, extimavi, et subscripsi. — Signum ✠ manus Leoprandi de Cugingo, qui, ut supra interfui, extimavi, et manum posuit. — Ropert in hac cartula venditionis rogatus a suprascriptis Germanis testis subscripsi. — Signum ✠ manus Simpliciani Ferario de Mediolano, testis. — Signum † manus Volmundi abitator suprascripta Civitates, Vassallo suprascripti Amalrici testis. — Signum ✠ manus Vualperti Faber de Mediolano, testis. — Signum ✠ manus Teodori de Clevese, Fil. qd. Rachiberti,

Digitized by Google

testis. — Ansulfus Notarius in hac cartula vinditionis rogatus a suprascriptis Germanis testis subscripsi. — Odo Notarius rogatus subscripsi. — Ambrosius Notarius, Scriptor hujus cartule vinditionis, post traditam complevi et dedi.

An. 879. = Disposizione testamentaria di Ansperto arcivescovo di Milano. *Murator. Antiq. medii ævi. Tom. IV, pag.* 773.

Idem. = Seconda disposizione testamentaria dello stesso arcivescovo Ansperto. *Nell'archivio del monistero di sant'Ambrogio.* = In Nomine Domini Dei, et Salvatoris nostri Jesu Christi. Karolus Divina favente gratia Rex, qd. Hludovvici Regis filius, anno Regni ejus in Italia primo undecima die mensis Novembris, Indictione tercia decima. Ego Anspertus Archiepiscopus Sanctæ Mediolanensis Ecclesiæ, et fil. bm. Albuccis de Blassonno, qui vixit lege Longobardorum p. p. dixi. Sacerdotalis dignitas convenit, ut ad exempla aliorum suis rebus procuret pro remedium animæ suæ, ut dum suis rebus bene disponans apud Omnipotentem Dominum mereatur inde retributione promereri; et ideo ego dictus Anspertus Archiepiscopus volo, et statuo, adque per presentem cartulam ordinationis meæ confirmo, pro animæ meæ remedium, eo ordine sicut subter statuero, ita ut a presenti die abeant Ariprandus Diaconus fil. qd. Liutprandi nepoti meo, de eodem vico Blassonno, et idem Ariprandus, seu Liutprandus germanus fil. qd. Benedicti, qui fuit germanus eidem Ariprandi Diaconi, casis, et omnibus rebus illis juris mei, quibus sunt posita in eodem loco, et fundo Blassonno, mobilibus, et immobilibus, seu familiis, et fuerunt jura, et proprietatem ipsius qd. Liutprandi genitori, et Avio ipsorum, Ariprandi Diaconi, et item Ariprandi, seu Liutprandi, et mihi per cartulam advenit ab eodem qd. Liutprando; seu et abeant casis, et omnibus rebus illis juris meis, quibus abere videor in eodem loco, et fundo Blassonno, adque familiis, et fuerunt jure, et proprietatem qd. Albucis nepoti meo, germano ipsius qd. Liutprandi; anteposito exinde in omnibus edificium illud in eodem vico Blassonno, quod ego noviter edificare feci, cum accessu sua, sicut nunc stare videtur, ut sic inde permanead, sicut ego per aliam meam ordinationem statui, et pro anima mea vindicavi; nam aliut quicquid ex ipsas duas sortes pernominative superius dictas, in eodem vico, et fundo Blassonno, inventum fuerit, in integrum eodem ordine, ut ipsi Ariprandus Diaconus abeat ex omnibus suprascriptis casis, et rebus, seu familiis, et mobilia medietatem, et item Ariprandus, et Liutprandus germanus abeant reliquia medietas ex jam dictis casis, et rebus, seu familiis, et mobilia, et facientes exinde presenti die, eo ordine, sicut supra legitur tam ipsi, quamq; et eorum eredes, jure, proprietario nomine, quicquid voluerint pro animæ meæ remedium. Et illud statuo, et per hunc testamentum judicati mei confirmo, ut a presenti die abeant jam dictus Ariprandus Diaconus nepos meus, ante omnem portionem, et divisum de inter predictos nepotes, et consortes, suos, casas illas juris mei, quas abeo intra hac Mediolanensi civitate, non longe ab Ecclesia Estiva, ubi ipse Ariprandus Diaconus abitare videtur cum areas, curte . . . in integrum, et mihi advenit de Rachiberga, et filiis ejus de vico Cederate, seu casis, et omnibus rebus illis juris meis, quibus abere videor in vico, et fundo Carzenzago, quod

Digitized by Google

sunt Masariciis duo in integrum; adque voto eundem Ariprandum Diaconum abere, a presenti die, post meum obitum, casas illas juris mei, quam abeo intra hac civitatem Mediolani, prope Basilica Sancti Johannis, qui dicitur ad Conca, in integrum, et casellam illam juris mei, quam abeo intra hac Civitate, juxta Forum publico non longe a Moneta, cum areas, curte... suas in integrum. Similiter abeat casas illas juris mei, quas abeo intra civitatem Papia, prope casas, qui dicitur cella de Nonantolas, cum areas, curte, orto, puteum; atque abeat ipse Ariprandus Diaconus casis... juris mei, quibus abere videor in locis et fundis Villolam, et Vedano judiciarias istius Mediolanensis, et sunt prenominative illis casis, et rebus in Villolam massariciis... et molendinum unum constructum in fluvio Lambri.., in dicto loco Vedano massaricio uno, omnia, et ex omnibus, quicquid in supradictis locis, et fundis Villolam, et Vedano abere videor, in integrum: et volo eum abere die presenti, post meum obitum, silvam unam...., quod abere videor in eodem fundo Blassonno, locus ubi dicitur Cugutero, nominative prope viam, qui pergit da porta Arnolfi versus septem juges, tantum per mensura juges quatuor cum accessu, et ingresso... per ipsa mensura fuerit ex jam dicta silva in Senodochio meo pertineat, sicut aliis rebus meis per aliam ordinationem a me inibi colatis sunt, et abeat ipse Ariprandus Diaconus, post meum obitum, clausuram illam in eodem vico Blassonno, prope puteum, meam portionem ex integrum, et aliam clausuram ultra viam usque in fossato, qui dicitur de presbitero, adque pratum illum in ipso vico, prope casas Deas dictas, qui fuit de sorte qd...., seu et camporas illas juris meis in eodem fundo Blassonno, qui dicitur de Baranoro, prope Redericum adque petia una de vites in eodem fundo Blassonno, locus ubi nominatur Cinixello, da parte mane, juxta vinea ipsius Ariprandi Diaconi, tantum per mensura justa juge legitima una, reliqum, quod ex ipsa vinea remanserit in jam dictum Senodochium meum persistat, sicut et illis rebus meis inibi a me concessis; et statuo eum habere locum illum juris mei, qui est posito in eodem fundo Blassonno, nominative de Aldepranda, et rejacere videtur in Baragia, subtus silva de summo vico, tantum pro extimatione valente, quantum ipse comutare possit ronco illo, quod est in eodem fundo Blassonno subtus cogutero, qui pertinent de Senodochio Sancti Fidelis; et abeat, et ripas illas juris meis, quas abere videor juxta fluvio Lambri, prope Sanctum Pancratium, solummodo tantum ubi molendinum benefacere possit, et abeat accessum per semitam, que venit de Sancto Vito, et per ipsam descendat; ita ut faciat exinde ipse Ariprandus Diaconus eo ordine, sicut superius legitur, ante omnem portionem de inter jam dictos nepotes, et consortes suos, jure, proprietario nomine, quicquid voluerit pro remedium animæ meæ. Casas illas juris mei, quas abeo intra hac Civitatem Mediolanensi, prope casa Petri presbiteri, ubi da duas partes pergit vias, cum areas, curte, terra, et puteum, que mihi advenit de Herogatariis qd. Guntioni Diacono volo, ut abeat a presenti die, post meum dicessum, Aldetruda relicta qd. Benedicti nepoti meo ad inabitandum, dum advixerit, et usufructuario nomine, si virum non conjunxerit, et lectum viri sui custodierit, et faciat inibi, ut dictum fuit, diebus vite sue..... copulaverit, usufructuario nomine legibus quod in remediiis, pro animæ meæ mercedem; Post autem ejus decessum... vel si nupserit, sta-

Digitized by Google

tim in casas ipsas cum omni integritate sua, sicut supra legitur.... usufructuario nomine abendum concessi, deveniat in jus, et potestatem jam dicti Ariprandi Diaconi, vel de ejus heredibus, faciendum inde proprietario nomine legibus quod voluerit, pro animæ meæ mercedem.... adque confirmo super hunc judicatum meum confirmo, ut si aliquando tempore jam dictus Ariprandus, et Liutprandus germani, vel eorum heredes contra eumdem Ariprandus Diaconus egerit..... portionem ei quesierint, et predictis casis, et rebus quibus eum ut supra proprietario jure abere dixi, et eum quiete in integrum abere, sicut ut supra a me est institutum, non dimiserint, tunc... qualiter ab ipso die, postquam contra eum causatio facta fuerit, et quiete abere non permiserint, deveniat illut, quod eidem Ariprandi Diaconi, ut supra, dedi in potestatem ejusdem Ariprandi... cui melius potuerit, et pretium exinde acceptum pro anime nostre remedium dispargendum, et ipsum exinde meum statuo esse hierogatorem. Statuo namque, et per hunc textus Judicati meo confirmo...., quod fieri non credo, nec Deus permittat, si aliquando tempore predictus Ariprandus Diaconus, item Ariprandus, et Liutprandus germani, vel eorum heredes, per se, aut per summissam eorum persona, con.... statutas, quod ego jam manibus meis firmatas emissas abeo, aut in antea emisero pro qualicumque genio egerint, aut causare permiserint, et omnia ita quiete permanere non dimiserint..... quod a me est institutum, vel fuerint, tunc statim post hoc clarum factum, illius portio, qui egerit, aut causatori, vel contradictori consentiens fuerit in integrum deveniat in jura, et potestatem Senodochii mei, quod ego per meam ordinationem infra hanc urbem cellam Monachorum esse institui de omnia quicquid eum ut supra de rebus meis abere institui, et si pervenerit, faciat inde pars ejusdem Senodochii mei, et Celle sicut, et de aliis rebus meis inibi datis legitur, quod previderit pro animæ meæ remedium; Reservato hec dum advixero in mea potestatem, de quo, ut supra, post meum decessum eumdem Ariprandum Diaconum, et Adeltrude abere dixi, nam de quod inde me vivens aliter non remutavero, omnia sic permaneat firmam, et stabilem, juxta legem, sicut ut supra est insertum, pro animæ meæ mercedem. Han enim cartulam Ordinationis meo Gervasius Notarius scribere rogavi, in qua subter confirmans, testibusque a me rogatis obtuli roborandum. Actum Mediolani. — Anspertus Archiepiscopus subscripsi. — Ragifredus Judex in ac cartula ordinationis, rogatus a Domno Ansperto Archiepiscopo, testis subscripsi.—Nazarius de Eporeno rogatus subscripsi.—Adelchis de Veriano rogatus subscripsi; — Signum manus Podoni de vico Arelato testis. — Rachinfredus de Aneglao testis subscripsi; — Signum manus Bononi de vico Arelato.... — Signum manus Johannis de Roveniasco testis; — Aldeberta de Lemoniano rogatus subscripsi. — Signum manus Graseberti de Lauriaco testis. Gervasius filius Rodoaldi de Mediolano Rogatus subscripsi. — Ego Gervasius Notarius, scriptor hujus cartule ordinationis, rogatus ab jam dicto Domno Anspertus Archiepiscopus postradita complevi, et dedi. — Raggifredus Judex in hoc exempla ex autentico edita fideliter subscripsi, et ipso autentico vidi, et relegi, et me inibi rogatus teste subscripsi, sic in eo continetur, sicut in ista legitur exempla, extra litteras plus minusve. — Nazarius de Eporeno in hoc exempla ex autentico edita subscripsi, et ipso autentico vidi, et relegi, et me

Digitized by Google

inibi rogatus testis subscripsi, sic in eo continentur sicut in ista legitur exempla, extra litteras plus minusve. . . . . plus minus. — Gervasius filius Rodoaldi in hac exempla ex autentico edita subscripsi, et ipso autentico vidi, et relegi, et me inibi rogatus subscripsi, et sic in eo continetur, sicut in ista legitur exempla, extra litteras plus minus. — Adelchis de Veriano in hac exempla ex autentico edita subscripsi, et ipso autentico vidi, et relegi; et sic in eo continetur, sicut hic legitur exempla, extra litteras plus minus. — Adelbertus de Lemoniano in hac exempla ex autentico edita subscripsi, et in ipso autentico me subscripsi, sic in eo continetur sicut in ista legitur exempla, extra litteras plus minus. — Rachinfredus de Ameglao in hac exempla ex autentico edita subscripsi, et in ipso autentico me subscripsi; et sic in eo continetur sicut hic legitur exempla extra litteras plus minus. — Bonus de Pariana in hac exempla ex autentico edita subscripsi, et in ipso autentico me subscripsi; et sic in eo continetur, sicut in ista legitur exempla extra litteras plus minus. — Ego Gervasius Notarius hoc exemplar ex autentico exemplavi, et ipso autentico ego manibus mei scripsi, et sic continebatur in ipso autentico, sicut in isto legitur exemplari, extra litteras plus minusve.

An. 880. = Diploma di Carlo *il Grosso* re d'Italia, conceduto al monistero di sant'Ambrogio di Milano. *Puricell. Ambros. N.* 130.

Idem. = Altro diploma, come sopra. *Id. Ib. N.* 131.

Idem. = Terzo diploma, come sopra. *Id. Ib. N.* 133.

Idem. = Sentenza di Giovanni vescovo e Idelberto e Alberico conti, messi, imperiali in favore del monistero di sant'Ambrogio. *Murator. Tom. V, pag.* 929.

An. 881. = Sentenza di Ariprando diacono, vicedomino della santa Chiesa milanese, e di Pietro abate di sant'Ambrogio in una controversia tra il suo monistero ed i suoi servi di Lemonta. *Murator. supracit. Tom. III, pag.* 747.

» 892. = Sentenza di Maginfredo conte del palazzo e conte di Milano, a favore di Pietro abate di sant'Ambrogio. *Nell'Archivio di quel Monistero.* = In Dei nomine, Civitatis Mediolanensis, curte Ducati, infra Laubia ejusdem curtis, in iuditio resseret Magnifredus Comes Palatii, et Comes ipsius Comitati Mediolanensis, singulorum hominum iusticias faciendas; ressedentibus cum eo Rotcherius Vicecomitis ipsius civitatis Mediolanensis, Ursepertus, et Rachifredus Judices Domni Imperatoris, Rotpertus, Ragibertus, Aginaldus, Hilderatus Judices ipsius civitatis Mediolanensis, Petrus, Ladelbertus germanus De Gratis, Stachelbertus Judex de Curugo, Armundus, Rotfredus, et Guidoaldus Notariis et reliqui multis. Ibique eorum presentia Petrus Aba Monasterii Sancti Christi Confessoris Ambrosii, ubi ejus Sanctum quiescit corpus, situm in suburbium ejusdem civitatis Mediolanensis, una cum Ambrosius Judex ipsius civitatis, et Advocato ejusdem Monasterii, nec non Gaufprandus Scavinus abita-

Digitized by Google

tor Moditia, et Advocato Ecclesie Sancti Joannis, sita eadem villa Moditia intentionem abentes. Dicebat ipse Petrus Abba, et Ambrosius Advocato. Dedit parte Abatie Sancti Joanni mihi Petri Abbati Oratorium unum in onore Sancti Georgi constructum, cum aliquantis denominatis rebus, in comutacione a parte Monasterii Sancti Ambrosii, qui sunt positis in vico, et fundo Colonia, et ego per ipsum Oratorium, et rebus vegario dedi de rebus ipsius Monasterii Sancti Ambrosii a parte ipsius Ecclesie Sancti Johannis similique Oratorium unum in onore Sancti Eugenii edificatum cum rebus denominatis in vico, et fundo Concorezio. Set modo pars ipsius Ecclesie Sancti Joannis in alico de ipsi rebus parti jam dicti Monasterii contradicent; unde querimus abere iustitiam: que cartula comutacionis pre manibus abemus. Oc dicto tunc predicti auditores fecerunt eandem cartulam comutationis, que ipsi Petrus Abba, et Ambrosius pre manibus abere dixerant, relegi. Ubi inter cetera continebatur qualiter Petrus Abba Monasterii Sancti Christi Confessoris Ambrosii, ubi ejus Sanctum quiesceret corpus dedisset in causa comutacionis Petri Archipresbitero, et Custus Ecclesie Sancti Johanni, sita Moditia, a parte ipsius Ecclesie Sancti Johannis, presenti die, a proprium abendum Basilicam unam constructam in onore Sancti Eugenii, cum curte, orto, et campo in simul tenente; cum aliquantis aliis rebus territoriis in vico, et fundo Concorezio, quo sunt vinea petia una, cum area eius, camporas petias novem, silva stalaria petia una: quod essent per mensura ipso sedimen, et cum area, ubi extat, ipsa Basilica, curte, et orto, perticas legittimas vigialis tres, et tabolas decim et septem: ipsa vinea esset, area, in qua extat, per mensura iusta iuge una et perticas iugialis sex, et tabolas undecim. Primo a Prato de Valle esset iuges tres, et perticis. Secundo campo dicebat Aruncesiolo esset iuges. Tercio campo dicebat a clusura de cerone esset perticas decim, tabolas quatuor. Quarto campo similiter dicebat a clusura de cerone esset perticas septem, et tabolas decim, et octo. Quinto campo dicebat a Vustana esset perticas novem et tabolas duodecim. Sexto campo dicebat a puble esset perticas quatuor, tabolas decim. Septimo campo dicebat a prato Domnico esset perticas quinque et tabolas duodecim. Octavo campo dicebat a via de porta, esset perticas quatuor, et tabolas sedecim. Nono campo dicebat ibi a Vidi da porta, quod esset Latustrada, esset perticas sedecim. Ipsa Silva stalaria dicebat a Gladaria, esset iuges duas perticas novem. Unde ad vicem recepisset ipse Petrus Abba, similiter comutacionis nomine, a parte ipsius Monasterii Sancti Ambrosii abendum ab eodem Petro Archipresbitero, et Custos de res ipsius Ecclesie Sancti Johanni, Basilicam unam in onore Sancti Georgii, cum curte, orto, et campo simul tenente, seu rebus ad ipsam Basilicam pertinentes, in vico, et fundo Colonia, quod essent per mensura iusta ipso sedimine, et campum unum tenente, tam area de sub eadem Basilicam, et foris perticas iugialis quatuor. Vineis petias duas, quod essent areas earum perticas septe, tabolas novem. Pratas petias tres esset iuge una, e tabolam decim, et septe. Camporas petias decim esset iuges decim. Stalarias petias duas essent perticas septe, et tabolas sedecim. Et legebatur super ipsis rebus, da ambarum parcium accessissent ipsi comutatores, seu Ragifredus Judex, et Missus Domni Imperatoris, una cum viris idoneis extimatores, id sunt Ragibertus, Ambrosius, seu Aupaldus Nota-

Digitized by Google

rius Mediolanensis. Giselberti, Nortemannus, et Gisus de Mediolano, Gisenulfus de Anticiaco, Johannes de Roveniasco, qui omnibus comparuissent, et ipsi extimatores extimassent Basilica; et res ipsas de ambarum partium, per quod causa Dei Ecclesiarum essent bene a congruitatem ipsorum locis ipsa comutacio legibus, ac firmiter fieri potuissent, et taliter sibi unus alteri ipsi comutatores die presenti predictas Basilicas, et res sibi invicem proprietario, et canonice, legibus abendum tradiderunt, et faciant pars parti quisco accepit legaliter quidquid previderint, sine uni alterius contradictione, sub pena duplis ipsis rebus oblicatis. Erat cartula ipsa comutacionis manu propria scriptionis ejusdem Petri Archipresbitero firmata, et jam dictis Ragifredus Judice, et Misso, et extimatore, adque ad reliquis testibus roborata, scripta, et completa per manus Alderici Notarii; et legebatur tradita fuisset, et emissa anno Imperii Domni Widonis Imperatoris secundo, mense Magio, Indictione decima. Cartula ipsa relecta respondi ipse Gariprandus Scavinus, et Advocatus vere contra ista comutacione nihil contradico, quia nec possum, eo quod legibus emissa est, et parti Monasterii Sancti Ambrosii jam dictam Basilicam in onore Sancti Georgii constructa in vico Colonia, nec rebus quibus per istam comutacionem Petrus Archipresbiter, et Custos Ecclesie Sancti Johannis site Moditie, cujus advolute sunt tibi Petri Abbati, a parte Monasterii Sancti Ambrosii in comutacionem dedit, nihil parti Sancti Johannis pertinent, eo quod iusta ista comutacione propriis jam dicti Monasterii Sancti Ambrosii esse debent, et ut dixi, nihil de eis vobis contradico, quia nec legibus possum. Set sicut in eadem comutacio legitur, ita per omnia firmum, et stabilitum esse, et permanere volo. His peractis et manifestacione facta, paruit supradictis Auditoribus esse recte, et judicaverunt, ut justa eorum intentione, et professione; sive manifestacione eidem Gariprandi Advocatori, et ut jam dicta legitur comutacio predicta Basilica in onorem Sancti Georgii constructa, cum jam dictis rebus in Colonia, quibus Petrus Abba da parte Sancti Johannis in comutacionem accepit a modo et in antea pars iam dicti Monasterii Sancti Ambrosii abere deberet, sine contradictione parti jam dicte Ecclesie Sancti Johannis; et finita est causa, et qualiter acta, vel deliberata est causa, presentem noticiam, pro securitate, et firmitate parti ejusdem Monasteri, Sancti Ambrosii ego Adelgisus Notarius scripsi, amno Imperii Domni Widonis Imperatoris secundo, mense Augusto: Indictione decima. — Signum ✠ manus suprascripti Maginfredi Comiti Palatii, ut supra, interfuit. — Ragifredus Judex Domni Imperatoris interfui. — Rachibertus Judex interfui.

An. 892 o 893. = Privilegio conceduto da Anselmo arcivescovo di Milano al monistero di sant'Ambrogio. *Puricel. Ambros.* N. 147.

894. = Diploma di Arnolfo re d' Italia a favore del monistero di sant'Ambrogio di Milano. *Puricell. Ambros.* N. 149.

Id. = Diploma di Berengario re d'Italia, a favore de'preti ed officiali della basilica di sant'Ambrogio di Milano. *Id. N.* 150.

Digitized by Google

An. 896. = Sentenza di Amedeo conte del palazzo e di Landolfo eletto arcivescovo di Milano, dove pure trovavasi Lamberto imperatore a favore del monistero di sant'Ambrogio. *Nell'Archivio di quel Monistero.* = Dum in Dei nomine, ad Monasterium sancti, et Christi Confessoris Ambrosii, ubi ejus umatum corpus requiescit, ubi Domnus Lambertus Piissimus Imperator preerat, in Domum ejusdem Sancte Mediolanensis Ecclesie, in Laubia ejusdem Domui, in juditio resideret Amedeus Comes Palacii, una cum Landulfus vocatus Archiepiscopo, singulorum hominum justitiam faciendam, et deliberandam: residentibus cum eis Anspertus, Johannes, Natalis, qui et Ugo, Adelgiausus. Adelbertus, Aquilinus, item Adelbertus, Farimundus, et Leo Judices idem Augusti, Ambrosius Judex Mediolanensis, Tazo de Badaglo, Arnulfus . . . . . Giselbertus, Gisus Vassalli Petri Abbati ipsius Monasterii, et reliqui multi. Ibique eorum veniens presentia Anselmus Notarius, et Advocatus jam dicti Monasterii Sancti Ambrosii, et cepit dicere. Maginfredus, qui fuit Comes Palatii Arnulfi Regis, et Vualdo episcopo Missi Domni Regis Civitati Papia, in sala, qui est infra Viridario, intus caminata magiore, hubi in juditio residebat, investierunt, ad salva querela, Attonem Archiepiscopum ad partes Monasterii, qui dicitur Auuva, qui est in finibus Allamanie, de mansos sex, quibus sunt positis in loco, et fundo, qui dicitur Lemonte, que b. m. Domnus Lotharius Imperator, per suum preceptum, in jam dictum Monasterium Sancti Ambrosii concessit abendum. Eciam dive memorie Karolus Imperator, per suum preceptum mansos ipsos in ipsum confirmavit Monasterium et de ipsos sex mansos parte ipsius Monasterii Sancti Ambrosii, desvestierunt, pro ideo quia, pro persecutione. Ostili ipsius Arnulfi, ad eorum placitum venire ausi non fuimus; pro tali occasione parti nostri Monasterii Sancti Ambrosii desvestierunt, et Monasterium Auuve, salva querela investierunt. Hoc actum, perexit ipse Arnulfus Rex foris hoc regno, et postea ipsum Attonem Archiepiscopum, nec Advocatus ipsi Monasterii Auuve, nec ulla personas invenire potuimus, nec possumus, qualiter, de ipsos sex mansos, in rationem stare possumus; unde pars ipsius Monasterii Sancti Ambrosii maximam sustinei damnietatem. Unde peto ego Anselmus Advocatus, ut in elimosina Domni Imperatoris; et ut postquam Advocatus ipsius Monasterii Auuve, nec ullam talem personam invenire possumus, qualiter de ipsi accessi, et rebus, in rationem stare possimus, et semper postea cum ipsas preceptas, et cum alias firmitates parati fuimus, et sumus inde in rationem standum, ut a parte ipsius Monasterii de ipsos sex mansos investire faciatis; ut ipsum Cenubium Sancti Ambrosii suam abead, et tenead vestituram, sicut actenus abuit, antequam missi eidem Arnulfi Regis pars ipsius Monasterii desvestissent. Cum ipse Anselmus taliter tulisset, tunc ipse Amedeus Comes Palacii perquirentes infra et foris eodem placito Advocatus ipsius Monasterii Auuve, etiamsi infra eodem Comitato Mediolanense, hubi ipsas res consistebant, pars ipsius Monasterii Auuve Advocatus constitutus abebant, a non; sed Advocatus ipsius Monasterii Auuve nullum modo invenire potuit; et cum Advocatus ipsius Monasterii Auuve invenire non potuisset, per fuste de mano ipsum Anselmum Advocatum de ipsos sex mansos, ad partes ipsius Monasterii Sancti Ambrosii, investivit; ita ut deinceps suam abead, ac tenead vestituram, sicut antea abuit, antequam

Digitized by Google

ipsi Missi Arnulfi pars ipsius Monasterii desvestissent. Et hanc notitiam, pro securitate ipsius Monasterii Sancti Ambrosii, fieri admonuerunt. Quidem et ego Adelbertus Notarius Domni Imperatoris, ex jussione suprascripti Amedei Comiti Palacii, et admonitionem predictorum Judicum, scripsi, anno Imperii Domni Lamberti Deo propitio quinto, mense October, Indictione quinta decima. — Signum ✝ manus suprascripto Amedei Comiti Palacii, qui ut supra interfuit. — ✝ Anspertus Judex Domni Imperatoris interfuit. — ✝ Adalbertus Judex Domni Imperatoris interfui. — ✝ Johannes Judex Domni Imperatoris interfui. — ✝ Adelbertus Judex Domni Imperatoris interfui. — Natalis, qui, et Ugo Judex Domni Imperatoris interfui. — ✝ Aquilinus Judex Domni Imperatoris interfui. — ✝ Aldegiausus Judex Domni Imperatoris interfui. — ✝ Farimundus Judex Domnus Imperatoris interfui.

SECOLO X.

An. 901. = Diploma di Lodovico III re d'Italia, con cui dona a Liutvardo vescovo di Como il contado di Bellinzona. ccc. *Tatti, Annali di Como. Tom. I, in fine.*

Idem. = Sentenza di Sigifredo conte del Palazzo e conte di Milano a favore di alcuni uomini di Palazzuolo, contro il contado stesso di Milano. *Murator. Antiq. medii ævi. Tom I. pag.* 717.

Idem. = Altro diploma di Lodovico III imperatore, con cui dona la badia di san Giorgio, detta della Coronata, presso al fiume Adda, a Liutvardo vescovo di Como. *Tatti sopraccit.*

An. 903. = Disposizione testamentaria di Andrea arcivescovo di Milano. *Nell' archivio del monistero di Santa Radegonda.* = In nomine Dei, et Salvatoris nostri Jhesu Christi. Berengarius divina ordinante providentia Rex, anno regni ejus Deo propicio, quintodecimo, undecimo die mensis Januarii, Indictione sexta. Ego in Dei nomine Andreas, licet indignus, Archiepiscopus Sancte Mediolanensis Ecclesie, Filius bone memorie item Andree de Cantiano, qui visus fuit lege vivere Langobardorum, presens presentibus dixi. Sacerdotalis dignitas convenit, ut propriis rebus, ad exemplum aliorum, Deo omnipotenti, et Domino nostro Jhesu Christo Filio ejus redemptione animarum munera condonaret. Et ideo Ego, qui supra, Andreas humilis Archiepiscopus statuo et per hanc paginam ordinationis, et judicati mei confirmo pro amore Dei, et Domini nostri Jhesu Christi, atque pro remedio anime mee, vel isto quondam Genitori, et Genitrici mee, ceterisque Parentibus meis, ut a presenti, post meum obitum, sit Senodochium meum, et infra casam meam propriam quam habeo intra hac Mediol. Civit. non multum longe ab Ecclesia, que dicitur Estiva, et prope Monasterium, quod vocatur Vigelinde, et ibi constitutas, et capellam illam ibi hedificatam, et constructam in honore Beati Jhesu Christi Archan-

Digitized by Google

geli Raffaellis, atque Balneum, cum areas, in qua extant, curte, et orto, omnia simul, et omnes hedificias, vel fabricatam inibis constructas. Et mihi ex commutacione advenit ipsas... et capellas, atque Balneum, cum areas, curte, et orto, meum Senodochium esse instituo, da parte Monasterii Beati Christi Confessoris Ambrosii, ubi ejus Sanctum humatum quiescit corpus, situm in Suburbium Mediol. Civit. ab Gaidulfus, qui nunc modo inibi Abba esse videtur. Et statuo, atque per hac pagina judicati confirmo post meum decessum habendum a presenti eundem meum Senodochium, et inibi pertinere debeant Massaricios tres juris mei, quos habere videor in loco, et fundo Baciana, cum casis, et omnibus rebus ad ipsos tres massaricios pertinentes; atque duas eas massaricias in Maconago, et in Cermenate; massaricias duas, et pratos duos prope Monasterio Sancti Simpliciani, situm in Suburbium hujus Mediol. Civit. Ita ut predictis casis, et rebus ad eisdem massariciis pertinentes vel aspicientes, mihi juste, et legaliter pertinentes; in integrum post meum obitum in eundem permaneant Senodochio faciendum parte jamdicti Senodochi, ut per hanc meam ordinationem statuo, postea legaliter quod voluerint, pro anime mee remedium. Illis vero casis, et rebus in Salvanecio, et in Quartello, cum familiis servos, ancillas, aldiones, aldianas, omnia et in omnibus ad ipsas duas massaricias pertinentes vel aspicientes, quas ante hos dies per aliam meam ordinationem Amelberga Monacha Nepta mea, Monasterio, quod dicitur Dathei, usufructuario nomine, diebus vite sue habendum contuli; statuo, et per hanc meam ordinationem confirmo, ut a presenti post decessum ejusdem Amelberga Monacha Nepte mea predictis casis, et rebus in Salvanecio, et Quartello, cum familiis servos, ancillas, aldionas, omnia et in omnibus ad ipsis casis, et rebus pertinentes, vel aspicientes, sicut eidem Amelberga Monacha pertinebat, ante hos dies per aliam meam ordinationem diebus vite sue usufructuario nomine habere dixi in integrum, post ejus decessum, in eum meum Senedochium deveniat, potestate, faciendum exinde postea pars predicti Senedochi quod providerit, pro anime mee remedium. Massaricios duos juris mei, quos habere videor in vico, et fundo Aureliano, volo, et per hunc meum judicatum confirmo, ut a presenti post meum decessum sint in potestate de Presbitero, qui pro tempore missa, et officium, et luminaria fecerit in eandem meam Capellam infra prenominatum Senedochium constructa in honore Sancti Archangeli Raffaelli, faciendum ex frugibus earum, vel censum, quibus ex ipsas duas massaricias annue Dominus dederit Presbitero, qui in eandem Capellam pro tempore Officialis fuerit, ad suum usum, et benedictionem, vel subsidium, quod providerit. Ita ut ex predictis rebus ad ipsum Presbiterum, qui inibi pro tempore Officialis fuerit non minuantur, nec de ipsum meum Senedochium, vel Capella, subtraantur, pro anime mee remedium. Et ipse Presbiter faciat mihi cotidie Missas, Vesperum, et Matutinum, ut mihi peccatori ad anime proficiat salutem, et gaudium sempiternum. Casas solariatas, et salas, cum areas in qua extant, et curte simul tenente non longe ab jamdictum Senedochium, positas infra hanc Urbem Mediol., quas Andrea Clericus Nepoto meo per aliam meam ordinationem, diebus vite sue, usufructuario nomine, habendum institui, statub habere, post ejusdem Andrea Clericus Nepoto meo discessum, ipsum Presbiterum illum, qui pro tempore

Digitized by Google

in jam Capella memorata mea Officialis fuerit, ad inhabitandum, et resedendum, et inibi faciendum quicquid ei necesse fuerit, pro anime mee remedium. Oliverium meum, quem habere videor in loco, et fundo Leood, prope Lacum Comense, et mihi advenit per cartula.... de Randignone Subdiaconus, de Ordine Sancte Mediolanensis Ecclesie, in integrum volo, ac per meam ordinationem confirmo, ut a presenti post meum obitum, in eundem Senedochium deveniat potestatem, et ibi postea perpetualiter debeat pertinere. Et hoc statuo, atque per hunc meum judicatum confirmo, pro amore Dei, et Domini nostri Jhesu Christi, ut Senedochium istum sit rectum, et gubernatum per Vvarimbertus humilis Diaconus, de Ordine hujus Sancte Mediolanensis Ecclesie, Nepoto meo, et Filius bone memorie Ariberti de Besana, diebus vite sue. Et per hanc meam ordinationem instituo, ut ipse Vvarimbertus Diaconus, diebus vite sue, infra ipsum Senedochium, vel casas meas omni anno, in capite annualis defunctionis mee, pascat et nobiles Presbiteros duodecim, et det eorum cereos offersionis, et per unumquemque Presbiterum denarios ternos, ut mihi Missas canere debeant. Simulque statuo, ut Vvarimbertus Diaconus infra eadem domum, vel Senedochium a me constitutum, similiter omni anno, diebus vite sue, in capite annualis defunctionis mee, pascere debeat Pauperes centum, et det per unumquemque Pauperum dimidium panem, et companaticum, lardum, et de caseum inter quattuor libra una, et vino stario uno; et cum refecti fuerint Deo dixerint laudes, et mihi, ac parentibus meis ad anime proficiat salutem, et gaudium sempiternum: et si bene inde fecerint ibat vitam eternam. Nam dum ipse Vvarimbertus Diaconus in hoc seculo advixerit, post meum obitum, in ipsam Capellam nullum Presbiterum Officiale inibi sit, nisit ab eo misso, vel ordinatos: post autem ejusdem Vvarimberti Diaconus Nepos meus discessum, volo, et per hunc meum judicatum confirmo, ut a presenti jamdictum Senedochium a me constitutum, et ipsa Capella, cum omnibus casis, et rebus, et massariciis ad eundem meum Senedochium pertinentes, vel aspicientes a me inibi firmatis, vel que ibi pertineant, tam casis, massariciis, et rebus ad eis pertinentibus, tum familiis servos, ancillas, aldiones, aldionas, utriusque sexus, omnia, et ex omnibus, sicut superius, per istum Vvarimbertus Diaconus diebus vite sue rectum, et gubernatum institui esse, ita cum omni integritate, vel soliditate, statim post ejusdem Vvarimbertus Diaconus Nepos meus discessum fiat rectum, et gubernatum per Abbatissa, que pro tempore fuerit ordinata Monasterio Domini Salvatoris, quod appellatur Guigelinde, et ubi modo inibi Guarimberga Deo dicata Abbatissa esse videtur: et pascat illa Abbatissa, que in eundem Sanctum, et Venerabilem Monasterium, pro tempore, fuerit, per omni anno, in capite annualis defunctionis mee, usque in perpetuum, nobiles duodecim Presbiteros, et Pauperes centum; et det eorum, et adimpleat sicut superius legitur, et jamdicto Vvarimberto Diaconus dare, et adimplere dixi: proficiscente mihi in æternam beatitudinem. Et quod superfluum ex ipsis casis, et rebus annue Dominus dederit de fruges, vel censum, ipsa Abbatissa, et Monachas, vel Sorores illius Monasterii, que inibi pro tempore fuerint, et Deo deservierint, ad suorum habeant usum, vel subsidium, et benedictionem, ut mihi cotidie officias faciant; proficiente mihi et parentibus meis in æternam vitam. Et postquam venerit ipsum Senedochium

Digitized by Google

potestate regendum, et gubernandum Abbatissa Monasterii ipsius, quod dicitur Guigelinde, in eandem meam Capellam ab ipsa Abbatissa sit Presbiter, ordinatum, et missum, officias, et luminarias inibi cotidie faciendum, qualiter ipsa Abbatissa voluerit, aut potuerit; et qualiter exinde fecerit Deum habeat retributorem, sive in bonum, sive in malum. Et si, quod fieri non credo, nec Deus permittat, sin unquam in tempore ulla venerit Persona, vel Potestas, aut Pontifex hujus Sancte Mediolanensis Ecclesie, qui hunc meum statutum, judicati, et ordinationis inrumpere quesierit, et in ea omnia, qualiter superius legitur, et mea decrevit voluntas, firmum, et stabile permanere non permiserit, cum Juda traditore sit comdempnatus in perpetuum. Et dum Dominus in hoc seculo mihi vitam concesserit, omnia ut supra in mea reservo potestate, faciendum, et ordinandum, quomodo, aut qualiter voluero: et si in alio modo non remutavero, sic maneat firmum, et stabile, sicut superius statui, et mea decrevit voluntas, pro anime mee remedium. Hanc enim cartulam judicati, ordinationis, seu dispositionis mee pagina Petrone Notarium tradidit, et scribere rogavi, in qua subter confirmans, testibusque obtulit roborandam. — Actum in ista Civit. Mediol. — Andreas, per Dei miseratione, humilis Archiepiscopus in hac ordinatione a me facta. SS. — Apolinarius Judex Domini Regis rogatus testes SS. — Andreas Notarius rogatus teste SS. — Davit filius Johannis da Mediol. rogatus SS. — Ambrosius Notarius rogatus SS. — Rottofredus, Filius item Rotofredi Judicis, rogatus SS. Ego Petrus, humilis Subdiaconus, rogatus SS. — Adelaeotus Clericus, Filius Petri de Gratis, rogatus SS. — Rodulfus rogatus SS. — Ego qui supra Petrus Notarius, Scriptor hujus Cartule judicati, et ordinationis, seu dispositionis post tradita complevi, et dedi.

An. 905. = Sentenza di Andrea arcivescovo di Milano, e di Ragifredo giudice messi imperiali, a favore di Gaidolfo abate di sant'Ambrogio. *Murator. suprac. Tom.* I, *pag.* 77.

Idem. = Sentenza di Andrea arcivescovo, nella stessa causa contraria all' abate di sant' Ambrogio. *Murator. supracit. pag.* 777.

Circa l' anno 906. = Sentenza data in Pavia alla presenza del re Berengario da Giovanni vescovo di Pavia ed Adelberto vescovo di Bergamo, da lui delegati insieme con Aicone arcivescovo di Milano, ed altri, nella stessa causa. *Murator. supracit. Tom.* II. *pag.* 933.

An. 918. = Sentenza di Berengario, nipote dell'imperatore Berengario e conte di Milano, e messo imperiale, a favore del monistero di sant'Ambrogio. *Murator. supracit. Tom.* I. *pag.* 455.

» 920. = Diploma di Berengario imperatore, conceduto ai canonici di Monza. *Zucchi, Glorie di Monza. pag.* 85.

» 942. = Diploma di Ugone e di Lottario re d'Italia, conceduto al monistero di sant' Ambrogio di Milano. *Puricell. Ambros. N.* 164.

Digitized by Google

An. 952. = Diploma di Ottone re d'Italia in favore del monistero di sant'Ambrogio di Milano. *Nell' archivio dello stesso Monistero.* = In nomine Sancte, et Individue Trinitatis. Otto divina favente clementia Rex. Omnium Fidelium Sancte Dei Ecclesie nostrorum, presentium scilicet, et futurorum noverit industria, qualiter, interveniente petitione dilecte Conjugis nostre Adelegide, atque Brunonis Karissimi Fratris nostri, per hoc nostrum preceptum, pro ut jure, et legaliter possumus, concedimus, donamus, atque largimur in Cenobio Beati Christi Confessoris Ambrosii, ubi ejus venerabile corpus quiescit humatum, areas quinque terre, juris Regni nostri, infra Mediolanensem Civitatem, in locum, ubi publicum Mercatum extat..... Vna area, ubi statione desuper extant, quas tenere videtur, jam alias q. Ambrosii, itemque Johanni, qui et Grassus vocatur, atque Pradus, Filius Mangonis. Coeret de duabus partibus via; de tercia parte Sancti Ambrosii, et Azonis, Fratris Vvalzonis Negotiatoris; de quarta parte similiter Sancti Ambrosii. Alia area, ubi Stationes similiter extant. Coeret ab una parte Cloaca; ab alia parte heredum q. Adoaldi; a tercia parte via. Tertia quoque area coeret a tribus partibus Sancti Ambrosii; a quarta vero via. Quarta quoque area ibi prope, ubi Puteus Regis extat. Coeret ab una parte Sancti Ambrosii, ab alia parte heredum q. Giseprandi; a tercia via; a quarta parte accessio. Quinta vero area coeret ab una parte via; ab alia accessio ad domum Arduini; a tercia parte terra et casa prefati Arduini; a quarta parte Dominici, qui et Karolus. Insuper concedimus ad Monasterio Salam unam cum area, in qua extat, similiter juris nostri Regni, infra prelibâtam Civitatem, in pretaxato Mercato sitam, cum stationibus inibi, banculas ante se habentibus; ubi coeret ab una parte suprascripta Cloaca; da alia parte... pubblica; a reliquis duabus partibus vie. Que prelibate quinque aree, cum supradicta simul collecte, sunt per mensura tabulis viginti quatuor: nec non.... pro mercede, et remedio anime nostre, et ipsius nostro Conjugis Adelegide, seu etiam pro remedio anime q. Predecessoris nostri Regis Lotharii, in prefato Monasterio jus, et dominium omne transfundimus..... Capella, que est in honore Beate Marie, et Sancti Jacobi Apostoli, atque Sancti Georgii Martiris, constituta infra.... Beati Ambrosii Ecclesiam, in qua jam dictus Lotharius humatus quiescit, a predicti Monasterii... luminaria reparentur, et Ecclesiastica Officia jugiter celebrentur; ut pars jam dicti Monasterii habeat, teneat, firmiterque possideat, tam Aupaldus, qui nunc Abbas in ipso Monasterio preesse videtur, quam et Successores, qui pro tempore fuerint; habeatque potestatem tenendi, laborandi, et quidquid secundum Deum esse decreverit animo faciendi, omnium hominum contradictione remota. Si quis igitur hujus nostri precepti paginam infringere temptaverit, sciat se compositurum auri optimi libras LX, medietatem Kamere nostre, et medietatem prelibato Monasterio Sancti Ambrosii. Quod ut verius credatur, diligentiusque ab omnibus observetur, manu propria roborantes, annulo nostro jussimus insigniri. Signum Domni Ottonis Serenissimi T–☉–T Regis. — Bruno Cancellarius, ad vicem Manassei Archiepiscopi, et Archicancellarii recognovi. — Datum XV. Kal. Martii, Anno Dominice Incarnationis DCCCC.... Indictione X. Anno Regni Domni Ottonis Regis hic in Italia primo. Actum Civitate Cumana in Dei nomine feliciter.

Digitized by Google

An. 956. = Dichiarazione di Aupaldo abate di sant'Ambrogio di Milano a favore de' suoi servi di Lemonta. *Murator. Antiq. medii ævi. T.* III. *p.* 717.

962. = Sentenza di Valperto arcivescovo di Milano a favore di Grompaldo abate del monistero di Tolla nella diocesi di Piacenza. *Campi, Istoria di Piacenza. Tom.* I.

Idem. = Diploma di Ottone imperatore con cui dona al vescovato di Novara alcuni beni, dopo aver conquistata l'isola di san Giulio, nel lago d'Orta. *A Basilica Petri. Novaria Sacra. Lib.* I, *pag.* 176.

An. 975. = Vendita di alcuni beni, altre volte di Atone conte, figliuolo del fu Wiberto, anch' egli conte del luogo di Lecco. *Nell' arhivio del monistero di sant'Ambrogio.* = In Christi nomine. Otto gratia Dei Imperator Augustus anno Imperii ejus octavo, mense Julius, Indictione tercia. Constat me Umbertus, qui et Teuzo Fil. q. item Umberti de Vico Caligo, qui professo sum, ex Nacione mea, lege vivere Langobardorum, accepisse, sicuti et in presencia testium manifesto sum, quod accepi ad te Ferlinda Filia Bone Memorie Bertari, de Loco Bovulco, argentum denarios bonos libras legitimas duodecim, abente pro unaquaque libra denarios duocenti quadraginta, finitum precium pro Corte una, que nominatur Bruscanti domui coltile, seu cum Castro, qui dicitur Baliade, cum Capella, et Massaricies sortes abente, Molendinos, Servos, et Ancillas, Aldiones, et Aldionas, mobile, ed immobile ad jam dicta Corte pertinente in integrum nominative, quas mihi, qui supra Umberti, qui et Teuzo, per una cartula vinditionis obvenit, ab quondam Atone Come q. Wiberti item Comiti Filius de Loco Leuco. Que autem suprascripta Corte domui coltile, una cum predicta Capella, seu, cum jam dicto Castro, atque cum predictis casis, et rebus, Servos, et Ancillas, Aldiones, et Aldionas, mobile, et immobilibus, qualiter superius legitur, casis, et rebus que supra, cum superioribus, et inferioribus, seu cum finibus, et accessionibus suarum, una cum ipsa cartula, qualis mihi, obvenit, et omnia, quod in ea legitur, qualiter mihi pertinet, aut pertinuit in integrum, ab hac die tibi, que supra Ferlinde, pro suprascripto argento, vendo, trado, et mancipo, nulli alii venditis, donatis, alienatis, obnossiatis vel traditis, nisi tibi: et facias exinde a presenti die tu, et cui tu dederis, vestrisque heredibus jure, proprietario nomine, quicquid volueritis; sine omni mea, qui supra Umberti, et eredibus meis, contradictione, vel defensione, et sine mea auctoritate, et absque restauratione, extra, quod fieri non credo, si de meum datum, aut factum, vel traditum exinde in alia parte aparuerit, cui ego dedissem, aut fecissem; tunc si aparuerit, et clarum factum fuerit, autores, et defensores esse promito cum meis heredibus; et si tali ordine defendere non potuerimus, aut si contra hanc cartulam agere quesierimus, tunc in duplum vobis predicta Vinditrici restituamus melioratis quem in tempore fuerint, aut valuerint, sub extimatione iusta, et rebus ipsis in consimilis locis, quia sic inter nobis convenit. Actum Castro Leminne. — Signum † manus suprascripti Umberti, qui ac cartula fieri rogavit. — Signum †† manibus Arioaldi, et Warimberti Germanis suprascripto Umberti,

Digitized by Google

qui in ac cartula manum posuerunt. — Signum †† manibus Giselberti de Cixinusculo, Ugoni, qui et Bezo de Glariole, testium. — Dagibertus Judex Domni Imperatoris rogatus subscripsi. — Dagimbaldus Judex domni Imperatoris rogatus subscripsi. — Johannes Judex Domni Imperatoris rogatus subscripsi. — Benedictus Notarius Sacri Palatii scripsi, post traditam complevi, et dedi.

An. 979. = Relazione della fondazione del monistero d'Arona. *Zaccaria. De' Santi Martiri Carpoforo, ecc. Lib. II.*

997. = Diploma di Ottone III imperatore conceduto al monistero di sant'Ambrogio di Milano. *Puricell. Ambros. n.* 192.

Idem. = Disposizione testamentaria di Andrea primicerio della santa chiesa milanese. *Saxius. Series Archiep. Mediol. Tom. II, in Landulpho II.*

Idem. = Disposizione testamentaria di Landolfo II arcivescovo di Milano. *Puricell. Ambros. N.* 227, *et Nazar. cap.* 86.

An. 998. = Altro diploma di Ottone III imperatore conceduto al monistero di sant'Ambrogio di Milano. *Puricell. Ambros. N.* 193.

Circa gli stessi tempi. = Terzo diploma di Ottone III, come sopra. *Puricell. Ib. N.* 194.

Idem. = Vendita di una gran quantità di beni per la maggior parte nel Milanese, fatta da Liutefredo vescovo di Tortona a Ottone duca. *Murator. Antiq. medii ævi. Tom. III, pag.* 741.

Idem. = Privilegio di papa Gregorio V conceduto al monistero di sant'Ambrogio. *Puricell. Ambros. N.* 195.

An. 999. = Confermazione della vendita di alcuni beni presso Monza fatta da Oberto marchese e da Railenda contessa sua moglie. *Nell' archivio del monistero di sant'Ambrogio.* = In Christi nomine. Tercius Otto gratia Dei Imperator Augustus, anno imperii ejus tercio, quinto die mense Marcius, Indictione duodecima. Promittimus, atque spondimus nos Domnus Otbertus Marchio, Fil. Bone Memorie item Otberti, qui fuit similiter Marchio, et Railenda Cometissa, Fil. Bone Memorie Riprandi. qui fuit Comes, qui professi sumus lege vivere Langobardorum; ipse Otbertus Marchio Jugale, et Mundoaldo meo, mihi, que supra, Railenda Cometissa consentientes, ac subter in omnibus confirmantes, et, iusta lege, una cum noticia de propinquioribus Parentibus meis que supra femine eorum nomina supter leguntur in eorum presentia de ipsis parentibus meis vel testium presentia, certa facio, professione et manifestacione, eo quod ab ipso Jugale, et Mundoaldo meo, nec ad quempiam ominem, nullam me pati violencia, nisi mea bona, et spontanea voluntate, ac cartula promissionis fa-

Digitized by Google

cere visa sum tibi Lanfredi, Fil. q. Ugoni de Vico Grate, eo tinore, qualiter hic subter legitur, continuerit; ita uta da modo in antea non unquam in tempore non sit nobis, eorum supra, Jugalibus, nec nostris Filii, vel eredes, nec nostra summitantes personas, per nullumvis ingenium, quod fieri potest oponente capitulo, licentiam, nec potestatem contra te, qui supra Lanfredus, nec contra tuos eredes, nec contra cui vos dederitis, agere, nec causare; nominative de rebus territoriis illis iuris tui, qui supra, Lanfredi, qui reiacent in locas, et fundas Modicia, Sancto Damiano, Cauriaco, Octavo, quas nos, quibus supra Jugalibus, ante os dies, per cartulam vinditionis, et pro accepto pretio in te emisimus, etc. Actum Civitate Ticinum. — Otbertus . . . — Signum † manus suprascripte Railende Cometissa, que ac cartula promessionis . . . . . fieri rogavit, et ei relecta est. — Ego Berengarius Sancte Mediolanensis Ecclesie Subdiaconus, Filius ejusdem Ragilente anteriori viro, interrogavi, et subscripsi. — Signum † † manus . . . suprascripte Ragilende, et Wilielmi propinco Parente ejusdem femine . . interrogaverunt, ut supra et in hac cartulam ad confirmandum manum posuerunt. — Signum † † manibus Auriprandi, Fil. q. Loter . . de Vico Arelato . . et Olderici de . . . seu Vvalchis de Calvinate, testes. — Benedictus Notarius, et Judex Domni Imperatoris, presencia Domni Bernardi Comes, scripsi, post tradita complevi, et dedi.

Idem. Permuta di alcuni beni fra Arnolfo, arcivescovo di Milano, e Lanfredo abate del monistero di san Salvatore d'Arona. *Zaccaria. De'Santi Gratiniano e Felino. Lib. III, pag.* 111.

An. 1000. = Diploma di Ottone III imperatore, conceduto alla canonica di san Giovanni di Monza. *Zucchi sopraccit., pag.* 93

SECOLO XI.

An. 1001. = Diploma di Ottone III imperatore, con cui concede al monistero di san Salvatore di Pavia molti beni, in gran parte nel Milanese, che erano stati a lui donati da Liutefredo vescovo di Tortona. *Murator. Antiq. medii ævi Tom. IV. pag.* 197.

1002. = Diploma di Ardoino re d'Italia, con cui dona a Pietro vescovo di Como quella parte del castello di Bellinzona che ancora apparteneva al regio diritto e dominio. *Tatti, Annali, Tom. II, pag.* 817.

Idem. = Diploma del medesimo sovrano a favore del clero di Como, a cui dona il piccolo contado di Chiavenna. *Tatti sopracit. pag.* 819.

An. 1005.= Permuta di alcuni beni tra Arnolfo arcivescovo e Alteramo abate del monistero di san Vittore in Milano. *Carta nell'Archivio dello stesso monistero.* = In nomine Sancte, et individue Trinitatis. Henricus gratia Dei Rex,

Digitized by Google

anno Regni ejus hic in Italia primo, mense Aprilis, Indictione tertia. Comutatio bonæ fidei nossitur esse contractum, ut ad vicem emptionis obtineat firmitatem, eodemque nexu obligant contrahentes. Placuit itaque, et bona convenit voluntate inter Domnus Arnulphus Reverendissimus hujus Sancte Mediolanensis Ecclesie Archiepiscopus, nec non et inter Alteramus Religiosus Abbas Monasterio Beati Christi Martyris Victoris, ubi ejus Sanctum Corpus requiescit, qui est constructum foris, et non multum longe ab ac civitate Mediolani, ut in Dei nomine debeat dare, sicut et ex presenti dedit, his ipse Domnus Arnulfus in causa commutacionis nomine presenti die a parte ejusdem Monasterii Sancti Victoris abendum, id sunt aliquantis rebus Territoriis juris ipsius domui Sancti Ambrosii, et Archiepiscopati ejusdem Sancte Mediolanensis Ecclesie, quibus sunt positis in locis, et fundis Laurentiglo, et ubi Runco Sylvestri dicitur etc. — Vnde ad vicem recepit his ipse Arnulfus Archiepiscopus ab eodem Alteramus Abbas, a parte ejusdem Domuis Sancti Ambrosii, et Archiepiscopatus ejusdem Sancte Mediolanensis Ecclesiae, abendum simul in causa comutacionis nomine. Id sunt aliquantis rebus territoriis . . . . . ipsius monasterii q. . . . . in Vico, et fundo Ugobaldo ecc. — Et quidem ut ordo legis depossit, et ad anc previdendam comutacionem accessit super ipsis rebus a previdend . . . . . idest Petrus humilis Presbyter de Ordine ejusdem Sancte Mediolanensis Ecclesie, Missus idem Domni Arnulfi Archipresuli, ec. — Ego Arnulfus Dei gratia Archiepiscopus subscripsi. — Ego Petrus Dei gratia humilis Presbiter missus fui, ut supra, subscripsi. — Arioaldus Judex Sacri Palatii extimavi, ut supra, et subscripsi. — Adelmarius Judex Sacri Palatii extimavi, et subscripsi. — Petrus Judex extimavi, et subscripsi. — Aribertus Judex Sac. Pal. rogatus subscripsi. — Ariprandus Judex. — Mauritius Judex Domini Regis rogatus subscripsi. — David Notarius scripsi, post tradita complevi, et dedi.

An. 1005. = Diploma di Enrico II re di Germania, primo re d'Italia, in favore del monistero di sant'Ambrogio di Milano. *Puricell. Ambros. N.* 206.

» 1006. = Livello di un pezzo di terra dentro la città di Milano presso il monistero di s. Salvatore di Vviglinda, ora di santa Radegonda, dato da Elena badessa del medesimo monistero a Landolfo vescovo di Brescia, figliuolo del fu Dagiberto del luogo d'Arsago. *Carta nell'Archivio del medesimo Monistero.* = Henricus Dei gratia Rex. Anno regni ejus hic in Italia secundo, Mensis Madii, Indictione quarta. Elena Deo dicata Abbatissa Monasterii Domini Salvatoris, quod dicitur Vvigilindæ, dedit ad libellum Landulfo Christi misericordia Episcopo Sanctæ Brixiensis Ecclesiæ; Filio quondam Dagiberti, qui fuit de loco Arciaco, usque ad annos vigintinovem expletos, petiam unam de terra, cum sala una, et casina una, juris ejusdem Monasterii, rejacentem intra hanc Civitatem Mediol. prope ipsum Monasterium, seu juxta Ecclesiam Sancti Arcangeli Raphaelis, cohæret ei da mane, et monte, seu ex parte meridie alia terra ipsius Monasterii, ipsa Ecclesia S. Raphaelis: da sera via publica; et est petia ipsa de terra tabul. legiptimas sexaginta, et octo, pro annuo censu argenti den. bon. Mediol. sol. quinq. solvendi per omnes Festivitates S. Martini, infra octo dies

Digitized by Google

antea, et infra octo postea. Si vero idem Landulfus Episcopus venundare voluerit prædictam terram scire faciat eidem Elenæ Abbatissæ infra dies triginta ad emendum justum pretium: quo termino elapso, et Abbatissa non emente, ipse Landulfus Episcopus vendat cui vult, salvo canone, seu censu prædicto. Actum ista Civitate Mediol. — Elena Abbatissa a me facto SS. — Vvarimbertus Notarius rogatus SS. — Teudulfus Notarius rogatus SS. — Lanfrancus rogatus SS. — Angilbertus Notarius, et Judex scripsi, post tradita complevi, et dedi.

An. 1006. = Diploma del re Enrico in favore di Everardo vescovo di Como, a a cui dona la metà del vicecontado di Valtellina. *Tatti sopracit. pag.* 827.

» 1007. = Donazione di alcuni beni fatta da un certo Fulcuino alla chiesa di Santa Maria da lui poc'anzi eretta in Milano, ed agli ecclesiastici della medesima. *Murator. supracit. Tom. IV, pag.* 937.

» 1008. = Donazione di una gran quantità di beni in diversi contadi, fatta da Ilderato del luogo di Comazzo allora nel Milanese, ad un monistero da lui fondato nel Lodigiano. *Carta nell'Archivio Ambrosiano.* = Anno ab Incarnatione Domini Nostri Jesu Christi millesimo nono, decimo Kalendas Januarii, Indictione VII. Dum pius, ac redemptor omnium rerum Omnipotens Dominus omnes homines in hoc seculo vitam concedit, semper debet illud agere, quod Domino acceptabile sit, ac purum munus Domino offerre; unde in hoc seculo protegente Christo, incolomnis esse repertus, et quod melius est vitam possidere mereatur eternam. Qua propter nos Ilderadus filius qd. Agini, qui et Otto, de Loco Commatio, qui professus sum ex nacione mea lege vivere Rubuariorum, et Rolenda filia qd. Lanfranci Comitis iugalibus, que professa sum ex nacione mea lege vivere Langobardorum, sed nunc pro ipso viro meo lege vivere videor Rubuariorium, ipse Ilderadus iugale, et mundualdo meo qs. Rolenda mihi consenciente, et subter confirmante, et ut lex abet auctoritas, una cum noticia de propinquioribus meis parentibus qs. femina, quorum nomina subter leguntur. In quibus quorum presentia de ipsis meis parentibus, vel testium, facio certa professione, et manifestacione, eo quod ab ipso mundualdo meo, vel iugale, nec a nullum hominem nullam me pati violencia, nisi mea bona, et spontanea voluntate hanc ordinacionem, et dispositionem facere visa sum. Acceptationibus, superno consilio, divina clementia operante hedificare visi sumus Monasterio in honore Sanctorum Martyrum Viti et Modesti, atque Crescentie, que videtur esse intus Castro, quod nominatur Sancti Viti; seu etiam donamus, et offerrimus in eodem Monasterio Sanctorum Martyrum Viti, Modesti, et Crescentia, in presentia Arduini Comes, ad portum, quod dicitur Piriolo super Ripa Adda, in via publica, in juditio aderint cum eo Adam, qui et Lanfrancus, Daibertus, Atto, Anselmus, Librandus Judices Sacri Palatii, Adroaldus, Alricus, Vvimpertus, Constantinus lege viventes Rubuariorum, Albericus de Goldenica, Vitus, qui et Sigerardus, Vvifredus de Carcani, Ariprandus de Casale, Vvido de Casinusco, Alkerius de Carimala, et reliqui plures, ibique in eodem loco erant, ei ibi tam in eo-

Digitized by Google

rum, quamque, et in presentia testium, idest totam Curtem Casalis Lupani, quod vocatur Sancti Viti, cum Villa, et Castro, cum omnibus rebus, totam decimam, et quartam, sicut pertinet ad ipsam curtem, cum omni honore, et destricto, territoriis, vineis, campis, pratis, pasquis, stellariis, pasquis, gerbis, silvis, montis, et vallis in Adua, mollendinis, piscationibus in lacis ipsius per totis pertinentibus, omnia in integrum abeat, sicut pertinet ad ipsam curtem. Item volumus, seu offerimus Deo pro animabus nostris, seu nostrorum parentum, ut supra Monasterio abeat medietatem curtis Senethoco, cum villa, et castro, et Ecclesia, decima tota, cum quarta, sicut pertinet ad ipsam curtem, medietatem vero reservamus in nos, post vite terminum nostrum per animas, vel parentum nostrorum, sit tota in integrum, cum districto, vel cum omni honore, supra memorato Monasterio, jure proprietario; medietatem vero curte Vitizasca, cum porto toto, et destrictum de omnibus rebus ipsius Curtis pertinentibus, omnia in integrum donamus, et offerimus Deo in oblatione supradicto Monasterio: item ad Casalis Gausari donamus, seu offerimus Deo in oblatione ad Monasterium Sancti Viti IIII. Ecclesias, quas habere visi sumus in ipsa curte. Prima que est constructa in honore Sancti Salvatoris ultra rivulus Brembioli, et habet triginta sex iugias de terra aratoria in simul, omnia iuxta se. Secunda vero est intus Castro, et est edificata in honore Sanctorum Martirum Gervasii, et Protasii, et habet tres mansos de terra aratoria, atque vidata, foris villa illa. Tertia autem est foris villa, que est constructa in honore Sancti Zenonis, et habet sexaginta et octo iugias de terra aratoria vidata in circuitu suo, et habet decem de viginti novem mansos de terra ante vidata, Quarta vero est ibi proxima, et est constructa in honore Sancti Martini, et habet decem et octo iugias de terra aratoria vidata ante se, et habet quartam in circuitu suo de curtis scilicet Casalis, Monte Ilderadi, Zorlesco, et Vithathoni, decimam vero totam, et fictum de molendinis omnibus, vel fullis, sicut pertinet ad ipsam curtem Casalis, decimam vero portionem de tota curte, que vocatur Monte Ilderadi, et Ecclesias, que sunt in ipsa curte, cuncta decima, et quarta donamus, et offerimus Deo in Monasterio: deinde octo mansos de terra, quos abemus in loco ubi dicitur Super laco, prope sancto Floriano, cum toto laco illo, vel rio, qui pergit in fluvio Lambro, terra aratoria, prata, buscalia, paluda, caneto omnia in integrum offerimus Deo in Monasterio: item curte que vocatur Camariaco prope ipsum Monasterio, cum ecclesias, decima, et quarta, cum districto, et cum omni onore, omnia integrum offerimus Deo in Monasterio Sancti Viti: item locus, qui dicitur Gataria, cum districto, vel decima medie curtis, que vocatur Tilio, prope Casalis, cum decima de ipsa curte tota in integrum offerimus Deo in Monasterio ultra fluvium Lambro curte qui nominatur Gerentiaco tota cum omni conditione, vel honore, et medietatem Villa qui dicitur Lanteri, que est sibi proxima. Offerimus Deo in supra nominato Monasterio decimam portionem de tota curte Commatio, cum Ecclesiis suis, vel de omnibus rebus territoriis, vel rejacentibus, scilicet de sediminibus, clausuris, campis, silvis, pratibus, gerbis, pasquis, piscationibus offerimus Deo in supramemorato Monasterio: deinde decimam portionem de tota curte que vocatur Lemine, cum ipsa Ecclesia, similiter de curte que vocatur Lugrati, seu Gabriano, atque

Digitized by Google

Ravaria, cum suis Ecclesiis, et Ecclesia que est constructa in honore Sancti Petri Apostoli, et habet centum viginti, et octo iugias de terra juxta se in loco qui dicitur Monticello Mantoano, ista omnia afferimus Deo in Monasterio: item curte qui vocatur Domicultile, qui et prado Valentiasco, et Sale, et Linioni, et Fossa Lovaria, et Valle Ilingolani in Raixana, cum castro, et capella, seu casis cum omnibus rebus territoriis, Mollendinis, piscationibus..... omnibus quantiscumque ad ipsam curtem pertinet, omnia in integrum, cum locis supradictis donamus, et offerimus Deo in Monasterio Sancti Viti nos qui supra iugalibus, per nostras, et suprascripta qd. Agini, et Otto genitor meis, et nos suprascripti Ilderadus et Rolenda animarum mercedem, et memorato Monasterio abeat a presenti die et ora decimam portionem de omnibus rebus nostris, quas nunc abemus vel in antea recte, et iuste adquirere poterimus nos nostrosque eredes, tam in sediminibus, vel ortis, broilis, clausuris, campis, vineis, pratis, pascuis, silvis, padullis, piscationibus, tam in montibus, quam in planitiis, omnia ex omnibus, sive in castris, sive ubicumque abemus, vel abere visi sumus, omnia in integrum, donamus atque offerimus Deo in Monasterio Sancti Viti. Item nos qs. iugalibus etiam volumus, et iudicamus, seu per hanc nostram donationem confirmamus in eodem Monasterio de pertinentis nostris servis, et ancillis, numero decem, quod sunt nomina eorum Daibertus, Johannes, Ambrosius, Nazarius, Johannes, Victura, Maria, Petreverga, Cristina, Maria, Richilda, per animas nostras, et suprascripti qd. Ottoni remedium: insuper per cultelum, fistucum nodatum, vvantone, et vasonem terre atque ramum arboris, ad partem ipsius Monasterii ex inde legiptimam facimus tradictionem, et vestituram, et nos exinde foris expulimus, vvarpuimus, et absentes nos facimus, et ad ipsius Monasterii proprietetem abendum relinquimus, faciendum exinde a presenti die. Abbas vero Monasterii propter, ut ordinatus fuerit, potestatem vel licentiam abeat de omnibus rebus, vel famuli nominati, comutandi, libellandi, precaria faciendi, et convenientia faciendi, sine omnia nostra qs. iugalibus, et eredum, ac proheredum nostrorum contradictione. Notum sit omnium timentium Deum, quia votum vovi Deo adire in Jerusalem ad limina Sancti Sepulcri pro peccatis indulgentia adorare. Insuper Sancte Sedis Apostolice, cum fecissem ei notum reatum meum, quia non aliter potuissem curare vulnera mea, precepit mihi, ut irem in peregrinacione per tres continuos annos, scilicet tres vices, in Jerusalem ad limina Sancti Sepulcri, et centis oraculis Sanctorum Deum adorare, cum nudis pedibus, et sine ulla sustentatione equi, sine fuste, sine spe coniugii, et ibi fecissem diem non noctem debere facere. Cum vidissem ego nequaquam posse sufferre tantos labores, cecidi ad pedes eius cum lacrimis rogans, ut allevaret me tanto pondere penitentie; ille vero misericordia motus iussit mihi Monasterium edificare, et decimas omnium bonorum possessionum meorum in Monasterio Deo offerre; sed quia videtur nobis utile esse in paucis locis simul dare multum, quam in pluribus concedere parum, ideo nos qs. Ilderadus, et Rolenda iugalis ordinamus, vel judicamus, seu offerimus Deo in oblatione Monasterio, quod visi sumus edificare in Comitatu Laudensis, intus Castro, qui vocatur Sancto Vito, in loco, qui dicitur Casalis Lupani, vel Senethoco, vel Camariaco, pro animabus nostris, nostrorumque parentum, idest curtem illam totam in simul

Digitized by Google

cum castro, in quo Monasterio ordinamus scilicet Casalis Lupani, qui et Sancti Viti, cum omni territorio, vel districto, cum decima tota, vel quarta, portum totum, fictum Molendini in in. Locus qui vocatur Gataria omnia in in., cum decima, et quarta, vel districto. Ad Casalis Gausari decimam portionem de omnibus rebus, cum totis Ecclesiis, vel territoriis, cum decima tota, vel quarta, et totum fictum Molendinorum, seu fullorum. Locus, qui dicitur Super lacus, cum toto laco, terra, prata, buscalia, omnia in simul, sunt octo mansos, cum decima, vel districto. Decimam portionem de tota curte que vocatur Monte Ilderadi, cum Ecclesiis, cum tota decima, vel quarta. Similiter de curte Comatio, que est in Comitatu Mediolanensi. Deinde Limine, que est in territorio Bergamensis, et Lugrati, atque Cabriano, que sunt in Comitatu Brixiense, atque Ravaria, que est in Comitatu Mantuense, et Monticello cum Ecclesia Sancti Petri consecrata cum centum viginti iuges de terra. Curtem illam que vocatur Domuicultile, que et Prado valentiasco, et Sale, et Linioni, et Fossa lovaria, que et Vallis Fraicolani in Comitatu Raixana. Medietatem curtis qui dicitur Tilio prope Casalis Gausali, cum tota decima, vel quarta, ultra fluvium Lambri, tota in in. Curtem que vocatur Gerentiaco, cum districto, vel decima, et mediam Villam Nanterii, que est sibi proxima, cum decima, et quarta. Ista vero omnia qualiter superius legitur donamus, vel offerimus Deo in Monasterio Sancti Viti, pro remissione omnium peccatorum, vel pro animabus nostrorum parentum. Deinde volumus, et ordinamus, vel constituimus, ut in Monasterio nunquam sit Advocatus, vel Vasalus, quia videtur nobis magis Monasteriis nocere quam valere, quotiescumque vero expedit convocet Abbas qualem voluerit hominem vicem Advocati. Item volumus, et per hanc cartam prorsus confirmamus, atque iudicamus, ut supradicto Monasterio sit jure proprietario sub regimine Ecclesie Sancti Sepulcri Salvatoris nostri, scilicet Jerusalem, usque in finem seculi, et solvat aureum denarium quinque solidos valentium denariorum Mediolanensium, super Sepulcrum ipsius omnibus temporibus, semel in anno in Cena Domini, si Domnus Abas, vel Prepositi Monasterii concesserit. Deinde precipiendo precipimus filiis nostris, vel nostris heredibus, ac proheredum nostrorum, vel suorum, usque in finem hanc nostram ordinactionem incorruptam observent: potestatem nullam, et virtutem nullam concedimus habere in Monasterio, vel in omnibus suis rebus, nisi tantum benefacere, et defendere quantum voluerit, qui Monasterio inquietare voluerit. Si obedientes iugiter permanserint, et supradicto Monasterio in aliqua non molestaverint, sic hec omnia, que supra leguntur in omnibus custodierint, rogamus Dominum Jhesum Christum Salvatorem nostrum, per merita sui Venerabilis Sepulchri, vel sue Sanctissime Virginis Matris, simulque omnes Sancti, ut concedat illis gratiam, et benedictionem suam, nostraque possessio, vel suos heredes feliciter possidere, suosque eredes usque in finem seculi, et victoriam tribuat illis Dominus Deus de omnibus inimicis suis, sintque benedicti sine fine. Si suadente Diabolo aliter, quod absit, fecerint, et supra ordinacionem nostram frangere temptaverint, et Monasterio, vel rebus ipsius, aut Abati vel Monachis controversiam fecerint, si non cum satisfactione penitus emandaverint, de eo palam in providentia Abatis, vel Monachi Monasterio suprascripti, precamur Dominum Jhesum Christum Salvatorem nostrum, per merita Sancti sui Venerabili

Digitized by Google

Sepulcri, sueque Virginis Matris, simul cum omnibus Sanctis omnes maledictiones, que sunt scripte in veteri testamentò, et in novo veniant, maneant super illos nostros heredes, vel suorum possessio auferat Deus ab eis, gladii peste semper maneat in eis. In ordinatione vero Abati supradicto Monasterio volumus, atque constituimus, ut non aliter sit quam Sanctus Pater Benedictus in sua regula precipit. Si quis vero, quod futurum esse non credimus si nos ipsi Ilderadus, et Rolenda, quod apsimus, aut ullus de heredibus, ac proheredibus nostris, seu pro quibuslibet persona contra anc ordinacionis, vel iudicatis nostris cartulam ire quandoque temptaverimus, aut eam per quodvis ingenium infrangere quesierimus, tunc inferamus pars ipsius Monasterio dupliciter tantum, sicut pro tempore fuerint, aut valuerint ipsis rebus sub estimacione suprascripto immobiles in consimili loco. Insuper inferamus ad illam partem contra quam exinde litem intulimus mulctam, que est pena auri optimi libras centum, et ducenti pondera argenti, medietatem camere Domni Regis, et medietatem pars ipsius Monasterii, et quod repetierimus vindicare non valeamus, sed presens ec cartula offersionis in parte ipsius Monasterii firma, et stabilis permaneat inconvulsa, cum stipulatione subnixa. Deinc nec nobis liceat ullo tempore quod voluimus, sed quod a nobis semel factum, vel conscriptum est sub jus jurandum inviolabiliter sine fine promittimus conservare in convulsa, cum stipulatione subnixa: et bergamenam cum atramento de terra levamus. Ac enim cartulam ordinacionis, vel dispositionis, seu iudicati, et offersionis paginam Leuprandi Notarius, et Judex Sacri Palacii dedimus, conscribere erogavimus, in qua subter confirmamus, testibusque obtulit roborandum. Actum ad suprascripto porto qui dicitur Pirolo feliciter. — Signum †† manibus suprascriptorum Ilderadi, et Rolende, qui eam interrogavit iugalibus, qui hanc cartulam ordinacionis, et dispositionis, seu judicationis, ut supra legitur fieri rogaverunt; et ipse Ilderardus eidem Rolende coniux sua in omnia consensit, ut supra legitur; et eorum relecta est. — Arduinus Comes germanus eidem Rolende, qui eam interrogavit, ut supra, et subscripsit. — Signum † manus Alexandri germano eidem Rolende, qui eam interrogavit, ut supra; et in eorum presentia ad confirmandum manum posuit. — Atto Judex Sacri Palacii interfuit, et rogatus testes subscripsi. — Anselmus Judex interfui, et subscripsi. — Aroaldus Judex interfui, et subscripsi. — Daibertus Judex Sacri Palacii interfui, et subscripsi. — Signum †††† manibus Adroaldus, Alricus, Vvilpertus, adque Constantinus, legem viventes Rubuariorum, testes. — Signum ††† manibus Rolandi de loco..... siugo, et Gumperti de loco Agnelli, seu Painerius, qui et Regizo, et Olberti, atque Ugoni filii qd. Enrici, testium. — Albericus de Goldenica, Vitus, et Sigerardus, Vvilfredus, Ariprandus de Casali, Alcherius de Carimala, isti testes. — Ego qs. Leuprandus Notarius et Judex Sacri Palacii scripsi, post tradita complevi, et dedi.

An. 1013. = Diploma del sopraddetto re Enrico a favore del monistero di sant'Abondio di Como, con cui gli conferma i suoi beni, e singolarmente le pesche nell'Adda e nel lago di Como. *Tatti sopracit. pag.* 833.

» 1014. = Sentenza del medesimo Enrico creato imperatore, in favore del già detto monistero di san Salvatore di Pavia, contro Berengario e Ugone

Digitized by Google

conte che avevano usurpati ad esso i beni che già gli avea donati quel sovrano, i quali beni, altre volte di Liutefredo vescovo di Tortona, erano per la maggior parte nel Milanese. *Murator. Antiq. medii ævi. Tom. III, pag.* 659.

An. 1014. = Sentenza di Ottone conte del Palazzo nella medesima causa. *Murator. Antichità Estensi. Part. I. Cap.* 14.

Idem. = Diploma di Enrico imperatore a favore di Pietro vescovo di Como con cui gli dona il piccolo contado d'Ossola, e gli rende la pieve di Trecate. *A Basilica Petri. Novaria Sacra. Lib. II, pag.* 313.

Idem. = Privilegio di Arnolfo II arcivescovo di Milano a favore della chiesa di santa Maria *in Valle. Carta nell' archivio di quella chiesa, ora monistero di Monache.* = In nomine Sanctæ, et Individuæ Trinitatis. Dum ego Arnulfus humilis Archiepiscopus in Secretario Sanctæ Dei Genitricis Mariæ, quæ dicitur Hyemalis residerem: et de statu, et regimine Ecclesiæ mihi commissæ cum Sacerdotibus, Levitis, et reliquo Clero solicite pertractarem; relatu quorundam audivi, quod Capella Sanctæ Dei Genitricis Mariæ, quæ dicitur in Valle, pertinens de ministerio Cimiliarchæ Sanctæ M. E., nihil possessionis, aut Beneficii, unde Presbiter Officialis ipsius Capellæ in aliquo sustentetur habeat. Cujus compassionis dolore permotus, cum consensu, et voluntate Domni Petri Archipresbiteri, et Cimiliarchæ, et ipso rogante, in eadem Capella quendam Campum de ipsa Cimiliarchia pertinentem in Loco, qui dicitur Cauriano reiacentem, concessimus, et nostra auctoritate firmavimus. Cui cohæret ab Oriente terra Sancti Sebastiani, ab Occidente terra Arderici filii Lanfranci, a meridie.....; a Septentrione terra Petri Marcellini. Cujus etiam mensura est per legiptimum spatium usque ad perticas quatordecim. Ea ratione, ut tam Andreas Presbyter, qui nunc est Officialis ipsius Capellæ, quam et Successores ejus qui pro tempore fuerint eundem campum habeant, teneant, et possideant, atque fruantur; et de censu et redditu, quem Dominus inde annuatim dederit, quidquid eorum animus decreverit, faciant, omni nostra, nostrorumque Successorum, seu alicujus Cimiliarchæ, qui pro tempore fuerit, molestatione inquietudine penitus remota. Quicumque autem hanc nostram institutionem violare præsumpserit a trecentis decem et octo Patribus, qui Nicæno Concilio interfuerunt, anathematizatus existat, et cum Juda Traditore Diaboli laqueis innodatus. Ut autem verius, et firmius, hoc nostrum scriptum in perpetuum habeatur, Gerardum nostræ Ecclesiæ Diaconum, et Scriniarium scribere jussimus, et propria manu firmavimus, et Sacerdotibus, et Levitis corroborandum obtulimus. — Actum Anno Dominicæ Incarnationis Millesimo quartodecimo, Pontificatus Domni Arnulfi Archiepiscopi septimo decimo, mense Julio, Indictione duodecima.

An. 1015. = Livello di certi beni ne'contorni di Ossola che appartenevano ad un certo Marino cittadino milanese, come beneficio a lui conceduto da Alteramo abate del monistero di san Vittore *Ad Corpus* in Milano; ed il medesimo Marino gli diede a Landefredo abate del monistero de' santi Gra-

Digitized by Google

tiniano e Filino d'Arona. *Zaccaria. Dissertazione de'santi Gratiniano e Filino pag.* 120.

An. 1015. = Diploma di Enrico imperatore a favore di Alberico vescovo di Como, a cui dona una terra detta *Villa Barzanorum*, che già apparteneva a Berengario e Ugone conte, i quali come ribelli erano stati spogliati de' loro beni, e posti al bando dell'imperio. *Tatti. Annali, Tom. II, pag.* 835.

• 1016. = Diploma di Enrico imperatore con cui conferma alla chiesa di Bergamo la corte di Lemenno, co'castelli che le appartenevano, cioè Brivio e Lavello. *Ughell. Italia Sacra. Tom. IV. In Episcop. Bergom.*

• 1017. = Sentenza di Anselmo messo imperiale a favore di Gotifredo *il Giovine*, abate di sant'Ambrogio di Milano, contro Ariberto arcivescovo di Milano, Alberico vescovo di Como e Andrea abate di san Calocero di *Clavate*, ora Civate. *Murator. Antiq. medii ævi. Tom. V, pag.* 932.

• 1021. = Sentenza di Ugone marchese e conte di Milano, data in questa città a favore del monistero di sant'Ambrogio. *Carta nell' archivio del monistero medesimo.* = Cum in Dei nomine Civitate Mediolanium, a brolito, domui Sancti Ambrosii, in Caminata majore, prope bancum dicitur Stuua . . . . . Domni Ariberti Archiepiscopi, presente in judicio resideret Domnus Ugo Marchio, et Comes Comitatu istius Mediolanensis, singulorum hominum justiciam faciendam, ac deliberandam intencionem, adesent cum eo Adelmarius, Arioaldus, Ingelramus, Tebaldus, Adelbertus, Jonam . . . . . Vuarimbertus, Mauricius, et item Vuarimbertus, Lanfrancus, Apolinaris Judices, et reliqui plures: ibique eorum veniens presentia Domnus Gotefredus Abbas Monasterii Beati Christi Confessoris Ambrosii, ubi ejus Sanctum umatum quiescit corpus, constructum foris in suburbium Mediolanensis Civitatis, una cum Allo, qui et Amizo, Avocato suo, et da parte ejusdem Monasterii Avocato; et retulit: jam plures vices me reclamavi ad vos Domnus Ugo Marchio super Ottone, qui nominatur Frixio, qui mihi iniuste, et malo ordine, contradicet casas duas, cum areas earum, iuris Ecclesie, et cella Sancti Satiri ubi ipse Otto in parte abitad, que Cella ipsa Sancti Satiri pertinere videtur de sub regimine ipsius Monasterii; seu super Arioaldus de Vicomercato, et super Olricus de loco Belusco, qui mihi similiter malo ordine et contra racionem, contradicent aliquantis rebus territoriis, juris ejusdem Ecclesiæ, et cella Sancti Satiri, que reiacet foris, et non multum longe ab ac Civitate, ad locus ubi Monticello dicitur, qui sunt per mensura iugias sexaginta; et vos Domnus Ugo Marchio per vestros placitos, vociferare fecistis, et vestri missos, et epistolas ad eos diresistis, et menime eos ad vestrum placitum abere potuistis; unde quero ut vos Domnus Ugo Marchio, propter Deum, et anime Domni Henrici Imperatoris, ac vestras mercedis, me, et isto Avocato meo, et da parte ejusdem Monasterio Avocato, de jam dictis casis, et rebus territoriis, ad salva querela, investiatis, cousque ipsis omnibus a placitum veniant, et nobis exinde justicia faciant. Cum ipse Domnus Ugo Marchio taliter audivit, disit, sicque

Digitized by Google

verum est quod vos dicitis super jam dictis omnibus reclamastis, et per multas placitas eos vociferare feci, etiam missos, et epistolas ad eos diresi, sed minime ad meum placitum eos abere non potui: ac statim ibi locum per fuste, quod suis tenebat manibus ipse Domnus Ugo Marchio jam dictus Domnus Gotefredus Abbas, et eodem Allo et da parte ejusdem Monasterii Avocato de jam dictis casis et rebus territoriis, unde se reclamaverant, ad salvam querelam, investivit, cousque ipsis Otto, et Arioaldo, seu Olricus ad placitum veniant, et pars ejusdem Monasterii justiciam faciant. Et insuper super iam dictus Gotefredus Abbas, et super eodem Allo avocato, et super jam dictis casis, et rebus territoriis Imperiale Banum misit in dua millia Mancosos Aureos, ut nullus quislibet omo eos nec pars ejusdem Monasterii de jam dictis casis, et rebus territoriis disvestire presumat, qui contra fecerit predictos dua milia mancosos aureos se compositurus agnoscat medietate Camere ejusdem Domni Imperatoris, et medietate pars ejusdem Monasterii. Et anc noticiam fieri monuerunt quidem, et ego Johannes Notarius Sacri palacii eorum amonicione scripsi, et interfui, anno Imperii ejusdem Domni Henrici Imperatoris octavo, mense November, indictione quinta. — Ugo Marchio subscripsi. — Arioaldus Judex Domni Imperatoris interfui. — Adelmarius Judex sacri palacii interfui. — Jonam Judex sacri palacii interfui. — Ego Ingelramus Judex sacri palacii interfui. — Tebaldo Judex sacri palacii interfui. — Adelbertus Judex sacri palacii interfui. — Ribaldus Judex sacri palacii huic scripture interfui. — Ansprandus Judex sacri palacii interfui. — Johannes Judex interfui.

An. 1022. = Disposizione testamentaria di Pietro, arciprete e cimiliarca della metropolitana di Milano. *Carta nell'archivio de' Canonici di sant'Ambrogio.* = In nomine Domini Dei, et Salvatoris nostri Jhesu Christi. Henricus gratia Dei Imperator Augustus, anno Imperii ejus nono, mense Junio, Indictione quinta. Ego Petrus Archipresbyter, et Cimiliarca de Ordine Sanctæ Mediolanensis Ecclesiæ, et Filius Bonæ Memoriæ Deusdedit, qui fuit de Civitate Mediolani, qui professus sum ex Natione mea lege vivere Romana præsens præsentibus dixi. Beatus Homo, qui semper habuerit diem exitu, sui ante oculos . . . . . illa ipsa paratus . . . Ideoque ego qui supra Petrus Archipræsbiter, et Cimiliarca prævidi ordinare, et disponere, seu . . . . . et rebus territoriis illis reiacentibus in loco, et fundo Novate, quæ mihi ante os annos per una vendicionis cartula advenerunt ab Brodielinda Abbatissa Monasterio Domini Salvatori, qui nominatur Dathei; unde reliqua medietas per alium judicatum habere institui Monasterio Beati Victoris, tam sediminibus, clausuris, campis, pratis, pascuis, vineis, et silvis, ac stellareis quantis, et qualis mihi per ipsam advenerunt cartula, homnibusque ad ipsa medietas pertinentibus in integrum: ut inordinatis non relinquam, set sic exinde permaneat a præsenti, et deinceps, qualiter ego hic subter statuero, et judicavero pro anima mea remedium confirmo. Ob hoc volo, et judico, seu per hunc scriptum confirmo, ut prædictis casis, et rebus usque ad ipsa medietas in integrum, presenti die, et hora, deveniant in iure et potestatem Ecclesiæ Beati Christi Confessoris Satyri, que est constructa foris, et iuxa Ecclesia Sancti Ambrosii, ubi ejus Sanctum quiescit Corpus. Eo videlicet ordine, et in tali tinore, ut

Digitized by Google

faciant tam Abbas, quam Monacis Monasterii ipsius Sancti Ambrosii de fruges, et censum quibus ex ipsas medietas ex predictis casis, et rebus annue Dominus dederit, ad eorum victum, et indumentum inter se quicquid voluerit, pro anima Domini Arnulfi Bonæ Memoriæ Archiepiscopi mercede: et ipse Abbas, qui tunc temporis, et in antea, usque in perpetuum in eodem Monasterio fuerit, homnique anno, in festivitate Sancti Satyri, tres dies antea, aut tres postea proximi, pascat Septem Septimales de eiusdem Sanctæ Mediolanensis Ecclesiæ, quæ in ipsa festivitate Officium fecerit in ipsa Ecclesia, et duodecim Præsbyteros Officiales ipsius Ecclesiæ Beati Ambrosii, et det ipse Abbas ad ipsos duodecim Præsbyteros ad ipsum pastum candelas singulas, et denarios binos. Etiam ipse Abbas in eadem festivitate ad Schola Sancti Ambrosii, et ad Custodes dare debet panem, et vinum, et caseum, sicut in festivitate Sancti Augustini accipere solent; profitiente animæ Bonæ Memoriæ Domini Arnulfi Archiepiscopi salutem et gaudium sempiternum. Et hoc volo, et judico, ut si ipse Abbas hoc non adimpleverit, sicut superius legitur, ipsa medietas ex prædictis casis, et rebus territoriis deveniant in potestatem de ipsis Septimales, et ipsorum duodecim Præsbyteros, seu ad Schola Sancti Ambrosii, et ad Custodes faciendum, exinde inter se pariter, et æqualiter de censum. et reditum, quibus exinde annuexierit ad eorum usum, et sumotum quod voluerint, pro mea et ipsius quondam Domni Arnulfi Archipræsuli animas remedium. Quia sic decrevit mea bona voluntas, et nec me liceat ullo tempore nolle quod volui, set quod a me hic semel factum, vel conscriptum est sub jusjurandum inviolabiliter conservare promitto, com stipulacione subnixa. — Actum ista Civitate Mediolanum. — Ego Petrus Dei gratia humilis Archipræsbyter, et Cimiliareha huic a me facto SS. — Ego Ingelramus Judex Sac. Pal. rogatus SS. — Lanfrancus Notarius Sac. Pal. rogatus SS. — Johannes rogatus SS. — Signum manib. Liutprandi, et Petri habitantibus in ista Civitate lege viventes Romana, testes. — Aribertus Notarius scripsi, post tradita complevi, et dedi.

An. 1023. = Donazione fatta al monistero de'santi Gratiniano e Felino d'Arona, dato in commenda all'arcivescovo di Milano. *Zaccaria soprac. pag.* 122.

Idem. = Fondazione di un monistero di monaci presso alla basilica di san Dionisio di Milano fatta da Ariberto arcivescovo. *Puricell. De Sanctis Arialdo, et Herlembaldo, Lib. IV, cap.* 93, *num.* 10.

Circa l'anno 1024. = Diploma di Ariberto arcivescovo a favore di Ansegiso fondatore della chiesa del santo Sepolcro di Ternate. *Puricell. Ambros. Num.* 223.

An. 1026. = Diploma di Corrado II re di Germania, I re d'Italia, a favore di Alberico vescovo di Como, a cui dona il contado di Musocco. *Tatti. Annal. Tom. II, pag.* 246.

Idem. = Diploma del re Corrado a favore del monisterio di san Dionisio di Milano. *Puricell. De SS. Arialdo, et Herlemb. Lib. IV, Cap.* 93, *num.* 11.

Digitized by Google

An. 1025 o 1027. = Donazione della chiesa di san Michele e di san Pietro del luogo detto *Sale Rozoni*, ora *San Pietro in Sala*, presso a Milano, fatta da Bezone prete decumano di sant'Ambrogio, a Widone abate del monistero di quella basilica. *Nell'archivio dello stesso Monistero.* = In Christi nomine. Chunrandus gratia Dei Imperator Augustus: anno Imperii ejus secundo, mense Setember, Indictione undecima. Monasterio Beati Christi Confessoris Ambrosii, ubi ejus Sanctum quiescit Corpus, constructum foris in Suburbius ujus Mediolanensis Civitatis, ubi nunc Domnus Vvido Venerabilis Abbas esse videtur, Ego in Dei nomine Otto, qui et Bezo, Presbiter de inter Decomano Sancte Mediolanensis Ecclesie, Officiale Basilice ipsius Sancti Ambrosii, et quondam Andrei, qui fuit de loco Quarto, qui vixit Lege Langobardorum, presens presentibus dixi. Quisquis in Sanctis et Venerabilibus locis ex suis aliquid contulit rebus, iusta Auctoris vocem, centublum accipiet, et insuper vitam eternam possidebit: et ideo Ego qui supra Otto Presbiter volo, et judico, ut a presenti die et ora deveniat in potestatem ipsius Monasterii Sancti Ambrosii in perpetuis temporibus, eo ordine sicut hic subter statuero; idest Capella una, cum area, in qua estat, cum campo in simul tenente juris meis, quam abere viso sum foris, et non multum longe ab ac Civitate Mediolani, ad locum ubi Sale Rozoni dicitur, et est ipsa Capella consecrata in onore Sancti Archangeli Michaelis, et Beati Petri Apostoli. Coeret ab ipso campo, et ab ipsa Capella, da mane Sancte Marie; da meridie Petri; da sero via; et est area ex ipsa Capella, cum eodem campo in simul per mensura juxta cum-incisa sua iugias trex nominative, quas mib campo ipso ante hos dies per cartulam venditionis advenit inter cetera ab Gandulfus Monetario de ista Civitate Mediolani; presenti die, et ora iam dicta Capella, et eodem campo deveniat in potestatem ipsius Monasterii: eo tamen ordine, ut Abbas ipsius Monasterii, qui in perpetuis temporibus in eodem Sancto, et venerabili Monasterio ordinatus fuerit, in ipsa Capella Presbiter ordinet, ibidem Divinum officium faciet; ed si pro ipsa ordinatione de ipsa Capella de ipso Presbitero illo, qui ipse Abbas ipse ordinaverit, aliquit munus acceperit, rebus territoriis a parte ipsius Ecclesiæ Sancti Michaelis, et Sancti Petri emere debet: et ipse Presbiter, qui in ipsa Capella, cum ipso campo, et aliis omnibus rebus territoriis, que ibidem empti fuerint, vel Dominus dederit, ad suum usum, et benedictione habeat, et teneat, et faciat de fruges, et reditum, seu censum, vel benedictionem, quibus exinde annue Dominus dederit, tam ipse Presbiter, vel alius, qui ibidem ordinatus fuerit, in perpetuis temporibus, quod voluerit: ita tamen, ut ipse Presbiter mihi, et quod isto Gandulfi, seu Raidruda, que et Rigeza, que fuit Conjux isto quondam Gandulfi, Divinum officium faciat, ut nobis proficiat ad salutem anime, et gaudium sempiternum. Et quod fieri non credo, nec Deus permittat, si fuerit unquam in tempore Pontifex huius Sancte Mediolanensis Ecclesie, qui hanc meam ordinationem irrumpere voluerit, illam meledictionem habeat, que in centesimo octavo Psalmo legitur, et cum Juda traditore sit damnatus, quod in ipso Psalmo canet adfirmatum est. Et omnia ut supra, pro anime mee, et suprascriptorum quondam Gandulfi, et Ragitrude, que et Rigeza, animas remedium: quia sic mea bona voluntas. Et si propter onorem Sacerdotii mihi impetit lege Romana, et nec me liceat ullo tempore nolle

Digitized by Google

quod voluisset, quod a me hic semel factum, vel conscriptum, sub jusjurandum inviolabiliter conservare promitto, cum stipulacione subixa. Actum Civitate Mediolani. — Otto, qui et Bezo Presbiter a me facto subscripsi. — Ado rogatus subscripsi. — Ego Ingelramus Judex rogatus subscripsi. — Ego Odo Judex rogatus subscripsi. — Signum † ⁊ manibus Attoni, et Arderici de ista Civitate, lege viventie Romana, Testes. — Ego Johannes Notarius, et Judex Sacri Palatii scripsi, postradita complevi, et dedi.

Circa lo stesso tempo, 1025 o 1027. = Diploma di Ariberto arcivescovo a favore del monistero Ambrosiano. *Puricell. Ambros. Num.* 222.

An. 1029. = Compra della corte di Talamina o Talamona, in Valtellina fatta dall'arcivescovo Ariberto. *Carta nell'archivio dell'abate commendatario di san Dionisio.* = In Christi nomine, Chunradus gratia Dei Imperator Augustus, anno Imperii eius secundo, mense Martius, Indictione duodecima. Constat Nos Rodoaldus Filius Bone Memorie Ottoni, qui fuit de loco Cumacio, et Cesaria, que Imilda Filia quondam Adelgisi Iugalibus, qui professi sumus lege vivere Ribuariorum: ego que supra Cesaria, que professa sum de natione mea lege vivere Langobardorum, set nunc pro ipso Viro meo legere vivere videor Ribuaria, mihi que supra Cesarie consentiente ipse Rodoaldus Iugale, et Marito meo, et subtus confirmante, et ut Lex Langobardorum habet auctoritas, una cum notitia de propinquioribus Parentibus meis, que supra Femine corum nomina subtus leguntur. In quibus eorum presentia de ipsis Parentibus meis vel Testium certa facio professione, et manifestatione, eo, quod ab ipso Jugale, et Marito meo, nec ad nullum hominem nulla me pati violentia, nisi mea bona, et spontanea voluntate, ac vendicio facere visa sum: accepissemus sic ita Nos Iugalibus in presentia Arioaldi Iudex, et Missum idem Domni Chunradi Imperatoris, et Vvadoni, qui et Lanzo . . . . . Iudices, adque ceterorum bonorum hominum, corum nomina subtus leguntur, vel Testium, manifesta sunt mihi Nos Iugalibus, qui accepimus insimul ad Te Domnus Aribertus Reverentissimus Sancte Mediolanensis Ecclesie Archiepiscopus, et Filius Bone Memorie Gariardi, qui fuit de Loco Antimiano, argenti denarios bonos libras trescentas in totum precium, sicut inter nobis convenit, etc.

• 1033. = Diploma di Corrado già creato imperatore con cui conferma al monistero di san Pietro *Ad Cœlum aureum* di Pavia tutti i suoi beni e diritti, molti de' quali nel Milanese. *Murator. Antiq. medii ævi. Tom. I. pag.* 595.

• 1034. Disposizione testamentaria di Ariberto arcivescovo di Milano a favore di molte chiese e monisteri di questa città. *Puricell. Ambros. num.* 224.

• 1035. = Sentenza di Arioaldo giudice messo imperiale, data in questa città, a favore di Landolfo abate di sant'Ambrogio. *Carta nell'Archivio di quel monistero.* = Dum in Dei nomine Civitate Mediolani, in mansione Petri Negotiatoris filii qd. Johannis, per ejus data licentia, in judicio adessent Arioaldus Judex, et Missus Domni Chunradi Imperatoris, ex ac causa ab eo constitutus;

Digitized by Google

adesent cum eo Traso, qui et Amizo, Petrus, Gariardus, Yvaldo, qui et Lanzo, Ingelramus, Odo Judices, Vvarimbertus fil. qd. Anselmi Judex, et Tado filius qd. idem Tadoni, et Andreas filius qd. Lanfranci Notarii, Ilderatus, et Landulfus germanis, Arnaldo filius Lamberti Judex, Auserius filius qd. Johannis, Deusdedi filius Johannis, Petrus filius qd. Lanfranci, et reliqui plures; ibique eorum venerunt presentia Domnus Landulfus Venerabilis Abbas Monasterii Beati Confessoris Ambrosii, ubi ejus Sanctum umatum quiescit corpus, constructum foris civitate Mediolani, una cum Johannes, qui et Amizo Judex Avocato suo, et à parte ejusdem Monasterio Avocato; et ostenserunt ibi cartula una precarie, et ofersionis, et ea legere fecit, continente in ea per omnia. In Christi nomine Chunradus gratia Dei Imperator Augustus anno Imperii ejus nono, quinto die mensis Julii, indictione tercia. Monasterio Beati Christi Confessoris Ambrosii, ubi ejus sanctum umatum quiescit corpus, constructum foris uius Mediolanensis urbis, ubi nunc, Domnus Landulfus Venerabilis Abbas esse videtur. Ego in Dei nomine Petrus Monetario, filius qd. Johannis de suprascripta Civitate Mediolani, qui professo sum de nacione mea lege vivere Romana, ofertor, et donator in eodem sanctum et venerabilem Monasterio pr. pr. dixi. Quisquis in sanctis ac venerabilibus locis ex suis aliquid contulerit rebus, iusta auctori voce, centuplum accipiet, et insuper, quod melius est, vitam possidebit eternam: Et ideo ego qs. Petrus dono, et ofero in eodem sanctum, et venerabilem Monasterio, presenti die post meum dicessum, per remedium anime mee, id sunt aliquantis rebus territoriis illis iuris mei, quibus habere, et possidere viso sum foris, et prope ac Civitate Mediolani, ad locus ubi Isella, et Caminadella dicitur, seu in locis, et fundis Quartello, que est prope Villa, que vocatur Alba, Robiano, et in Maturo; et sunt illis rebus rejacentibus foris prope ac Civitate Mediolani ad locus ubi Isella, et Caminadella dicitur pratum unum ex parte Buscalia, cum area in qua extat, et est per mensura iusta ipsum pratum, una cum area, et ipsa Buscalia in simul iuges legiptimas quinque. Illis vero rebus in suprascripto loco, et fundo Quartello sunt per mensura iusta, inter campis, et pratis, seu areis, et silvis stellareis in simul iugias legiptimas trex, et dimidia; et illis namque rebus territoriis reiacentibus in predicto loco, et fundo Robiano sunt per mensura iusta inter campis, et pratis, seu areis, vineis, et silvis stellareis in simul iugias legiptimas novem; iam dictis autem rebus territoriis reiacentibus in jam dicto loco, et fundo Maturo sunt per mensura iusta, inter sedimìnas cum ex parte edificiis casarum desuper, et campis, seu pratis, adque areis, vineis, et Buscalia insimul iugias legiptimas undecim; et si amplius de meo iure in suprascriptis locis et fundis Isella, Quartello, Robiano, Maturo ipsis rebus, et territoriis inventis fuerint, quam ut supra legitur mensura, per hac cartula ofersionis in suprascripto Monasterio, post meum dicessum, persistent potestatem proprietario iure. Etiam dono, et ofero ego qs. Petrus in ipsum Sanctum et Venerabilem Monasterio a presenti die, et ora idest arientum denarios splendibiles libras octuaginta. Que autem rebus territoriis superius dictis, cum superioribus, et inferioribus, seu cum finibus, et accessionibus suorum, sicut supra legitur, in in. presenti die post meum dicessum, jam dictis omnibus rebus territoriis, que superius in eodem Sanctum Cenobium ofersi, habeant Abbas, et Monachos

Digitized by Google

ipsius Monasterii, faciant de fruges, et censum, seu reditum, quibus exinde annuexierint, quod voluerint per anime mee remedium. Ea videlicet racione, et in tali tinore ipsis omnibus rebus territoriis, que superius legitur a parte ipsius Monasterii dono, et ofero, seu trado, adque judico, etiam per remedium anime mee confirmo, ita ut mihi concedere debet ipse Domnus Landulfus Abbas diebus vite mee ad habendum, et tenendum, id sunt rebus territoriis illis, quod sunt mansos duos juris ipsius Monasterii, quibus sunt positis in loco, et fundo Arcaniaco; nominative mansos illos, qui rectis, et laboratis esse videtur per fili qd. Ambroxii, et per Johannes, qui fuit frater suus, seu per Bonizoni liberi omini, sicut ab ipsis omines rectis, et laboratis esse videntur in in. Et ego qs. Petrus, diebus vite mee, sicut superius decernitur, ipsis omnibus casis, et rebus in precario nomine, per infictos contractum, habere, et tenere debeo, de omnem censum, et reditum, quibus iuxte annuexierit, preter tracta de grane Sancti Ambroxii de Civitate Papia, vel si eidem Domno Landulfi Abbas, suosque successsores, ibi aribergare voluerit, si opus fuerit. Quicquit mihi utilitas fuerit quod voluero, ita ut aput me meliorentur, nam non depegiorentur; et persolvere debeo exinde censum singulis annis, a parte ipsius Monasterii, diebus vite mee, per omnes mense November, argentum denarios spendibiles solidos trex dati, et consignati denarii ipsi ad eodem Monasterio per omnes mense November, per me ipse Petrus, vel meo Misso eidem Domni Landulfi Abbas suosque successores, vel ad eorum Misso; post autem meum dicessum statim jam dictis omnibus rebus territoriis, que supra legitur reiacientibus foris, et prope ac Civitati Mediolani, ad locus ubi Isella dicitur, et in locis, et fundis Quartello, Robiano, et in eorum territoriis, que supra mensura decernitur, vel si amplius de meo iura ibidem inventis fuerint, que a parte ipsius Monasterii ofersi, cum predictis casis, et rebus territoriis, quod sunt mansos duos in suprascripto loco Arcaniaco reiacentibus, que da parte ipsius Monasterii precario nomine, et per infictos contractum recipi, in eodem Sanctum, et Venerabilem Monasterio Sancti Ambroxi persistunt potestatem proprietario iure, sine mea, vel de meis heredibus contradictione. Item volo, et judico, seu spondeo, atque promitto, ut jam dictis omnibus rebus territoriis, quod ego a parte ipsius Monasterii ofersi ad me, et ad meos heredes sint defensatis omni tempore, et si defendere non potuerimus, aut si contra ac cartula precario nomine, et ofersionis in vita mea agere, aut causare presumero, vel si inrumpere quesiero, et ea omnia que superius legitur, non ademplevero; si da parte ejusdem Domni Landulfi Abbas, suosque successores, ulla inquietudine, vel molestacione, nixi sicut superius legitur, recepi, et ea omnia, ut supra firmum, vel stabilem, diebus vite mee, non permansero; ut componamus illa pars, que non conservaverit ad partem fidem servanti, pro pena, nomine, argentum ex mero libras centum, et insuper unc scriptum firmum, et stabilem esse, et permanere promitto, per anima mea remedium, quia sic est mea bona volontas; et nec me liceat ullo tempore nolle quod volui, sed quod a me ic semel factum, vel conscriptum, sub jus jurandum inviolabiliter conservare promitto cum stipulatione subnixa, unde due precarie uno tenore scripte sunt. Actum suprascripta Civitate Mediolani. Signum manus suprascripti Petri, qui a cartula oferitionis, et precarie fieri rogari. Signum manibus Ilderati, et

Digitized by Google

Gandulfi germanis lege viventes Romana testes. Johannes iudex rogatus subscripsi. Ego Boniprandus notarius sacri summi Palacii scripsi post tradita complevi, et dedi. Precaria ipsa, et ofersionis, in eodem iudicio ostensa, et relecta, interrogaverunt Auditores ipsis eodem Landulfus Abbas, et jam dicto Johannes Advocato suo, et da parte ejusdem Monasterio Sancti Ambroxii Avocato, per quot ea ostendere, quia dixerunt ipsi. Ideo carta ista precaria, et ofersionis in iustum ostensimus iudicium, ut nec si illa apareat, et nec quislibet homo dicere possit, quod nos ea oculta, aut conludiosa abuissemus, vel tenuissemus, et predictis omnibus rebus quibus in ea legitur, que ipse Petrus a parte ipsius Monasterii post suum obitum ofersit, reiacentibus foris, et prope ac Civitate Mediolani, a locus ubi Isella, et Caminadella dicitur, seu in locis, et fundis Quartello, que est prope Villa, que vocatur Alba, Robiano, et in Maturo, sicut in ipsa cartula legitur, post eidem Petri obitum a parte ipsius Monasterii abere, et tenere debeamus; et si ullus homo nobis exinde, vel a parte ipsius Monasterii exinde aliquit dicere vult, parati sumus exinde ad racionem standum; et quod plus est querimus, ut dicat iste Petrus, qui et presens est, si precaria ista, et ofersionis cartula quam ic ostensimus bona et vera est, aut si ipse Petrus ea fieri rogavit, vel si manu sua propria firmavit, aut si diebus vite sue ex ipsa cartula aliquit agere vellet, an non, vel si prenominatis rebus territoriis, quibus in ea legitur, post suum obitum a parte ipsius Monasterii abere, et tenere debeamus, et ipso ficto persolvere, an non. At ec respondit ipse Petrus: vera cartula illa, que tu Landulfus Abbas, cum jam dicto Johannes Judex Avocato suo, et da parte eiusdem Monasterio Avocato ic ostensistis bona, et vera est, et ego ea fieri rogavit, et manus meas propria firmavi, et contra ea diebus vite mee nihil agere quero, nixi sicut ipsi cartula legitur, qui diebus vite mee ipsum fictum persolvere debeo, et post meum obitum ipsis omnibus rebus, quibus in ea legitur, in potestatem eiusdem Monasterii proprietario nomine persistant potestatem. Et iterum quero ego qs. Landulfus Abbas, cum isto Avocatore meo, ut dicant iste Nazarius germano eidem Petri.... et Angifredus viro suo, et Nazarius filius eodem Gerentrude, et Angefredi, qui ic à presentes sunt, dicant, si cartula ipsa, quam ic ostensimus, bona, et vera est, aut si jam dictis omnibus rebus, quibus in ea legitur, que ipse Petrus a parte ipsius Monasterio ofersit, propriis eidem fuerunt Petri, et Ingelinda conius sua, una cum Punno, et Johannes germanis filii ipsorum iugalibus, et Gerentruda germana eidem Petri, vel si post suum obitum propriis eiusdem Monasterii esse debent, aut si pro ereditate, aut successioue, aut qualecunque moderacione eorum pertinet, vel pertinere debet an non.

Ad hoc responderunt ipsis Nazarius, et Ingelinda iugalibus, eorumque filii suorum, ipse Ingelinde, pro ipsius Nazarii viro suo consensum, et ipsis Punno et Johannes germanis, per ipsius genitori suorum consensum, et ipsis Angefredus, et Gerentruda, per ipsius Angefredi viro suo consensum, et ipse Nazarius, per ipsius genitori suo consensum: vere carta illa precarie, et offersionis, quam tu Domnus Landulfus Abbas cum jam dicto Avocato suo ic ostensisti, bona, et vera est, et jam dictis rebus reiacentibus foris, et prope ac Civitate, ad locus ubi Isella, et Caminadella dicitur, et in Quartello, qui est

Digitized by Google

prope Villa, que dicitur Alba, et Robiano, seu in Maturo, propriis eidem Petri fuerunt, et post suum obitum propriis eiusdem Monasterii esse debent, cum lege a nobis eorum supra iugalibus, et filii nihil pertinent ad habendum, nec pertinere debet, neque per scriptum, neque per ereditatem, neque per nulla modo racione. Insuper ibi locum in ipsum iudicium spoponderunt se ipsis iugalibus, et eorum filii, adversus eodem Landulfus Abbas, et contra eodem Johannes Judex Avocatus, ut si unquam in tempore, per se ipsis, aut eorum heredes, vel eorum sumitentes Persona, contra pars ejusdem Monasterii, de predictis omnibus rebus, quibus in eadem cartula legitur, seu de denariis libras octuaginta, quas ipse Petrus presentialiter a parte ipsius Monasterii dedit, agere, aut causare presumserint, vel si pro placitis unquam fatigaverint, et tacitis, et contentis exinde omni tempore non permanserint, aut si de eorum datum, aut factum in alia parte aparuerit: ut componat a parte ipsius Monasterii pro pena nomine, argentum ex mero libras centum, et predictis omnibus rebus, et territoriis in dublum sicut pro tempore melioratis fuerint, aut valuerint sub estimatione in eisdem locis, et insuper exinde taciti et contenti omni tempore permaneant. Cum ita et peractum fuit, rectum paruit supradictis Auditoribus esse recte, et iudicaverunt, ut iusta eidem Domno Landulfi Abbas, et eidem Johanni Judex Avocato suo ostensione, et professione, et eidem Petri, et eorum iugalibus, et eorum filii professione, et manifestacione, post eosdem Petri obitum, iamdictis omnibus rebus, quibus in eadem cartula legitur, et predictos denarios presenti die a parte ipsius Monasterii abere, et detinere debent, et ipsis iugalibus, cum eorum filiis suorum, et eorum heredibus, manerent exinde omni tempore tacitis et contentis: et sic finita est ac causa, et qualiter acta est presente noticia, et futuram tenendam memoriam, et securitatem, eiusdem Monasterii quidem et ego Petrus Notarius Sacri Palacii scripsi, et interfui anno Imperii Domni Chunradi Imperatoris Deo propicio nono, mense Julius, indictione tercia. — Arioaldus Judex Domni Imperatoris missus fui, et subscripsi. — Gariardus Judex interfui. — Traso, qui et Amizo Judex interfui. — Ego Vvaldo, qui et Lanzo, Judex sacri Palacii interfui. — Odo Judex summi sacri Palacii interfui. — Petrus Judex interfui. — Ingelramus Judex sacri Palacii interfui.

An. 1036. = Donazione di Ariberto arcivescovo fatta alla chiesa pievana di s. Vittore di Varese. *Carta appartenente all'archivio di quella chiesa.* = In Christi nomine. Chunradus gratia Dei Imperator Augustus: anno Imperii eius nono, mense Martius, Indictione quarta. Ecclesia, seu Plebe Sancti Victoris, sita loco Varese. Ego in Dei nomine Aribertus Dei gratia Archiepiscopus Sancte Mediolanensis Ecclesie, et Filius Bone Memorie Gariardi de loco Antimiano, qui vixit lege Langobardorum, presens presentibus dixit. Quisquis in Sanctis, ac Venerabilibus locis ex suis aliquid contulerit rebus, iusta Auctoris vocem, centuplum accipiet mercedem, et insuper, quod melius est, vitam possidebit eternam. Et ideo Ego qui supra, Aribertus Dei gratia Archiepiscopus do, et lego in predicta Ecclesia, seo Plebe Sancti Victoris, id sunt Casis, et omnibus rebus territoriis illis reiacentibus in locis, et fundis Castro blenno, et in Bemmio superiore; illis vero rebus reiacentibus in eodem loco, et fundo Castro

Digitized by Google

blenno sunt ipsis rebus sedimen unum, cum edificiis casarum super habente, et vineas cum areis earum petias duas ad . . . . . coherentes da mane, et sera, et . . . . vias, da meredie Bonofilii . . . . . et est pro mensura iusta cum incisa sua, tabulas legiptimas centum. Prima vinea dicitur Ciauso, est da meridie Bonfilii, et est area eius pro mensura iusta tabularum legiptimarum centum. Secunda vinea dicitur similiter in Clauso: est da mane Odricii, da meridie Rigezani, da sera via, et est area eius similiter tabularum centum. In prenominato loco, et fundo Bemmio Superiore sunt ipsis casis, et rebus territoriis, tam sedimas, cum edificiis, clausuris, campis, pratis, pascuis, vineis, silvis, cum areis earum ripis, rupinis, ac paludibus, coltis, et incoltis, divisis, et indivisis, usibus aquarum, aquarumque ductibus, et una cum finibus, seu celibas locas, omnia, et in omnibus in integrum. Quæ autem istis casis, et rebus territoriis supradictis cum superioribus, et inferioribus, seu confinibus, et accessionibus suorum in integrum, ab hac ora in antea istis casis, et rebus territoriis, in prædicta Ecclesia, seo Plebe Sancti Victoris, permaneant jure faciendum Presbiteris illis, qui nunc in eadem Ecclesia, seo Plebe Sancti Victoris, et eorum posteriores, usque in perpetuum de fruges, et redditum, et censum, quibus ex prædictis casis, et rebus territoriis annue Dominus dederit, ad eorum usum, et sumptum, vel benedictionem habendum, et faciendum quod voluerint, pro anime mee remedium. Ita tamen, ut ipsis Presbiteris, qui nunc in eadem Ecclesia, seu Plebe Sancti Victoris, et eorum Posteriores usque in perpetuum Missam, Vesperas, Matutinum, et reliquum Officium faciant, ut mihi Peccatori proficiat ad anime salutem, et gaudium sempiternum; quia sic decrevit mea bona voluntas. Et si propter honorem Pontificatus mihi aliquid impedit, Lege Romana, nec me liceat nolle quod volui, sed quod a me hic semel factum, vel conscriptum est sub jusjurandum inviolabiliter conservare promitto cum stipulatione subnixa. Actum ista Civitate Mediolani. — † Ego Aribertus Dei gratia Archiepiscopus a me facto subscripsi. — Signum † † manibus Adami, et item Adami de ista Civitate Mediolani Lege viventes Romana, Testes. — Signum † † manibus Andree, et Azoni de eadem Civitate Mediolani, Testes. — Andreas . . . . . Ardericus Judex Domini Imperatoris rogatus subscripsi. — Remedius Notarius, et Judex Domni Imperatoris subscripsi: post tradita complevi et dedi.

An. 1036. = Disposizione di Benedetto, chiamato Rozone, circa alla chiesa della santissima Trinità da lui nuovamente fondata in Milano: ora san Sepolcro. *Puricell. Ambros. Num.* 288.

» 1037. = Leggi feudali pubblicate dall' imperator Corrado, mentre assediava Milano. *Murator. Antiq. medii ævi Tom. I, pag.* 610.

» 1039. = Donazione fatta da Ariberto arcivescovo di Milano all' abate di Tolla sul Piacentino. *Campi. Istoria di Piacenza. Tom. I, nell'Appendice.*

» 1042. = Disposizione testamentaria di Ariberto arcivescovo di Milano in favore dei dodici decumani che officiavano nella metropolitana. *Carta nell'ar-*

Digitized by Google

chivio de'Beneficiati del Duomo. = In nomine Sanctæ, et Individuæ Trinitatis. Anno ab Incarnatione Domini nostri Jhesu Christi MXLII, mense Aprilis, Indictione decima. Ecclesia Beatæ Dei Genetricis Mariæ, quæ dicitur Gemalis, sita intra ac Civitate Mediolani, et Canonicæ, quam ego noviter pro remedium animæ meæ institui prope ista Ecclesia, ad utilitatem, et victum duodecim Presbiteris Decumanorum hordine, qui Peregrini vocantur, qui sunt præordinati in iam nominata Ecclesia, Ego in Dei homnipotentis nomine Aribertus Dei Gratia Sanctæ Mediolanensis Ecclesiæ Archiepiscopus, et Filius Bonæ Memoriæ Gariardi, qui fuit de loco Antemiano, qui professo sum ex Natione mea lege vivere Langobardorum, præsens præsentibus dixi. Dum Homo a Cristo Jhesu condito vivit in hoc sæculo erit felix, si ponit diem exitus sui ante oculos suos, et dum recte loqui potest sic semper eam cogitet, unde futuram accipiat mercedem, et cum Dominus eum de hoc sæculo vocare jusserit non de negligentiis judicetur, set ut de bona dispositione gratuletur ut pius. Et ideo ego qui supra Aribertus Dei gratia Archiepiscopus do, et offero proprietario jure in prænominata Canonica, præsenti die, et hora, idest Cortem unam domui coltilem, cum Castro, et Turre atque Capella, quæ est ibi hædificata in honore Sanctorum Cosmæ, et Damiani, cum casis, et homnibus rebus territoriis reiacentibus in loco, et fundo Monvallo, et in eius Territorio. Nominative illis omnibus casis, et rebus territoriis, quas mihi ante os dies, per cartam venditionis, advenerunt ab Petrus, qui et Obizo vocatur, Filius quondam Adelgisi de Civitate Mediolani, et quondam Persindæ Jugalibus, quod sunt rebus ipsis tam sediminibus, cum ædificiis desuper, clausuris ortis, broilis, campis, pratis, vineis, olivetis, et silvis, castaneis, roboreis, ac stellareis, et areis suarum, pascuis, gerbis, divisis, et indivisis, tam in montibus, quamque in planitiis, usibus aquarum, aquarumque ductibus, seu piscationibus, atque in concelibas locas, homnia, et in homnibus, quantiscumque de meo jure in prænominato loco, et fundo Monvallo, vel in ejus Territorio inventum fuerit, et mihi per istam cartulam advenenerunt in integrum. Eo videlicet ordine prædictam Cortem domui coltilem, cum iam dicto Castro, et Turre, seu Capella, cum areis earum, cum prenominatis homnibus, casis, et rebus territoriis, in eadem Canonica, dare, et offerre videor, faciendum Presbiteris illis, qui nunc, et usque in perpetuum, in eadem Canonica ordinati fuerint, de fruges, et censum, seu vinum, et reditum, quibus exinde annue Dominus dederit, ad refitiendum simul in prædicta Canonica perpetuis temporibus, pro mercede, et remedium animæ meæ. Ita tamen, ut si iam dictis Presbiteris in prædicta Canonica insimul, sicut superius legitur, reficere noluerint, aut si fuerit ullus Pontifex huius Sanctæ Mediolanensis Ecclesiæ, qui prædictam Cortem domui coltilem, cum iam dicto Castro, et Turre, et homnibus rebus territoriis ad prædicta Canonica distollere voluerit, tunc statim deveniant in potestate de Presbiteris, et Diaconibus, seu Subdiaconibus de Ordine Majore istius Sanctæ Mediolanensis Ecclesiæ, tamdiu ut dum ipsis Presbiteris, qui Peregrini vocantur, pariter in prædicta Canonica refitiant, sicut superius legitur; et ut ipsis pro me orent cotidie, Missas, Vesperum, Matutinum, et relicum Officium mihi canant, profitiente michi in æternam vitam, et gaudium sempiternum, quia sic decrevit mea bona volun-

Digitized by Google

tas. Et si propter honorem Pontificati mei michi aliquid impetit de Lege Romana, et nec me liceat amodo ullo tempore nolle quod volui, sed quod a me hic semel factum, vel conscriptum est, sub jusiurandum inviolabiliter conservare promitto, cum stipulatione subnixa. Actum ista Civitate Mediolani. — Signum † manus isto Domni Ariberti Archiepiscopi, qui ac cartulam judicati, et ofersionis, ut supra fieri rogavit, set propter infirmitatem suam quam graviter abebat, scribere minime potuit. — Arioaldus Judex Domni Imperatoris rogatus subscripsi. — Eliprandus Notarius Sacri Palatii rogatus SS. — Rainerius Judex Sacri et summi Palatii rogatus. SS. — Ardericus Judex rogatus. SS. — Sig. †† manibus Amizonis, et Aldeberti Germanis de ista Civitate Mediolani, Lege viventes Romana, Testes. — Ego Vvaldo, qui et Lanzo, Notarius, et Judex Sacri Palatii scripsi; post tradita complevi, et dedi.

An. 1044. = Altra disposizione testamentaria di Ariberto arcivescovo a favore di tre suoi pronipoti. *Puricell. Ambros. num.* 245.

• 1045. = Sentenza di Azzone marchese e conte di Milano, data in questa città a favore de'preti officiali di sant'Ambrogio. *Murator. supracit. Tom. IV. pagina* 9.

Id. = Altra sentenza come sopra. *Ib.*

Id. = Diploma di Enrico III re di Germania, II re d'Italia, a favore del monistero di san Dionisio di Milano. *Puricell. De SS. Arialdo, et Herlemb. Lib. IV, cap.* 93. *num.* 2.

An. 1046. = Sentenza di Arioaldo messo regio a favore de'sopradetti preti di sant'Ambrogio. *Carta nell'archivio de'medesimi.* = Dum in Dei nomine Civitate Mediolani, ad mansione Ariprandi Filii quondam Vvidoni, qui fuit de loco Arciago, per ejus data licentia, in iudicio residebat Arioaldus Judex de ista Civitate, et Missus Domini Secundo Henrici Regis, qui ex hac causa ab eo Missus est institutus, iusticias faciendas ac deliberandas intenciones. Residentibus cum eo Ardingus, Adam, qui et Amizo, Vvaldo, qui et Lanzo, Ariprandus, Ardoinus, Petrus, et Herlembaldus, seu Brunoaldus Judex Sacri Palatii; Gotefredus Notarius, Zeno Monesterio (*Monetario*), Arioaldus, et Ragisfredus Germanis, Oddo Filius quondam Ardengi, Johannes, qui vocatur Lita, Vassi prædicti Ariprandi, Ambrosius Filius quondam Gisulfi, Aldo, Geso, abitantibus ista Civitate Mediolani, et reliqui plures. Ibique eorum venerunt præsentia Bezo, Ambrosius, Petrus, item Ambrosius, et Lambertus Presbiteris, et Officialis Ecclesiæ Beati Christi Confessoris Ambrosii ubi eius Sanctum quiescit corpus, quæ est fundata foris, et non longe ab ac Civitate Mediolani, una cum Lanfrancus Notarius suorum, et ipsius Ecclesiæ Sancti Ambrosii Avocato, et retollerunt. Abemus, et detinemus ad proprietatem a parte ipsius Ecclesiæ Beati Christi Confessoris Ambrosii, id sunt casis, et omnibus rebus territoriis illis reiacentibus in loco, et fundo Axiliano, quæ est non multum longe da locus, qui vocatur Badaglo, quibus fuerunt iure quondam Arderici,

Digitized by Google

qui fuit quondam Adelberti Filius, et quondam Alloisæ, qui fuit Filia bonæ memoriæ Antonii iugalibus de ista Civitate Mediolani: et ipsis iugalibus insimul iamdictis casis, et omnibus rebus territoriis, per cartulam vendicionis in condam Petrus Presbiter emiserunt, ad instituendum per cartulam iudicati in iam dicta Ecclesia Sancti Ambrosii abendum: quod sunt rebus ipsis, tam sedimi-nibus, cum ædificiis, areis, curte, edificiis, clausuris, campis, pratis, vineis, et silvis roboreis, castaneis, ac stallareis, cum areis suarum, pascuis, gerbis, coltis, et incoltis, usibus aquarum, aquarumque ductibus, seu inconcelibas locas, omnia, et in omnibus quantiscumque fuerunt de iure prædictorum Alderici, et Alloisæ, Jugalibus in prædicto loco, et fundo Axiliano, vel in ejus Territorio in integrum. Et parati sumus, si ullus homo adversus nos, vel pars ipsius Ecclesiæ Sancti Ambrosii aliquit dicere vult, cum iste Lanfrancus Avocatore nostro cum eo exinde ad racione standum, et legiptime adfiniendum. Et quod plus est, quærimus, ut istis Ariprandus, et Geza Filio isto quondam Arderici Jugalibus, qui ic presentes sunt, ipse Geza per consensum eidem Ariprandi iugale, et Mundoaldo suo, dicant, si iam dictis casis, et omnibus rebus territoriis, que nos ic in iudicio denominavimus, propriis sunt eidem Ecclesiæ Sancti Ambrosii, aut si vos Jugalibus nobis, vel ipsius Ecclesiæ agere, aut causare, vel contradicere quæritis, vel si ullam exinde abeatis scriptione, aut firmitatem, per quam contra nos, vel pars ipsius Ecclesiæ agere, aut causare possatis, an non. Ad ec responderunt ipsis Ariprandus, et Geza jugalibus, ipsa Geza per consensum eidem Ariprandi Viro suo. Vere casis, et omnibus rebus territoriis illis, quem vos quibus supra Bezo, Ambrosius, Petrus, item Ambrosius, et Lambertus Presbiteris, una cum Lanfrancus Notarius Avocato vestro, et ipsius Ecclesiæ Sancti Ambrosii, hic in iudicio denominastis, propriis sunt eidem Ecclesiæ Sancti Ambrosii, et vobis neque pars ipsius Ecclesiæ agere, nec causare quærimus, quia cum lege non possumus, eo quod nullam exinde abemus scriptionem, aut firmitatem, per quem contra vos, vel pars ipsius Ecclesiæ agere, vel causare, vel contradicere possamus, quia nihil exinde nobis pertinent ad abendum, nec requirendum. Insuper spoponderunt se ipsis Jugalibus, ut si unquam in tempore per se ipsis, aut eorum Filiis, Filiabus, vel hæredibus, vel eorum summittantes personas, versus eosdem Bezo, Ambrosius, Petrus, item Ambrosius, atque Lambertus Presbiteris, et Lanfrancus Notarius Avocato eorum, vel ad eorum Successoribus, aut contra pars ipsius Ecclesiæ Sancti Ambrosii, ex prædictis casis, et omnibus rebus territoriis agere, aut causare præsumpserint, et omni tempore taciti, et contenti exinde non permanserint; vel si apparuerint ullum datum, aut factum, cui ipsis Jugalibus exinde in alia parte dedissent, aut fecissent, et clare factum fuerit, tunc in duplum prædictis casis, et omnibus rebus territoriis pars ipsius Ecclesiæ Sancti Ambrosii restituant in consimile loco, et insuper componant, pena nomine, argento ex mero libras quinquaginta, et post, pena composita, omni tempore taciti, et contempti exinde esse, et permanere debeant. His peractis, manifestacione ut supra facta, paruit supradictis Auditoribus, et Judicum esse recte; et iudicaverunt, ut iuxta eorum Presbiteris, et Avocato altercatione, seu professione, et manifestacione illorum Jugalibus; amodo in antea ipsis Presbiteris, vel eorum Successoribus cum eodem Avocato, iam

Digitized by Google

dictis casis, et omnibus rebus territoriis a parte iam dicta Ecclesiæ Sancti Ambrosii a proprietatem abere, et tenere deberent, et iam dictis Jugalibus sint exinde omni tempore, suorum hæredibus, tacitis, et contemptis: et sic finita est causa. Et qualiter ac causa acta est præsentem noticia ad futuram tenendam memoriam, et securitatem a parte iam dictæ Ecclesiæ Sancti Ambrosii, quidem et ego Brunoaldus Notarius, et Iudex Sacri Palatii scripsi, et interfui. Anno vero regnante idem Domini Secundi Enrici Regis octavo, Mense Octobr. Indict. quintadecima. — Arioaldus Iudex et Missus fui ut supra, et subscripsi. — Adam, qui et Amizo, Iudex Sacri Palatii interfui. — Ardengus Iudex interfui. — Arduinus Iudex Sacri Palatii interfui. — Ego Vvaldo, qui et Lanzo, Iudex Sacri Palatii interfui. — Ego Ariprandus Iudex Sacri Palatii interfui. — Ego Brunoaldus Iudex Sacri Palatii interfui. —

An. 1047. = Diploma del sopraddetto re Enrico creato imperatore, con cui restituisce ad Ubaldo vescovo di Cremona la Pieve d'Arsago, ed altri beni usurpati già da Gariardo nipote del fu Ariberto arcivescovo di Milano. *Murator. supracit. Tom. VI, pag.* 217.

Id. = Atti del martirio di s. Gemolò seguito in quest'anno e scritti poco dopo; trovati dal cardinal Federigo Borromeo nostro arcivescovo e registrati nella sua visita della chiesa di Gana. = Sanctus Propheta Rex egregius, et Patriarca David, Deo inspirante, nos paterna amonitione docet, ut Deum in Sanctis suis laudibus honoremus, Deoque, licet indigni, gratiam Spiritus Sancti imploremus, ut nostræ fragilitati, meritis Sancti Gemuli, succurrere dignetur, quatenus quæ ipse mera lux eo, et propter illum gessit, nostris pro veritate visa, et a Religiosis Viris sunt audita temporibus, sinceritatis stilo Posterorum ad memoriam tradere valeamus: ut visis, et auditis tam præclari Martyris actibus, et miraculis laudent Deum in Sancto Gemulo, et gratias referant in præsenti sæculo, et valeant cum eo laudibus sempiternis adesse in futuro. Quodam igitur tempore non multum præterito, quidam Episcopus de ultramontanis partibus, causa visitandi limina Beatorum Apostolorum Petri, et Pauli, nec non ad Maiestatem Domini Papæ prope, eundi Romam iter arripuit. Contigit illo Lombardiæ ingresso, ut in Diœcesi Mediolanensi, in quibusdam pratis, in Valle quæ dicitur Marchiroli, cum suo equitatu hospitaretur: cumque ipse metu Latronum, abundantia quorum erat in his partibus, esset territus, præcepit Nepoti suo, indito nomine Gemulo, ut super rebus suis sollicite custodiam gereret, et insidias Latronum procuraret. Quod præceptum Beatus Gemulus libenter obediens, pro viribus executioni mandavit. Prima vero nocte accidit, ut tres Latrones pessimi ad Episcopum venientes, tabernacula, palafrenum eius, et alia, forte superlectiles exinde ablatas, ad proprias Tabernas redeundo secum deduxerunt. Quod factum ut agnovit Beatus Gemulus, cum alio Milite Socius itineris, equis ascendentibus insecuti sunt eos, et apud Fontem, qui modo propter sanguinem Sancti Gemuli in eo decurrentem Sacer appellatur, eos insequentes, tali eos blando sermone Sanctus Gemulus alloquitur. Per Dei amorem, inquit, et Sanctorum Apostolorum Petri, et Pauli, in quorum servitio iter cum Domino Episcopo gerimus, Vos Carissimi Fra-

Digitized by Google

tres exoro, ut Domini Episcopi palafrenum mihi reddere debeatis. Latrones autem sic fertur, ut verum est, fuere de illorum, qui cognomine dicuntur De Uboldo, quorum unus Rubeus nomine, et præ cæteris vesanior Beato Gemulo respondit dicens: Vis et tu, qui sic nos adiurasti . . . . . Martyrium pro Dei, inquit, amore, et Sanctorum Apostolorum Petri, et Pauli libentissime perfero, quicquid pessimi mihi in quolibet modo inferri poterit. Suavissimum eius eloquium malitiam Latronum . . . . . ., quod corde conceperat opere perficeretur non exoravit, et caput Sancti Gemuli sacratissimum Latro nefandissimus amputavit. Alii quoque Latrones præfato eius Socio mortalia vulnera intulerunt, cuius Corpus requiescit non longe a Burgo Varisii, in Sargofago, ad Sancti Michælis Ecclesiam. Oh indeficiens Christi Caritas! quæ pro suo Auctore nullam mortis, aut pænæ, expavit angustiam, sed omni Persecutorum furore calcato, omni Mundi huius illecebra pessundata, ad æternæ beatitudinis bravium cursu veloci festinare contendit. O quam summa prudentia est, et sine alicuius ignorantiæ nubilo perspicacissima, luteam corporis materiam incomparabili felicit . . . . . thesaurus . . . . . exhibere tripudio, et hanc miserabilem vitam terminare, ut sempiternum gaudium possit acquirere. Igitur ut narrationis nostræ serie accedamus, quantum Sancti Gemuli mors in conspectu Dei secundum Prophetæ vaticinium fuerit pretiosa, ex sequentibus miraculis claruit. Nempe cæsa cervice gladio sicut diximus, Sanctum Corpus in equum tanquam vivum quod natura se sustinens ad Domini Præceptoris..... (*manca il rimanente*).

An. 1051. = Sentenza di Antonio messo regio, data nel luogo di Coriasco della campagna di Milano, a favore di Nanterio, e Guida cittadini milanesi. *Carta nell'archivio di sant'Ambrogio.* = Dum in Dei nomine in loco Corliasco, in via publica, in iudicio residebat Antonius Missus Domni Secundi Henrici Imperatoris, iusticias faciendas, ac deliberandas intenciones, residentibus cum eo Jonam, Vvido, Odelbertus, Johannes, Arduinus, Brunoaldus . . . . . da Arciago, Petrus dala Sala, Johannes, Lita, Anselmus, item Johannes, Richardus, Auditores, et reliqui plures: ibique eorum veniens presentia Roperga, qui et Vvida, coniux Nanterii de Civitate Mediolani, per ipso Nanterii iugale, et Mundoaldo suo consenciente, et ostendente moninen unum, quod est ita sic. In Christi nomine Secundus Henricus gratia Dei Imperator Augustus, anno imperii eius quarto, tercio dio mense December, indictione quarta. Constat me Gisulfus filius Odemarii, qui fuit de loco Besade, qui professo sum lege vivere Langobardorum, consenciente mihi qs. Gisulfi predictus Odemarius genitor meus, et subter confirmante, accepissemus, sicuti et in presentia testium manifesto sum, quia accepi ad te Roperga, qui et Vvida conius Nanterii de Civitate Mediolani, et filia qd. Amizoni de ipsa Civitate, argentum denarios bonos veteri libras centum octuaginta, finitum precium per meam porcionem quod est quartam pars de Castrum unum . . . . . ., et muras, seu fossato circumdato . . . . . portio de capella una, cum area sua, qui est edificata infra eodem castro in onorem Sancti Silvestri, una simul, et quartam pars de omnibus casis, et rebus territoriis foris ipso castro, ad ipso castro, et capella pertinentibus iuris mei, quibus abere viso sum in loco, et

Digitized by Google

fundo Badelli, tam in ipso loco, quamque in locas, et fundas, Mintirago, Rizolo, et in eorum territoriis, et est ipsam quartam portionem de iam dicta area, castro, et capella, seu sediminibus, et vineis, cum areis earum atque terris arabilis, et pratis, seu silvis, cum areis earum, in easdem locas, et fundas, ut supra legitur, per mensura iusta iuglas legiptimas sexaginta, et si ampluis de meo iure rebus ad ipso Castro, et Capella pertinentibus que ad predictam quartam porcionem pertinet in easdem locas, et fondas, sicut supra legitur, et in eorum territoriis inventis fuerit, quam supra mensura legitur per ac cartula, et eodem precio, in presentem maneat venditio, ut dictum est. Tam Castro, et Capella, sediminibus, cum edificiis casarum super abente, areis, curte fictis, broliis, clausuris, campis, pratis, pascuis, vineis, et silvis, ac stellareis, cum areis earum, ripis, rupinis, ac palulibus, molendinis, ac piscationibus, coltis, et incoltis, divisis, et indivisis, una cum finibus, terminibus, accessionibus, et usibus aquarumque ductibus, districtis . . . . . ., seu concelibas locas, cum omnia iura, aiacentiis, et pertinentiis rerum, per easdem locas, et vocabilis ad ipsam quartam portionem de predicto castro, et capella, seu rebus omnibus pertinentibus, cum superioribus, et inferioribus, seu cum finibus suarum in in. ab ac die tibi qs. Roperga, qui et Vvida, pro suprascripto argento vendo, trado, et mancipo; et facias exinde a presenti die, tu et cui tu dederis, vestrisque heredibus, iure proprietario nomine quidquid volueritis, sine omni mea, et heredum meorum contradictione. Quidem et spondeo, atque promitto me ego qs. Gisulfus, una cum meos heredes tibi qs. Roperge, qui et Vvida, et cui tu dederis, vestrisque heredibus, suprascriptam quartam portionem ex predicto Castro, et Capella, seu omnibus casis, et rebus territoriis foris ipso castro . . . . . portio ex predicto Castro, et Capella pertinentibus, qualiter supra legitur in in., ab omni omine defensare; quot si defendere non potuerimus, aud si contra ac cartula vinditionis, per quodvis ingenium, agere, aut causare presumserimus, tunc in dublum supradictam quartam portionem ex predicto castro, et capella, seu istis omnibus casis, et rebus territoriisque ad ipsam quartam portionem ex predicto Castro, et Capella pertinente, qualiter superius legitur, restituamus, sicut pro tempore fuerunt, aut valuerint, sub estimacione in eodem loco, quia sic inter nobis convenit. Actum loco Casolate. Signum manus suprascripti Gisulfi, qui ac cartula venditionis, ut supra fieri rogavit, et suprascripto precio accepit. Signum manus suprascripti Odemarii genitor eidem Gisulfi, qui ei omnia ut supra consensit . . . . . Petrus Judex rogatus subscripsi. Vvilielmus Notarius sacri palatii scripsi, post tradita complevi, et dedi. Cartula ipsa venditionis in eodem iudicio ostensa, et lecta, interrogaverunt Auditores ipsis eadem Roperga, qui et Vvida . . . . . per consensum ipsius Nanterii iugale, et Mundoaldo suo. Ideo cartula ipsi in istum judicio ostensi, vel si les non sit, nec appareat, et nec quislibet omo dicere possit, quod ego eam occultam, aut cumludiosa abuissemus, et tenuissemus ex predicto Castro, Capella, Molendinis, seu omnibus territoriis, quibus in ea legitur ad meam abeo, et tenuo proprietatem, et si ullus omo adversus me exinde aliquid dicere vult, parati sumus cum eodem Nanterius iugale Mundoaldo meo cum exinde ad racionem standum, et legiptime finiendum, et quod plus est quero, ut iste Gisulfus, qui ic presens est dicat, si predictis omnibus casis,

Digitized by Google

Castro, Capella, Molendinis, seu omnibus rebus territoriis, qui ic in iudicio Odemarii meis propriis, sunt, vel si adversus me qs. Roperga agere, aut causare querent, vel si ullam exinde abent scriptionem, aut firmitatem per quem mihi contradicere, aut subtraere querent, an non. Ad ec respondit ipse Gisulfus, per consensum Odemarii genitori suo: vere cartula vinditionis, que tu ic in iudicio ostendisti, bona, et vera est, et ego eam fieri rogavit, et manu mea propria firmavit, et casis, castro Capella, molendinis, seu omnibus rebus territoriis, iuxta ipsa venditionis cartula tuis propriis sunt, et ibi agere, nec causare quero, quia cum lege non posso, eo quod nullam exinde abeo scriptionem, nec firmitatem, per quem tibi contradicere, aut subtraere posso, quia nihil exinde mihi pertinet ad abendum nec requirendum, et insuper spoponderunt se Gisulfus per consensum ipsius genitori suo, ut si unquam in tempore per se ipse, aut suis filiis, et filiabus, vel eredes, aut eorum summitentes persona, versus eadem Roperga, qui et Vvida, aut contra suos heredes, vel contra cui ipsa dederit, vel abere instituit, ex predictis omnibus casis, Castro, Capella, Molendinis, seu omnibus rebus, agere, aut causare presumserint et omni tempore tacitis exinde non permanserit, vel si aparuerit ullum datum, aut factum ex alia parte, cui ipse Gisulfus dedisset, aut fecisset; tunc si oc aparuerit, et clare factum fuerit, tunc componere promisit ipse Gisulfus, per se, aut suis filiis filiabus, vel heredibus predicte Roperge, qui et Vvida, vestrisque heredibus, aut cui ipsi dederunt, vel habere instituit iam dictis omnibus casis, castro, capella, Molendinis, seu omnibus rebus territoriis in dublum in eisdem locis, et insuper argentum ex mero libras duocenti . . . . . Qua altercacione, seu manifestacione, ut supra facta paruit supradictis Auditoribus et Judicum esse recte; et iudicaverunt, ut iusta predicte Roperge, qui et Vvida, ostensione, et altergacione, et professione, et manifestacione predicti Gisulfi, a modo in antea ipsa Roperga, qui et Vvida, iam dictis omnibus casis, Castro, Capella, Molendinis, seu omnibus rebus territoriis, sicut supra legitur in in. proprietatem abere debeat, sine predicti Gisulfi, et de suis filiis, filiabus, seu heredes contradictione, et sic finita est causa, et qualiter ac causa acta est presentem notitiam, ad futuram tenendam memoriam, et securitatem prædicte Roperge, qui et Vvida, quidem, et ego Petrus notarius, et iudex sacri Palacii scripsi, et interfui, anno Imperii Domni Secundo Enrici Imperatoris quinto, mense Februarius, indictione quarta. — Antonius Missus Domni Imperatoris interfui. — Jonam Judex sacri palacii interfui. — Vvido Judex sacri palacii interfui. — Ego Odelbertus Judex sacri palacii interfui. — Arduinus Judex Domni Imperatoris interfui. — Brunoaldus Judex sacri palacii interfui. — Johannes Judex sacri palacii interfui. — Ardericus Notarius, et Judex sacri palacii interfui.

An. 1053. = Istituzione della festa per la esaltazione della santa Croce stabilita in Milano, per opera di Tadone notajo di questa città e del sacro palazzo. *Puricell. Ambros. Num.* 252.

1054. = Investitura di un beneficio o feudo, data da Landolfo abate di sant'Ambrogio ad Alberio e Milone padre e figliuolo cittadini milanesi, creando

Digitized by Google

il secondo vassallo del monistero. *Carta nell'archivio ambrosiano.* = Die Dominico, quod est tertio decimo die mensis Marcius, presentia bonorum ominum, eorum nomina subtus leguntur, per fuste quod sua tenebat manum, Domnus Landulfus Venerabilis Abbas Monasterio Beati Christi Confessoris Ambrosii, ubi eius Sanctum requiescit Corpus, quod est constructum foris, prope Civitatem Mediolani, tradicionem, et investituram fecit in manum, et potestatem Alberii Filii quondam Aribaldi de suprascripta Civitate, et Miloni, Pater, et Filio, per beneficio nomine, da Molendinum ex integrum iuris ipsius Monasterii, quod est edificato in Fluvio Vepra, quas fuit de Vincimala, et nominatur de quondam Petrus, qui fuit vocatus Azone, ut amodo in antea ipsis Pater, et Filio, et heredibus Masculini, abere, et tenere debeant eodem Molendinum per modia triginta de blava per anno, per plus, nec per minus, non et.... eius advenit de eodem Molendinum, et pars eodem Monasterio per legem, aut per rectum, perdiderit, ipse Abbas, aut suos Successores Consultum dare debeant eorum in terra, unde abere possunt per anno ipsis triginta modias, sine intentione. Et per omni anno dare debeant ipse Abbas, aut suos Successores, vel eorum Misso blava modias quadraginta ad mensura Mediolanensem, medietatem Secalis, et medietatem Minuto: ipsa Secala per festivitate Sancti Laurentii, aut in antea, vel infra mense uno prossimo postea: eodem minuto pro festivitate Sancti Martini, aut in antea, vel infra mense uno prossimo postea. Et per omnes Calendas Januarius, aut in antea argentum denarios bonos libras ..... tam diu, quam ipse Abbas, aut suos Successores predictorum Pater, et Filio, vel ad eorum heredes masculini in terra libera, cum abuerit, cum ipso Molendino unde abere possint Consultum de beneficio Vvarimberti, qui vocatur Cumino, blava per blava, vino per vino, denario per denarios, oblias per oblias; et comodo se aparierit beneficio sine intentione, aut advenerit terra ad eodem Monasterio desgumbrata similiter sine intentione de qualicumque parte, predictorum Pater, et Filio, aut ad eorum heredibus masculini per eadem investituram abere, et detinere debeant per eodem beneficio. Et si tantum postquam eodem Consultum de eodem beneficio predicti Vvarimberti in terra receptum habuerit, cum eodem Molendinum, postea ipsis Pater, et Filio, aut eorum heredibus, in antea ipsas quadraginta modias de blava, nec de ipsis denariis libras quatuor, requirere non debeat, et si requisierit, componat predicti Abbati, vel ad eius Successoribus, pena nomine, argentum ex mero libras centum, et insuper tacitis permaneant de predicto quadraginta modias de blava, et de predicto denario libras quatuor. Et ubi ubi eadem tradicionem, ipsis Pater, et Filio, de eodem beneficio, ipse Landulfus Abbas recipit eodem Milione per Vassallo, et fidem fecit per Sacramento predicti Abbati, sicut est consuetudo, per licentiam ipsius Genitori suo, et semper ipse Abbas, et suos Successores unum de ipsis Filiis, aut eorum heredibus masculini predictorum Patri, et Filio, per Vassallo, et per Fidelem, per Sacramentum, et Evangelia, per eodem beneficio habere debent. Et si ipse Abbas, vel suos Successores se subtraxerint, quod iam dicta blava modia quadraginta, et predicti denarii libras quatuor predictorum Patri, et Filio, vel eorum heredibus masculini, aut ad eorum Misso, omnique anno, per se ipsi termini, aut antea, non dederint, sicut supra legitur, usque dum ipsum

Digitized by Google

complimentum de eodem beneficio predicti Vvarimberti in terra receptis abuerint; tunc de ipsi denarii libras quatuor, aut de iam dicta blava modias quadraginta, quod transierit ex predictis terminis, ipse Abbas, aut suos Successores, dublum exinde predictorum Pater et Filio, vel ad eorum heredibus masculini facere debeant. Aut si ipse Abbas, aut suos Successores, per nullumvis ingenium, beneficium non presumat dare ad nullum Ominem, usque dum ipse Pater, et Filio, vel eorum heredibus masculini, complimentum in terra de eodem beneficio ipsius Vvarimberti non abuerimus, de illis rebus. qui se aperierit, aut advenerit ad eodem Monasterio desgumbratis, sine intentione. Et si ipse Abbas se subtraxerint, vel sui Successores, quod predictum beneficium in terra predictorum Patri, et Filio, vel ad eorum heredibus masculini, non liberaverit per eodem beneficio, quomodo se aperierit beneficio. aut advenerit terra desgumbrata similiter sine intentione, ab eodem Monasterio, usque dum complimentum de eodem beneficio predicti Vvarimberti in terra receptum non abuerint, et claruerint; tunc componere debeat ipse Abbas, vel suos Successores, predictorum Pater, et Filio, aut ad eorum heredibus masculini, pena nomine, argentum ex mero libras centum; et insuper postea adimplere debeant. Et si advenerit quod ipse Abbas, aut suos Successores, eodem beneficio ex integro predicti Vvarimberti adquisierint pacifice, ipso Pater et Filio, vel eorum heredibus habere, et tenere debeant, pro beneficio da parte eodem Monasterio: et ipsis Pater, et Filio, predictum molendinum, et iam dicta quadraginta modias de blava, seu et predicti denarii libras quatuor, qualiter superius legitur refutare debeant predicti Abbati, aut ad suos Successores; et si non refudaverimus, vel si postea requisierint, tunc componere debeant ipsis Pater et Filio, vel eorum heredibus predicti Abbati, aut ad suos Successores, pena nomine, argentum ex mero libras centum; quia sic inter eis se convenerunt, unde tres breves uno tenore scripti sunt. Factum est hoc, ut supra, ad supradicto Monasterio anno Imperii Domni Secundo Enrici Imperatoris octavo, suprascripto die, Indictione septima.

Circa l' anno 1054. = Lettera o memoriale mandato da Arderico abate di san Vittore all' imperatore Enrico, contro Anselmo Da Baggio ordinario della metropolitana di Milano e de'suoi fratelli. *Carta nell'archivio di san Vittore.* = Divo H. gloriosissimo Imperatori Aug. Mediolanensis Abbas Ardericus. quamvis indignus, post Deum ex toto suus. Ad plenum utriusque vite gaudium. Quot, et quantis malis fortuna, non ratio, nos afficit, humano sensu. et voce explicari nequit. Sed quoniam prorsus celare officit, ipsa miseria nos cogit dicere aliquid. Venerabilis Imperator Heinricus Religiosissimo Pontifici nostro Arnulfo quoddam Monasterium in honore Sancti Victoris restaurare precepit. Ille sic probus, et catholicus, pro sua, et Imperatorum animabus, loca innovavit, et rerum commoda servientibus subiunxit: et cum multis aliis bonis idem ditasset Monasterium, ad ipsius partem quandam proximam villulam, per sua misericordiam..... est propriam, cum locii Ilius decima atque basilica ibidem edita. Unde ab Episcopis, et aliis Clericis multis, qui aderent tunc temporis, tria habemus privilegia a Synodali Congregatione laudata, et subscripta, et Cancellarius, qui ea scripsit, adhuc satis valet, et virit. Et ta-

Digitized by Google

men præter innumerabilia mala, quibus undique premimur, die noctuque, ex ipsius Villulæ decima ammirabilis, et nefaria surrepsit discordia inter nos, atque Concives nostros, scilicet Anselmum Presbiterum nostre Ecclesie Ordinarium, et Fratres ejus De Badaglo. Qui propter plebem, et prædia, quæ multa, et magna habent circa, sunt conati devastare nos, et nostra. Vos scitote, si in aliquo deterius possint errare, Ecclesias Dei præsumentes dissipare. Spiritualia arma non curant, Secularibus illos superare nequimus; et si bona Ecclesiæ perdamus nullomodo vivere possumus. Agriculturam ignoramus, mendicare erubescimus. Militantes Deo non debent implicari negotiis secularibus. Pro dolor. Ad desperationem cogimur, nisi Dei, et vestra inefabili misericordia sublevamus. Vestra nos igitur erigat dextera, cui plurima subiacent regna, et memorabilis Italia. Vos Omnipotens Deus Vicarium in Mundo necessarium elegit ad Suffragium. Ad curandum invalidum, ad reparandum dubium, et conservandum integrum. Quis alter post Deum tot, et tam rebelles valet subjcere vires, nisi tua majestas imperiosa. Jam magis, ac magis, ut illud impleatur propheticum, non est qui fatiat bonum, non est usque ad unum. Omnes quidem declinarunt. Efrenes enim, et circumquaque vagantes, pro nihilo ducunt Monachos, et Abbates quasi mutos canes latrare non valentes. Flexis itaque genibus vestram misericordiam flagitamus, ut Sancti Victoris Ecclesiæ dignemini subvenire, sicut piissimus Pater vester, et alii Precessores fecere, evenienti tempore. Vestra sapientia, et probabilis astutia videat, et legat, que vobis mittimus privilegia de benefitio nostræ Ecclesiæ, cujus inimici vestris terreantur minis, et litteris, factis subsequentibus pro meritis; ut sempiterna vita possitis frui per infinita secula, ipso adiuvante, qui natus est de Virgine.

An. 1055. = Diploma di Enrico imperatore, con cui dona ad Ubaldo vescovo di Cremona l'isola di Fulcherio che già era del fu Bonifacio marchese di Toscana. *Murat. supraccit. Tom. I, pag.* 1001

• 1059. = Lettera di san Pier Damiano al cardinale Ildebrando, dove il santo descrive quanto avvenne nella sua legazione a Milano. *Petrus Damiani, Opusc. V.*

• 1061. = Permuta di alcuni beni fra Guidone arcivescovo di Milano a nome della chiesa di san Pietro di Boste presso Varese, della quale il juspatronato apparteneva all' arcivescovato di Milano, e Landolfo diacono dell' ordine della chiesa e pieve di san Vittore di Varese. *Carta nell' archivio della stessa chiesa pievana di san Vittore.* = In Christi nomine. Anno ab Incarnatione Domini nostri Jesu Christi milleximo sexageximo primo, mense Decembris, Indictione quinta decima. Commutatio bonæ fidei noscitur esse contractus, ut vice emptionis obtineat facultatem, eodemque nexu obligans contrahentes. Placuit, atque convenit inter Dominum Widonem Dei gratia Archiepiscopum Sanctæ Mediolanensis Ecclesiæ, nec non et inter Landulfum Diaconum de Ordine Ecclesiæ, et Plebe Sancti Victoris sita loco Varese, Filium qd. Romaldi de loco Buste prope isto Varese, ut in Dei nomine debeat dare, sicut a præsenti dederunt, et tradiderunt vicissim sibi unus alteri in

Digitized by Google

causa commutationis. Imprimis dedit ipse Dominus Wido Archiepiscopus idem Landulfo Diacono similiter in causa commutationis nomine suo jure habendum, idest campo petia una juris Ecclesiæ Sancti Petri, quæ est fundata in isto loco Buste, quæ Ecclesia ipsa cum omni sua pertinentia pertinere videtur de sub regimine, et potestate Archiepiscopato Sancti Ambrosii, et rejacet in isto loco Buste, ubi dicitur In oro, et est pro mensura juxta Pert. jugal. octo. Cohæret ei a mane, et a meridie, seu sera, via publica, da monte Sancti Joannis, et in alquanto isti Landulfo Commutatori. Quidem et ad invicem recepit ipse Dominus Wido Archiepiscopus ab eodem Landulfo similiter a parte ipsius Ecclesiæ Sancti Petri, meliorata causa, sicut lex habet; id sunt Sedimen, cum aliquanto ædificio super se habente, et vinea cum area in qua extat insimul se tenente petia una, et campo item petia una, seu sylva cum area in qua extat, itemque petia una, quæ rejacet in isto loco, et fondo Buste, ubi dicitur Besenade; et est sedimen isto cum prædicto ædificio super se, et area, et ipsa vinea insimul se tenente pro mensura juxta Pert. tres, et Tabul. novem. Cohæret a mane via, da meridie, et sera . . . . . sed tantum ipsa via intermedia, et est pro mensura juxta Pert. tres. et Tabul. decem. Est ei da mane, et sera via; da meridie Olgerii; da monte Sancti Angeli. Prædicta Sylva, et area pro measura justa Tab. quadraginta et tres. Cohæret a mane Romani, da meridie Luiprandi, da sera via, etc. Ad hanc commutationem providendam accessit Gotofredus Subdiaconus de Ordine Sanctæ Mediolanensis Ecclesiæ, et Missus ipsius Domini Widonis Archiepiscopi, etc. — Actum in isto loco Varese feliciter. — † Ego Landulfus Diaconus a me facta SS. — † Ego Gotofredus Subdiaconus Missus SS. — Signum † manuum istorum Widoni, et Bonizoni, seu Waldoni, qui super ipsis rebus accesserunt, et estimaverunt, et in hac charta commutationis ad confirmandum manum posuerunt. — Signum † manuum Amizonis, et Adelgisii ambo viventes Lege Romana Testes. — Signum † manuum Lanfranchi, et Richardi, seu Wilielmi Testes. — Ego Anselmus Notarius Sacri Palatii scripsi, post tradita complevi, et dedi.

An. 1058. = Costituzione di Mainardo vescovo di Selva Candida e di Giovanni Minuto, cardinali, legati apostolici, per la riforma del Clero milanese. *Apud. Harduin. et in not. ad Arnulph. Cap. XIX, num.* 85, *Rer. Italic. T. IV.*

1081. = Liturgia insigne, ossia descrizione delle sacre funzioni celebrate in Milano nella coronazione in re d'Italia di Enrico III, fra i re di Germania il IV. *Tratta da un codice antico dell'archivio di Monza, e pubblicata dal signor Muratori. Anecdot. Tom. II, pag.* 328.

Idem. = Diploma di Enrico IV re di Germania, III re d'Italia a favore del monistero d' Orona di Milano. *Carta tratta dall' archivio del monistero di sant'Agostino.* = In nomine Sanctæ, et individuæ Trinitatis. Henricus divina favente clementia quartus Rex. Si Ecclesiis Dei, Sanctorumque ejus nomini dedicatis adversitatibus, et tribulationibus oppressis condolebimus, ad remedium animæ nostræ, ad promeritumque nostri Regni pertinere speramus, ideo-

Digitized by Google

que notum esse volumus omnibus Christi, nostrisque fidelibus, quomodo Rolinda Abbatissa Oroni Monasterii, cum omni Congregatione sua, nostram clementiam postulavit, quatenus iteraremus scriptum quoddam ejusdem Monasterii, quod igne destructum est, quia carentia ejus, a quodam Castro suo fodrum vi, et injuste requisitum est. Cujus verò petitioni satisfacientes indulsimus, et indulgendo concessimus prædicto Monasterio, prædictæque Abbatissæ, et sibi succedentibus, ut ab hac die, et deinceps nullus Marchio, nullus Comes, nullus nostri ministerii legatus, nulla magna, parvaque persona de præfato Castro, nomine Zisano, fodrum, vel districtionem publicam, aut privatam, aut herbergarium ibi inquirere præsumat. Si quis istius nostræ præscriptionis transgressor extiterit, sciat ob infensionem nostræ gratiæ, centum libras optimi auri se compositurum, medietatem nostræ Kameræ, medietatem verò jamdictæ Ecclesiæ. Ut autem hujus nostræ concessionis largitio credatur, et diligentius ab omnibus custodiatur, hanc chartam inde scribi, et sigilli nostri impressione insigniri jussimus. — Burchardus Episcopus, et Cancellarius recognovi. — Anno Dominicæ Incar. mill. octuagex. primo, indictione quarta, XVIII. — Kal. Maij data, anno autem domni Henrici XXVII, regni vero XXV. — Actum Mediolani feliciter. Amen.

An. 1081. = Diploma del medesimo sovrano conceduto agli abitanti del luogo di Trivillio Grasso, soggetti all'abate di s. Simpliciano di Milano. *Carta tratta dall'archivio di Trivillio.* = In nomine Sanctæ, et individuæ Trinitatis. Henricus divina favente clementia Quartus Rex. Cum salus Regum ex divino adjutorio, et intercessione Sanctorum. Deo placentium pendeat, opportet nos Deum, Sanctosque ejus, in suis largitionibus, quantum prævalent, sive in Ecclesiis, sive in famulis sibi famulantibus placere. Hinc ergo Divino amore, et timore inducti, pro salute animæ, vitæque nostræ, Monasterio Sanctorum Gervasi, et Protasii, seu Simpliciani, et ejusdem Monasterii Abbati, per nostram Regalem auctoritatem, concedimus, ut homines in loco *Trivillio*, qui dicitur *Grasso*, habitantes, qui se, suasque possessiones sub potestate ejusdem Monasterii obligaverunt, nullam deinceps ipsi, vel eorum Filii, aut nepotes ab eis descendentes publicam functionem, vel angariam, seu ullum servitium, aut ullam districtionem cui quam hominum faciant, vel usque in perpetuum persolvant, sed sub potestate prætaxati Monasterii perenniter permaneant; præter nostrum Regale fodrum, quando in Regnum istud devenerimus; et Scudassiam, quam Comitibus suis, singulis annis debent. Præceptionem autem istam, sive concessionem, si quis non observaverit, videlicet si super hoc in aliquo prædictos homines contristaverit, noscat, se centum libras auri compositurum, medietatem nostræ Cameræ, medietatem vero eidem Monasterio, cui iniuria illata fuerit. Cujus vero concessionis, seu præceptionis hanc cartam inde scribi jussimus, quam nostri sigilli impressione insignitam credendam, observandamque omnium Christi, nostrique fidelium, tam præsentium, quam futurorum notitiæ relinquimus. — Burchardus Episcopus, et Cancellarius recognovit. — Datum XVII, Kal. Maji. Indictione Quarta, anno ab Incarnatione Domini Milleximo LXXXI. Anno autem Domini Henrici XXVII, Regni vero XXV, Mediolani fæliciter. Amen. Amen.

Digitized by Google

An. 1088. = Decreto di Corrado re di Germania, a favore di due chiese della città di Bergamo, fatto alla presenza di molti principi, prelati e signori italiani, fra i quali molti Milanesi. *Carta tratta dall' archivio della cattedrale di Bergamo.* = Dum in Dei nomine in Civitate Pergamo in Episcopali Domo infra Camera ipsius Episcopi residebat Domnus Conradus Dei gratia Rex . adstantibus cum eo Ottone Calvo, Vvilelmo de Purtiano, Sciro de Cenate, Arnaldo, et Arderico Pergamensibus Sacri Palatii Judicibus, et con eo Ogerio Episcopo, et Cangelario Ovorinsi, nec non Ariberto Cumano Episcopo, et Anselmino Novariensi Episcopo, et Arnulfo ipsius Civitatis, Episcopo, nec non Ugone, et Maginfredo Marchionibus, atque Arioaldo, et Raginerio seu Ugone Comitibus, Valvassoribus vero Ugone de Baona, Amizone de Landriano, Ottone Vicecomite, Arderico Rodensi, Unfredo de M . . . . . Algiso de Vicomercato, Alberico nomine Porco, Algiso de Bonate, Joanne de Villa, Ariprando de Prezate; de Civibus autem præfatæ Civitatis Alberto Tozoni, Arinbaldo Cozo, Petro de Curte Regia, Adam de Castello, Lanfranco Nozo de Pulterniano, Lanfranco Ottoni, et insuper Compluribus; ibique eorum venerunt presentia Reginfredus Archidiaconus, Joannes Presbiter, et Primicerius de Ordine Canonice Sancti Vincentii, con Suis fratribus, nec non et Dominus Ambrosius Presbiter Sancti Alexandri Ecclesie Prepositus similiter con suis fratribus, conclamantes se predite regali potestati de rebus illorum, vel earum Ecclesiarum, que cotidie a predonibus pravisque hominibus injuste depopulantur. Tum ipse Domnus Conradus Rex hujusmodi lamentationem, ac querimoniam audiens Dei timore, ac illorum clamore motus per Fustem, et Vantonem, quod in sua tenebat manu, misit bannum super illos, et super omnes res illorum . . . . . vel Capitanei, seu Vavassoris, seu cujuslibet persone, de illorum personis, vel de suis rebus, vel Ecclexiarum aliquam molestiam, seu invasionem sine legali judicio fecerit, sciat se compositurum mille mancusos aureos medietatem Regie Camere et medietatem illis quibus injuria illata fuerit. Hec notitia pro securitate eorum facta est, qualiter acta est Causa; et ego Lanfrancus ex Regis jussione, et Judicum amonitione scripsi. — Facta est anno Dominice Incarnationis Millesimo Octuagesimo Ottavo, Mense Januari, Indictione undecima. — Mediolanus qui et Otto Judex, et Missus Domini Imperatoris interfui ut supra et subscripsi. — Sirus Judex interfui et subscripsi. — Arnaldus Judex interfui, et subscripsi. — Ardericus Judex interfui, et subscripsi.

• 1093. = Donazione di alcuni beni fatta dal beato Alberto di Sogra fondatore del monistero di san Giacomo di Pontida, a favore del monistero di monache dello stess'ordine, nuovamente edificato in Canturio, borgo nel contado di Milano, e dedicato ad onore della beata vergine Maria, *Carta nell'archivio di questo monistero.* = In nomine Domini. Amen. Anno ab Incarnatione Domini nostri Jesu Christi mileximo, nonageximo tertio, mensis Julii, Indictione prima. In Christi nomine præsentia bonorum Hominum, quorum nomina subtus leguntur, Albertus de Sogra Prior, et Exprior Monasterio, et Ecclesia, quod noviter est ædificato, et ordinato in onore Sancti Jacopi Vallis, quæ vocatur Pontia, pro ista pergamena dedit, et concedit ex parte Monasterio,

Digitized by Google

et Ecclesia, quod modo similiter noviter fuit ædificato in onorem Sanctæ Dei Genitricis Mariæ in loco qui vocatur Canturio, ubi Domina Anexa Major, et Præposita est ordinata, molendinas duas, cum rugiis, et aqueductis . . . . . et cum aparatura ad macinandum, et vicanalibus, et cum homnibus rebus territoriis, quod ad isto Monasterio Sancti Jacopi pertinet, et fuit jure Domini Landulfi, qui vocatur Mora, et fuit Ordinarius de Ecclesia Majori, et Sanctæ Mediolanensis, qui reperitur jacens in loco, et fondo Buriasca, non longe de loco, qui vocatur de Nevedrate; et sunt tam casæ, cum edificiis suis, curte, ortis, clausuris, pumeferis, campis, pratis, pascuis, vineis, et silvis, et stellaris, molendinis, piscationibus, ripis cum . . . . . , sive coltam, et incoltam, cum finibus, et accessionibus; et fuit jure supranominato Landulfi in integrum; eo vero ordine, ut a modo in antea omni tempore supranominatos molendinos, cum rugias, sicut supra legitur, sit in jure, et potestatem supradictæ Dominæ Agnexæ . . . . . , seu de parte supradicto Monasterio, quod noviter est ædificato in onore S. Dei Genitricis, et Virginis Mariæ, ad ordinandum, et ad investitura faciendum, comodo eidem Domnæ Agnexæ, vel parte prædicto Monasterio placuerit, sine omni contradictione, qui supra Domnus Albertus Prior, et de parte predicti Monasterii Sancti Jacopi; et insuper spopondit super se Dominus Albertus Prior, et sui Successores, a modo in antea nullo tempore abeant potestatem super dictos molendinos, cum casis, et omnibus rebus territoriis, sicut super legitur, in alia parte dare, nec invasionem facere, sed omni tempore sint in jure tuo, quæ supra Agnexæ, et de tuo Successore, vel parte supranominato Monasterio Sanctæ Mariæ, eo ordine sicut super legitur: quia sic eidem Domno Alberto Priori placuit. — Factum est oc in prædicto Monasterio S. Jacopi. — † Ego Albertus Prior Ecclesiæ Sancti Jacopi a me facta subscripsi. — † Ego David Prior Sancti Pauli laudo, et confirmo. — † Ego Landulfus Monacus laudo, et confirmo. — † Ego Frater Petrus laudo, et firmo. — † Ego Petrus Monachus interfui, laudavi, et subscripsi, licentiam Domini Prioris. — Signum † † † manibus Omodei, qui vocatur Tanzo, et Lambertoni de Vico Arenato, seu Mauroni, qui vivunt lege Romana Testes. — Signum † † man. Lanfranci de Marto regio, et Vvilielmi testes. — Vvido Judex, Notarius Sacri palatii scripsi, post tradita complevi, et dedi.

Circa lo stesso anno, 1083 = Diploma di Anselmo III da Ro arcivescovo di Milano conceduto alla riforma de' monaci Cluniacesi, ed alla chiesa di santa Maria di Calvenzano. *Balutius. Miscellan. Tom. VI, pag.* 483. = In nomine filii Dei, qui est summa veritas. Anselmus sola Dei misericordia Mediolanensis Ecclesiæ Archiepiscopus. Convenit nostro Christiano moderamini pia religione, ac benivola compassione, alacri mente poscentium animis assensum impertire. Ideirco ad nostram auctoritatem pertinet cunctos nostræ Ecclesiæ Filios paterno affectu diligere, et optatæ pietatis opem non denegare. Ex hoc enim lucri potissimum præmium apud Deum omnium Conditorem promeremur. Quapropter omnibus nostris Fidelibus, tam præsentibus, quam futuris notum fieri volumus, quod Nos in nostræ Mediolanensi Ecclesia, cum nostris Cardinalibus, de nostrarum animarum salute disputantes, nostrorum Fidelium, sci-

Digitized by Google

licet Arialdi, et Lanfranci Fratrum, ac Atonis eorum consanguinei de Meregnano imploratu, Sancte Mariæ Ecclesiam de Calvenzano, quam ex nostra Ecclesia tenebant longo tempore, cum terra, ac eorum scilicet Arialdi, et Lanfranci propri prædii decimis, quas ad præsens concesserunt, et omnibus bonis, quæ nunc habet, et in perpetuum adipisci poterit Sanctæ Cluniacensi Ecclesiæ concessimus. Insuper volumus, et laudamus, quod si quis eorum heredum vel alius quilibet homo, de Ecclesiis supra eorum prædium ædificatis, vel ædificandis, aut eorum decimis, eo inspirante, qui ubi vult spirat, prætaxatæ Ecclesiæ conferre voluerit, conferat cum Dei benedictione, et hac nostras concessione: eo scilicet ordine, ut nostra præfata Ecclesia amodo sine penditio, et conditione libera Cluniacensi Cænobio deservire, et nullius alterius Ecclesiæ ditioni in aliquo per infinita sæcula subiaceat. Quod si quis nostrorum Successorum, vel aliqua magna, parvaque Persona huic nostræ saluberrimæ concessioni contrarius extiterit, sit anathema maranatha, non habeat partem cum illo, qui pro Nobis crucifixus est in Golgotha, donec respiscens, ad satisfacionem, et congruam pænitentiam venerit, et Sanctæ Cluniacensis Ecclesiæ Abbati, et Monachis, qui pro tempore fuerint, satisfecerit. Quod ut verius, firmiusque credatur, et a nostris Posteris firmum, et inconvulsum in perpetuum habeatur, hanc præsentem paginam ad testimonium propria manu firmavimus, et nostro Heriprando Cancellario nostro sigillo, ut moris est, insigniri jussimus. † Ego Anselmus Dei gratia Archiepiscopus ad confirmandum subscripsi. Gotofredus Archipresbyter subscripsi. Ato Archidiaconus subscripsi. Arnulfus. Diaconus subscripsi. Bonifacius Presbyter subscripsi. Tedaldus Diaconus subscripsi. Albertus Presbyter subscripsi. Rozo Diaconus subscripsi. Landulphus Presbyter subscripsi. Oldericus Presbyter subscripsi. Landulfus Diaconus subscripsi. Gualbertus Diaconus subscripsi. Ariprandus Cancellarius Sanctæ Mediolanensis Ecclesiæ subscripsi.

An. 1083. = Lettera di alcuni ecclesiastici milanesi al sommo pontefice Urbano II, scritta dopo la morte di Anselmo III, arcivescovo. *Sormani. Gloria de'Santi Milanesi, pag.* 62. = Domno H. (*Hurbano*) Petri Beati Apostoli Vicario, Universalis Ecclesiæ culmine sublimato, Andreas, Oto, Arnaldus, Oldradus nec non et Arnulfus debitæ et voluntariæ servitutis obsequium, Vitæ præsentis bravium, atque æternæ calculum. Universa Ecclesia psallat Odas Creatori, coronata tanto diademate Hurbani Pontificis, cujus lampas nimis clara rutilat in tenebris. Ipse est flos Clerorum, electus ex liliis, et verus Apostolicus, manans fonte Patris, qui rigat spiritales imbres tempore famis credentibus Populis, ut saginati referant laudes Omnipotenti. Ecclesia namque Romana est velut Cardo, a quo etsi plures procedant radii, tamen unus uti Titan inter Stellas lucet fulgidus, qui veraciter constat Sanctus Ambrosius, cujus Sedes nunc viduata Clarissimo Præsule Anselmo, de quo mæret universa Contio. Heu proh dolor! tristes reliquit nos Orfanos consortio, sed utinam lætetur in Palatio Cælesti. Hujus lacte Nos ejus Filii Karissimi educati, nunc aridi, et sitibundi, documento suæ Fidei, circumquaque pervagantes, nescimus quem sequamur, nisi te Pastorem verum fontem vivi fluminis. Ergo Sancte Pater Patrum Hurbane piissime Filios tui Fidelis benigne suscipe, et protege moro

Digitized by Google

Patris sub umbra alarum tuarum, ne Petri fides prædetur sub avaro accipitre. Nam sicuti decet fideles, et obedientes sumus parati tibi Sponso, et Sponsæ Christi Sanctæ Romanæ Ecclesiæ in omnibus obedire, salvo statu Mediolanensis Ecclesiæ Sanctæ. Taliter nobis permanentibus decet Paternitatem vestram amicabiliter, fiducialiter, perpetualiter nos Servos tuos benedicere. Dignitatem denique ipse pius Præsul, et pervigil, Sacerdotii nobis contulit indignis, quam rogamus, ut confirmes litteris Beatorum Apostolorum Petri, et Pauli sigillo signatis, benedicas, et collaudes hanc percæptam gratiam, ut libere possimus authoritate Canonica appellare Sedem Apostolicam. Quod ut facilius tua benignitas nobis concedat immeritis, exemplar Antecessorum tuorum Domni Alexandri, et Gregorii Papæ tibi transmittimus, quod fideliter dedere Magistris Sanctis nostris Rodulpho, Arialdo, Petro, Nazario.

An. 1095. = Privilegio conceduto in Milano da Papa Urbano II a Giuseppe abate di S. Abondio di Como. *Tatti. Annali di Como sotto l'anno* 1096.

Idem. = Fondazione di un nuovo monistero probabilmente dell' ordine di Clugni presso alla chiesa di S. Gemolo di Gana, con privilegio di Arnolfo III da porta Orientale arcivescovo di Milano. *Murator. Antiq. medii ævi, Tom. V, pag.* 267.

An. 1096. = Privilegio dal medesimo arcivescovo conceduto a Landolfo da Baggio, preposto di sant'Ambrogio, con cui dona a lui ed alla sua canonica, la chiesa di santa Maria Greca. *Carta nell'archivio de'Canonici di sant'Ambrogio.* = Domno Arnulfo Mediolanense Archiepiscopo residente in aula Mediolanensi suæ domus, Cardinalibus, cum Vicedomino, et Advocato Cardinalium ipsius Ecclesiæ circumstantibus, a Landulfo Badaglensi Presbyterorum Ecclesiæ Santi Ambrosii Præposito facta est petitio de Ecclesia Sanctæ Mariæ, quæ vocatur Græca, quæ est juxta Canonicam S. Ambrosii fundata, quatenus quicquid Archiepiscopus sui juris, et potestatis in ea habebat, in eum per investituram locaret, et concederet, ut ipsius Canonica hoc dono perpetuo frueretur. Quod quia bene visum est cunctis circumstantibus, eorum rogatu, et consensu, per investituram, quicquid ad Archiepiscopatum de ea Ecclesia pertinebat Archiepiscopus præfato Landulfo, et Canonicæ Santi Ambrosii in perpetuum tradidit, et eandem Ecclesiam, cum omnibus, quæ nunc Sacerdoti ipsius Ecclesiæ attinet, vel circa eam sui juris sunt in prænotati Landulfi, et Canonicorum potestate collocavit. Quod si quis Archiepiscopus vel alicujus Ordinis aliqua persona dissolvere, vel impedire temptaverit, et non ratum, et firmum manere permiserit maledictionibus repleatur, anathematis vinculo teneatur, et cum infelicissimo Juda proditore deputetur. Quod ut ratum, et firmum habeatur suo sigillo insigniri præcepit. Actum est anno Dominicæ Incarnationis milleximo nonageximo sexto, mense Augusti, Indictione Quarta. — † Arnulfus Dei gratia Archiepiscopus a me facto SS. — † Bonifatius Presbyter SS. — † Albertus Presbyter SS. — † Landulfus Presbyter SS. — † Enricus Presbyter SS. — † Tedaldus Archidiaconus SS. — † Ego Anselmus dictus Archipresbyter SS. — † Landulfus Diaconus SS. — † Gualpertus Diaconus SS.

Digitized by Google

— † Gualpertus Niger Subdiaconus SS. — † Ego Oto Subdiaconus SS. — † Oldericus Vicedominus, et Cimiliarcha interfuit et SS.

An. 1098. = Diploma della contessa Matilde con cui cede al vescovato ed alla città di Cremona tutto il contado dell'isola di Fulcherio. *Ughell. Tom. IV, de Episcop. Cremon. in Arnulpho.*

Idem. = Atti di un concilio celebrato in Milano da Anselmo IV da Boiso arcivescovo. *Sormani. Gloria de' Santi Milanesi, pag.* 206. = Anno ab Incar. Dom. Mill. XCVIII Indict. VI, Non. Aprilis. Celebrata est Mediolani Sinodus, præsidente Domno Anselmo Archiepiscopo, cum Episcopis Chatolicis Suffraganeis suis, et reliquis tam Galliæ, quam Longobardiæ, et religiosis, et Sanctissimis viris Magalono scilicet, et Arelatensi Archiepiscopo, Mantuano autem, et Regino, Cumano quoque, et Placentino, et Brixiensi electo. Facta autem disputatione magna de statu Ecclesiarum, et de communi vita Clericorum, sed et de his male nominatis Episcopis, qui Mediolanensis Ecclesiæ suffraganeas sedes invaserant, prima equidem, ac secunda die in Majori Ecclesia, tertia tandem die, præ nimia multitudine tam Cleri, quam utriusque sexus Populi, in campo Concilium sedit; ubi post multimodam tractationem hæc sunt capitula prolata, et assensu totius Concilii comprobata.

Sicut a Sancti patribus statutum legimus, Simoniacam hæresim in sacris Ordinibus, et in Ecclesiarum beneficiis execramus; et ab Ecclesia radicitus extirpare per omnia volumus, et optamus. Eos igitur, qui sanctæ Mediolanensis Ecclesiæ Parochianas Sedes invaserunt, quos a Romano Pontifice in Guibertino Schismate, sicut nominatim, et principaliter excommunicatos cognovimus, ita absque ulla audientia super eos anathematis sententiam confirmamus: Obertum videlicet invasorem Brixiensem, Arnulfum Pergamensem, Gregorium Vercellensem, Anselmum insuper Novariensem de diversis criminibus, et Symoniaca hæresi in Sinodo accusatum, ubi neque per sui præsentiam, neque per idoneos Nuncios novimus excusatum, simili sententia condemnamus. Landulfum vero Carcanensem, eo quod crudeli, et inaudita præsumptione Cumanam Ecclesiam contra Apostolicam ordinationem invasit, eodem anathematis mucrone confodimus, et a liminibus Sanctæ Ecclesiæ cum cæteris invasoribus segregamus; nisi resipuerint, et invasas Ecclesias absque ulla audientia non dimiserint. De illis autem, quos nec nominatim, nec principaliter Romana adhuc condemnavit Ecclesia, ita statuimus, quod si hinc usque ad Beatorum Petri, et Pauli festivitatem invasas Sedes non dimiserint, vel secundum canones, prout dignum est, satisfecerint, simili modo, excommunicationis Sententiam in eos damus, et confirmamus: Peregrinum videlicet invasorem Albensem, Ottonem Astensem, et Theodatum Albenganensem. Tertonesi vero, nec de Simoniaca hæresi, nec aliquo suæ vitæ crimine in Sinodo accusato, investitura tantum Henrici notato, usque ad Sollemnitatem Sanctæ Mariæ sub audientia Domni Papæ indutias dedimus; cujus super hac re indulgentiæ, vel justitiæ sententiam sequi per omnia volumus, et debemus. Statuimus etiam juxta Sanctorum Patrum instituta, et primitivæ Ecclesiæ formam, nullum clericum Ecclesiarum beneficia possidere, nisi abrenuntiatis omnibus propriis, velit fieri ejus discipulus,

Digitized by Google

in cujus sorte videtur esse electus. Si quis autem foris esse maluerit, non e Clericatum auferimus, tantum Ecclesiastica beneficia interdicimus. Quicunque vero Laicus cupiditate ductus a male ordinatis tam Episcopis, quam cæteris Prælatis, aliquid de terrenis possessionibus, sive decimis, contra Ecclesiasticum jus accepit, irritum esse iudicamus; quia quod jure non possidebant dare non poterant. Ordinationes autem illorum, qui se a Thealdo jussi sunt execrari, decrevimus omnino irritas fieri; quæ vero factæ sunt ab Anselmo ejus Successore ante Monasticam conversionem, sub Domni Papæ examine illas ordinationes commisimus iudicandas. Eas tamen Ordinationes, vel reconciliationes, quas post ejus a Monasterio reversionem, vel susceptum a Romana Ecclesia pallium idem Anselmus fecit, ratas esse iudicamus, si tamen ordinati, vel reconciliati probabilis vitæ fuerint, et canonice vixerint. Item statuimus in hac Sancta Sinodo, sicut a Sanctis Patribus legimus constitutum, et maxime a beatæ memoriæ Papa Gregorio Septimo manifestis approbationibus declaratum, nullum de Ecclesiastici Ordinis dignitate, per Laicalem investituram aliquam Ecclesiam gratis, vel precio obtinere: nullum etiam in Ecclesia Præposituræ, vel cujuslibet dignitatis locum, per Laicos possidere. Et quia nonnulli intra Sanctam Ecclesiam tam Clerici, quam etiam Laici, per paternam successionem, seu Catalogum, sive per Ordinem Clericatus, Archidiaconatum, vel Archipresbiteratum, Cimiliarchiam, aut etiam aliquid de beneficiis ad Ecclesiarum offitia pertinentibus actenus possidere conati sunt; in hoc Sacro Conventu prefixum est, et omnimodis definitum, ut si quis hujusmodi nefanda cupiditate ductus Ecclesiam ulterius possidere temptaverit, et hæreditate Sanctuarium Dei obtinere præsumpserit, juxta Propheticam vocem, quosque resipiscat, anathematis vinculo subjaceat. Statuimus etiam, ut damnatis Episcopis, pro beneficiis, vel Ecclesiarum feudis, quas invaserant, nemo ulterius fidelitatem servet. Conquesti sunt præterea Canonici Sancti Ambrosii apud præfatam Sinodum, Monachos, contra Domni Apostolici præcepta, et eiusdem decreta, contra omnem etiam auctoritatem, oblationes altaris Beati ejusdem Ambrosi invasisse, et non solam inauditis deprædationibus, verum etiam effusione Sacerdotalis sanguinis abstulisse unde pari voto, parique consensu statuimus, eo quod Monachi vivæ vocis Apostolico præcepto, et ejus decretis inobedientes extiterunt, contra Ecclesiasticam regulam præsumpserunt; Clericos quiete oblationes altaris possidere, sicut per quadraginta, et eo amplius annos, sine canonica vel legali molestia possederunt. Quod ut verius credatur, et inconcussum futuris temporibus, et inviolabile habeatur, nostri privilegii subscriptione Canonicis manu propria Deo auctore firmavimus. Hæc igitur nostra immo Sanctorum Patrum nostrorum instituta, siquis, quod absit, infringere temptaverit, sciat se censura canonica puniendum, salva tamen in omnibus Apostolica auctoritate.

An. 1098. = Diploma conceduto dall'arcivescovo e da'prelati dello stesso concilio, in favore di Landolfo da Baggio preposto di sant'Ambrogio e de' suoi canonici, per le oblazioni dell'altare. *Sorman. de Præem. Cap. XI, num.* 8.

Idem. = Bolla di papa Urbano II, con cui conferma lo stesso privilegio. *Carta tratta dall'archivio de'canonici di sant'Ambrogio.* = URBANVS Episcopus

Digitized by Google

Servus Servorum Dei, dilecto Filio Landulfo Fratrum in Ecclesia Beati Ambrosii Canonice viventium Præposito, ejusque Successoribus canonice substituendis in perpetuum. Pastoralis officii nos hortatur auctoritas pro Ecclesiarum statu sollicitos esse, et quæ statuenda sunt auxiliante Domino stabilire. Tuis igitur Filii in Christo charissime Landulfe iustis petitionibus annuentes, consilio, et precibus Venerabilis Confratris nostri Anselmi S. Mediolanensis Ecclesiæ Archiepiscopi, altaris majoris oblationes, et ceterorum altarium, que intra parientes Ecclesiæ Beati Patris nostri Ambrosii statuta sunt, vel statuentur tibi, et Successoribus tuis, et eis, qui in eadem Ecclesia Canonicam vitam duxerint habendas perpetuo, ac disponendas præsentis decreti auctoritate concedimus, et confirmamus. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat easdem oblationes vobis auferre, et in jus sibi proprium usurpare, aut temeraria pro eis vos infestatione vexare, sed integre, illibateque permaneant tam tibi, et Successoribus tuis, quam omnibus ibidem canonice victuris omnimodis profuturæ. Vos autem Filii in Christo charissimi propensioribus Domino studiis deservire, et Apostolicæ Sedis fideliores existere corpore, et spiritu procurate. Timorem Dei in cordibus vestris, et amorem semper habere satagite. Exemplum piæ vitæ, et religionis omnibus estote, ut quanto largioribus fueritis subsidiis, opitulante Domino, præmuniti, tanto in conspectu Divinæ Majestatis videamini puriores. Siquis igitur in crastinum Archiepiscopus, aut Episcopus, Abbas, aut Monachus, Imperator, aut Rex, Princeps, aut Dux, Comes, Vicecomes, Judex, Miles, Famulus, aut cujuslibet dignitatis Vir, Ecclesiasticus, vel Sæcularis, hujus privilegii paginam sciens, contra eam temere venire temptaverit, secundo, tertiove commonitus, si non satisfacione congrua emendaverit, potestatis, honorisque sui dignitate careat, reumque se Divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, atque a Sacratissimo Corpore, et Sanguine Dei, et Domini Redemptoris nostri Jesu Christi alienus fiat, et in extremo examine districtæ ultioni subjaceat. Cunctis autem vobis hæc observantibus sit pax Domini nostri Jhesu Christi, quatenus et hic fructum bonæ actionis percipiant, et apud districtum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen. Amen. Amen. —

In Circulo — *Monogramma*

Benedictus Deus et Pater Domini Jesu Christi. — Bene valete.

Datum Laterani, per manum Lanfranci vicem agentis Cancellarii Anno Dominicæ Incarnationis Millesimo nonagesimo VIII, Pontificatus autem Domini Urbani Secundi PP. Anno XI, VIII, Kal. Maji.

An. 1098. = Decreto fatto dallo stesso arcivescovo di Milano Anselmo IV a favore della chiesa pievana di san Vittore di Varese, e della sua canonica e delle sue cappelle. *Carta nell'archivio della stessa chiesa Pievana.* = Quoniam Sacerdotale onus, et Pastoralis cura Nobis licet indignis commissa est, solerter, et omni custodia vigilandum est, quatenus Ecclesiasticæ res secundum . . . . . ordinentur, et ordinatæ incommutabiliter serventur. Quapropter Ego Anselmus sola Divina Misericordia praecedente Sanctae Me-

Digitized by Google

diolanensis Ecclesiae Archiepiscopus ea, quæ male ordinata . . . . . secundum Canonicam auctoritatem . . . . . Pervenit ad aures nostras res, et beneficia Plebis Sancti Victoris de loco Varese, et de Capellis, et Oratoriis ad ipsam pertinentibus, a Prædecessoribus nostris injuste diminuta esse, condendo ea in horreis suis, et secundum eorum velle dividendo cum Militibus. Et ideo ne hoc amodo fiat laudo, et confirmo, et Pastorali . . . . . præcipio, quatenus omnes res, et beneficia prædictæ Plebis, atque de ejus Capellis, et Oratoriis, quæ modo sunt, et futura erunt deinceps, a me, vel a meis Successoribus nullo modo diminuantur, aut deordinentur, mittendo in orreis, aut dando Militibus, aut aliis Hominibus, sed semper permaneant in utilitate, et sumptu illorum Clericorum, et Ecclesiasticorum Ordinum, qui regulariter, et canonice in ipsa Canonica Sancti Victoris, et in prædictis suis Capellis, et Oratoriis communi eorum consensu vixerint sine mea, et meorum Successorum molestia. Quam meam supradictam ordinationem quicumque irrumpere tentaverit anathematis vinculo teneatur, et cum Juda proditore reus in die Judicii damnetur, et quicquid aliter ordinare præsumpserit irritum habeatur. Quod decretum ut ratum firmumque teneatur manu propria firmavi, et subscripsi. Factum est hoc Anno Dominicæ Incarnationis Millesimo nonagesimo octavo, nono die mensis Aprilis, Indictione sexta, in prædicta Civitate Mediolani, in aula Domus Sancti Ambrosii. — † Ego Anselmus Dei gratia Archiepiscopus a me facto subscripsi, salvo meo jure, et honore. — † Ego Anselmus electus Archipresbiter laudavi, et SS. — † Ego Landulfus Sancti Nazarii Præpositus laudavi, et SS. — † Ego Landulfus Præpositus in Ecclesia Sancti Ambrosii SS. — † Ego Albinus Presbiter, licet indignus, in Ecclesia Sancti Johannis De Conca SS. — † Ego Grossolanus Sagonensis Episcopus laudando subscripsi. — † Ego Ardericus Sanctæ Mediolanensis Ecclesiæ Diaconus indignus confirmando SS. — † Ego Ambrosius, qui et Paganus Judex, et Missus Domni Imperatoris interfui et SS. — † Ego Walterius Notarius, interfui, et SS. — Signum † † † manum Varenzonis De Cimiliano, et Bellonis de Cuxano, Vvilielmo De Pelego, qui interfuerunt Testes. — Ego Johannes Notarius Sacri Palatii hoc decretum scripsi, post traditum complevi, et dedi.

An. 1098. = Privilegio di Anselmo IV arcivescovo di Milano, con cui conferma a Landolfo da Baggio preposto di sant'Ambrogio, ed alla sua canonica, la chiesa di santa Maria Greca già loro conceduta dal suo predecessore. *Carta tratta dall'archivio de'canonici di Sant'Ambrogio.* = Anno ab Incarnatione Domini nostri Jesu Christi Millesimo nonagesimo VIII, mense Augusto, Indictione VI. Cum ego Domnus Anselmus Dei gratia Mediolanensis Archiepiscopus, cum Anselmo Archipræsbitero, et Tedaldo Archidiacono, aliisque quamplurimis, Cardinalibus, ceterisque Ordinis Clericis, de Statu Ecclesiarum, sollicita cura, et diligentia. pertractaremus, coram omnibus facta est iusta, et onesta petitio a Landulfo Canonicorum S. Ambrosii Præposito, quatenus Ecclesiam Sanctæ Mariæ, quæ noncupatur Græca, cum omni suo jure, et possessionem donarem, et traderem, imo donatam et traditam a Prædecessore meo Arnulfo, nostra quoque auctoritate corroborarem, et confirmarem, ut secretius possent præfati Canonici in ea Ecclesiola orationibus vacare, ac Divina Officia celebrare. Quia

Digitized by Google

igitur omnibus astantibus hæc petitio rationabilis, et honesta visa est, placuit, et mihi Domno Anselmo Dei gratia Archiepiscopo: et omnibus rogantibus, consentientibus, et collaudantibus præfatam Basilicam, cum omni sua possessione, cum omni sua pertinentia, cum omnibus suis territoriis in integrum, et quæ sui sunt juris, vel tunc erant, vel postmodum Dei munere futura erunt, cum omni sua integritate, absque aliqua diminutione, prænominato Landulfo Præposito, et Canonicis Sancti Ambrosii eorumque Successoribus, ab habendum, et tenendum in perpetuum donavi, et tradidi, et coram astantibus per investituram firmavi. Et ut hoc ratum, et firmum habeatur, et inconcussum, et intemeratum a meis Successoribus, quam a reliquis Personis, teneatur, et observetur, propria manu firmando subscripsi, et meo sigillo firmari præcepi. Quod si quis cujuslibet conditionis homo Clericus vel Laicus, hoc decretum meum imutare, vel infringere, vel quolibet modo violare, sacrilego, et nefario ausu, temptaverit, postquam secundo, vel tertio admonitus excessum suum digna satisfactione non emendaverit, a liminibus Ecclesiæ coercendum esse, auctoritate Beati Ambrosii Pontificis, et Patroni nostri, et nostra censemus, et cum Juda proditore, et cum Anania sui promissi trasgressore portionem infelicissimam se habiturum esse non dubitet. — † Ego Landulfus Presbiter SS. — † Ego Anselmus Dei gratia Archiepiscopus a me factum corroboravi et SS. — † Ego Anselmus dictus Archipresbiter laudavi et SS. — † Ego Tedaldus Archidiaconus laudavi, et SS.

Sigillum cereum ubi S. Ambrosius cum pallio. dextra Pedum, sinistra volumen.

An. 1099. = Sentenza di Anselmo IV a favore dell'abate di san Simpliciano, contro i vicini della chiesa de' santi Protaso e Gervaso. *Puricell. Nazar. Cap. IX. Num.* 8.

Idem. = Bolla di papa Urbano II, con cui riceve sotto la sua particolar protezione una chiesa dedicata alla santissima Trinità nella diocesi di Milano, in un luogo detto *Pons Guinizeli. Landulph. Jun. Cap. VIII.*

Idem. = Privilegio di Anselmo IV conceduto alla badessa ed alle monache del monistero d'Orona, per la fabbrica di una nuova chiesa e cimitero e case de'cappellani. *Carta nell'archivio del monistero di sant'Agostino.* = † Anselmus gratia Dei Archiepiscopus Rolindæ Abatissæ Monasterii Sanctæ Auronæ, ejusque congregationi in Domino salutem. Die Martis, qui est quintusdecimus dies mensis Martii, in curte Monasterii Sanctæ Auronæ; præsentia Armani Brixiensis Episcopi, et Abbatis Sancti Ambrosii, et Landulfi Præpositi, et Alberti Landrianensis majoris Ecclesiæ Notarii, et Anselmi Archipræsbiteri ejusdem Ecclesiæ, et Albini præsbiteri, et cæterorum Clericorum, et Arialdi de Melegnano, et Arderici de Badaglo, et Bernardi de Petrasancta, et Gariardi Perticarii, et Pagani Judicis, et aliorum nobilium virorum. Ego Anselmus Archiepiscopus fuste pastorali designavi Capellam in hortu ejusdem Monasterii Sanctæ Auronæ, intra murum Civitatis, ædificandam ab ipsa Abatissa, in cujus pote-

Digitized by Google

state, et ordinatione eadem Capella, cum rebus sibi quandoque advenientibus et Capellani ejus debent permanere. Cimiterium quoque designavi ante ipsam Capellam a parte via, que vadit per Pusterulam, et domum Capellanorum, justa ipsam Capellam, ex parte meridiei, cum accessu ad viam de Pusterula. Et hoc facto præsentia omnium supradictorum, per fustem, quem sua tenebat manu Ambrosius Johannis Adroniæ per laudationem et contentum Vicinorum illius monasterii, refutavit in manu mea, ad partem Rolindæ Abatissæ supradicti monasterii, quicquid contra illam causaverant, idest Ecclesiam ejusdem monasterii, ad audiendum ibi divinum offitium, et Cimiterium, et curtem, quæ omnia infra portam pictam, supra viam sitam continentur, ut nihil ibi debeant agere, nisi voluntate, et consensu ipsius Abatissæ. Nunc ergo quicquid per hanc refutationem ad Nos pertinet, supradictæ Abatissæ tradimus, et hujus nostri privilegii auctoritate confirmamus, ut exinde in sua maneat potestate, et ordinatione. Præterea statuimus, cum Clericis, quos ad hanc causam definiendam elegimus, ut nullus Capellanorum quodlibet ædifitium habeat in Turribus, vel super Murum civitatis, qui est a Pusterula usque ad monasterium, ne eorum oculi scandalizzentur, cum forte viderent Monachas per curtem, vel hortum quandoque deambulantes: dicente Evangelio: qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, jam mæchatus est eam: debemus enim in quantum possumus, locum, et occasionem peccandi auferre omnibus, maximè religiosè vivere volentibus. Nullo igitur aspectu, nulla coabitatione, vel illicita confabulatione, diabolus, qui sicut leo rugiens circuit quærens quem devoret, aliquam Sanctimonialium illius Monasterii, vel aliquem Clericorum valeat decipere. Hoc autem privilegium sigillari præcepimus per Lanfrancum nostrum Diaconum, quod quicunque observaverit, ejusque præceptis obedierit, omni benedictione omnique beatitudine cælitùs repleatur, quam repromisit Deus diligentibus se: qui autem non observaverit, sed qualibet infestatione contradicendo obpugnaverit, aut anichillare laboraverit, irato sibi Omnipotente Domino, ac Beato Ambrosio, induatur maledictionibus, sicut vestimento, tributionem, ac dolorem semper inveniat, omnique adversitate ac perditione, sicut zona semper præcingatur, nostro, nostrorumque Clericorum anathemate repercussus, cum Juda perdito æternis pænis in die judicii sit damnatus. *Monogramma.*

Bene valete.

— † Ego Lanfrancus Subdiaconus, qui etiam vice Cancellarii. SS., et sigillavi. — † Anselmus Dei gratia Archiepiscopus confirmando SS. — † Odelricus Vice Dominus, et Chimiliarca SS. — † Ego Guilielmus indignus Sancti Ambrosii Abbas SS. — † Ego Anselmus Archipræsbiter electus SS. — † Ego Albinus præsbiter, et Canonicus Sancti Johannis, qui dicitur Ad Concham, laudavi, et SS.

An. 1100. = Diploma di Anselmo IV arcivescovo di Milano per la instituzione di un' annua solennità nel giorno decimoquinto di luglio, anniversario della conquista di Gerusalemme nella chiesa di san Sepolcro. *Puricell. Ambros. Num.* 289.

Digitized by Google

SECOLO XII.

An. 1102. = Bolla di papa Pasquale II a favore dell'abate e de'Monaci di sant'Ambrogio. *Puricell. Ambros. Num.* 299.

» 1105. = Lettera scritta dal clero e dal popolo di Milano agli abitanti di ogni pieve della Diocesi, per notificar loro lo stabilimento di una nuova solennità, per l'invenzione di alcune sante reliquie nella chiesa di Santa Maria *Alla Porta. Landulph. Jun. Cap. XXII.*

Idem. = Breve di papa Pasquale II a Landolfo da Baggio, preposito di sant'Ambrogio di Milano. *Sorman. De Præemin. Cap. XV, num.* 3.

An. 1110. = Diploma di Enrico V re di Germania, e IV d'Italia, in favore del monistero di sant'Ambrogio di Milano. *Puricell. Ambros. Num.* 311.

» 1112. = Lettera di Azzone, vescovo d'Aqui, all'imperatore Enrico IV, comunemente detto *il Quinto,* intorno alla elezione di Giordano da Clivio, arcivescovo di Milano. *Nel codice di Uldarico di Bamberga presso l' Eccard. Script. medii ævi, Tom II, pag.* 266 *et seq.*

» 1113. = Privilegio di Giordano, arcivescovo di Milano, conceduto a prete Stefano camerario, preposto de'frati detti decumani nella chiesa maggiore, ed alla sua Congregazione. *Nel codice di Francesco Castelli, intitolato* Quodlibet. = Juste petitioni præbere consensum, et præsentis vitæ subsidium, et venturæ cognoscitur habere præmium, qui enim Fratri justa postulanti benevolentiæ consensum accomodat, per charitatem, quæ bonorum omnium est connexio, præsentium quidem incolumitatem comparat, futuram vero felicitatem sibi conciliat; unde Salvator: Omni, inquit, petenti da: sicut enim odii venenum boni totius exterminium est, sic charitatis odorifera virtus vas totius boni, et insolubile vinculum est. Inde procedit a Prælatis utile regimen in subditos, Prælatis a subditis redditur obedientiæ jucunditas, Fratribus obsequii mutui communicatur benignitas. Cujus virtutis æmulator Domnus Jordanus Archiepiscopus sibi subditis dilectionis exhibet fructum, fructo dilectionis a subditis sibi vendicat reverentiæ debitum. Cum igitur Presbyter Stephanus, qui et Camerarius, Fratrum Præpositus, qui dicuntur Decumani Beatæ Mariæ Ecclesiæ Majoris, a præfato Archiepiscopo flagitaret, ut sua dignitatione Congregationi suæ concederet Altare Beati Blasii, quod est in parte dextera ejusdem Ecclesiæ Majoris. Huic petitioni libenter acquievit Domnus Archiepiscopus. Concessit itaque ipsum Altare Beati Blasii Presbytero Stephano, et suæ Congregationi, scilicet Decumanorum, consensu, vel consilio Ordinariorum, ut ipsi Altari perpetuo ministrent, et totam oblationem ejus habeant in communi vita eam ponentes. Hoc tenore, ut specialiter eligatur unus Fratrum Decuma-

Digitized by Google

norum, scilicet qui curam ministerii prædicti Altari suscipiat, et sit Capellanus Archiepiscopi, et Successorum ejus ipse Frater electus, et qui post eum electi fuerint ad ministerium ipsius Altaris. Hoc etiam tenore, ut unoquoque anno in festo Beati Blasii solvant Archiepiscopo, et Successoribus ejus sexaginta candelas de oblatione altaris. De eadem etiam oblatione habeant unoquoque anno duo prandia, quæ Archiepiscopus debet, eis pro canendis Psalmis: alterum ante Natale Domini in Festo Beatæ Mariæ Annunciationis scilicet; alterum in Augusto mense in Assumptione Beatæ Mariæ. — Ego Jordanus Dei grazia Mediolanensis Archiepiscopus prædicti Altaris concessionem facio tibi Presbytero Stephano Fratribusque tuis Decumanis in communi vita degentibus, vestrisque Successoribus, ut sine mea meorumque Successorum contradictione ipsi Altari ministretis, ejusque oblationem habeatis, ita tamen ut conditiones superius dictas fideliter solvatis; idest ut unus ex vobis semper eligatur, qui fideliter ministret Altari, quique ut Fidelis Capellanus mihi, meisque Successoribus fideliter ministret, quem etiam statui benedictionem Capellani habere; et ut alias conditiones prædictas faciatis, quæ si contempseritis, vel in parte, vel in toto, sit irritum, et inane quicquid a Nobis in hac concessione factum est; nisi digne emendaveritis Vos, et Successores vestri. Si quis temerario ausu hanc constitutionem violare tentaverit anathema sit. Factum hoc est Anno incarnationis Dominicæ Millesimo Centesimo Decimo sexto, Indictione nona, mense Februario, XIV, cal. Martii. — Ego Jordanus Dei gratia Archiepiscopus a me facto SS. — Ego Olricus Archipresbyter, et Vicedominus SS. — Ego Amizo Diaconus SS. — Ego Enricus Diaconus a me facto SS. — Ego Olricus gratia Dei Archiepiscopus confirmavi, et SS. — Ego Obertus Archiepiscopus SS.

An. 1117. = Sentenza di Giordano arcivescovo e de' consoli di Milano, a favore di Arderico vescovo e della chiesa di Lodi. *Ne' manoscritti del Puricelli. Cod. signat. C. Num.* 76. *in fol. Nella bibl. Ambrosiana.* = Dum in Dei nomine in Civitate Mediolani in Arengo publico in quo erat Domnus Jordanus Religiosus Mediolanensis Archiepiscopus, ibique cum eo eius Presbiteri, et Clerici Majoris Ordinis, et Minoris prædictæ Mediolanensis Ecclesiæ præsentibus ibi Mediolanensibus Consulibus, et cum eis quamplures de Capitaneis, et Valvassoribus, seu Populo. Ibi in eorum omnium præsentia veniens Domnus Ardericus Venerabilis Laudensis Episcopus cum suis Clericis Majoris Ordinis et Minoris, atque cum eo suis Capitaneis, et Valvassoribus jam dictæ Ecclesiæ Vassallis dicentes, et reclamantes de tam gravis, et iniquis invasionibus, investituris, et alienationibus de casis, et rebus . . . . . honoribus . . . . . ad ipsam Laudensem Ecclesiam pertinentibus factis per quondam Obizonem invasorem, qui indigne dicebatur Landensis Episcopus, seu per suos Successores Fredenzonium et Rainaldum, qui sine ratione dicebantur Episcopi. Et dicebat ipse Domnus Ardericus Episcopus, quod quondam adhuc integra Civitate Laudense palam in communi ejus Arengo congregato Laudensi Populo Laicorum scilicet, et Clericorum, facta lamentatione de prædictis invasionibus, investituris, et alienationibus a predicta Ecclesia judicaverunt, et testimonium dederunt ipsi Laudensis Ecclesiæ Vassalli, et omnes alii Laici et Clerici in con-

Digitized by Google

cordia, quod illæ invasiones, et investituræ, quas fecit prædictus Obizo, nullo modo cum ratione, nec usu stare, nec ullam firmitatem habere deberent. Quia dicebant se omnes aperte cognoscere, jam dictas alienationes non ad utilitatem sed detrimentum Ecclesiæ factas fuisse. Iis ita per ordinem . . . . . iam dicto Domno Jordano Archiepiscopo, et jam dictis Consulibus . . . . . Eas igitur omnes nullius esse roboris ac firmitatis decreverunt, etc. — Factum est hoc anno ab Incarnatione Domini nostri Jhesu Christi Millexímo, Centeximo septimo decimo, quarto die Mensis Julii, Indictione decima. — ✠ Ego Jordanus Archiepiscopus interfui, et subscripsi. — Sign. man. istorum Asmaldi, et Aribaldi seu Petri, qui ut supra juraverunt, et in hanc notitiam ad confirmandum manus posuerunt. — Sign. man. istorum Consulum Mediolani; Arialdi, et Adelardi De Badaglo Anselmi De Pusterula, Ottonis Fante, Arialdi Vicecomitis, Henardi De Deo, Ariprandi Cagnolæ, Ugonis Crivelli, Johannis Mantegatii, item Johannis Mainerii, seu Johannis de Tenebiago, Landulfi Mora, Ottoni Ginammi, Ariprandi Malastrena, Pagani Burceto, Dugnani de Curte Ducis . . . . . Petri de Concorezo, qui hanc notitiam fieri rogaverunt, et in eam confirmandam manus posuerunt. — Arialdus Judex Sacri Palatii interfui, et SS. — Ego Anselmus Judex, ac Missus Domni Quarti Henrici Imperatoris hanc notitiam scripsi, et in omnibus ut supra interfui.

An. 1117. = Lettera di Federigo arcivescovo di Colonia, ai consoli, capitani, milizia e popolo di Milano. *Martene in Collectione veterum Scriptorum, et Monumentorum. Tom. I, pag.* 640.

1118. = Lettera dello stesso arcivescovo di Colonia Federigo, ai vescovi adunati dopo la morte di papa Pasquale II, per la elezione del successore, dove si tratta della chiesa di Milano. *Presso il sopraccitato Martene.*

Idem. = Breve di papa Gelasio II nuovamente eletto, scritto a Giordano arcivescovo di Milano, a favore dello storico Landolfo. *Riferito dallo stesso Landolfo. Cap. XXXV.*

An. 1119. = Sentenza di Giordano arcivescovo di Milano, a favore di Guglielmo arciprete di san Giovanni di Monza, e de' suoi fratelli canonici per alcuni feudi. *Nell'archivio di Monza.* = In nomine Sanctæ ed individuæ Trinitatis. Ego Jordanis Dei gratia Mediolanensis Archiepiscopus. Cum totius nostræ Diœcesis sedare discordias Ordini nostro injunctum esse cognoscimus; præsertim cuidam nostræ quam, cum Archipresbitero Guilielmo Ecclesiæ S. Joannis Modoetiæ suisque Fratribus habebamus, finem pacis imponere studuimus. Ex longo etenim et antiquo Prædecessorum nostrorum tempore investituram, atque servitium quorundam Feudorum extra præbendas Ordinariorum in Ecclesia Modoetiæ juste habere contendebamus. At vero econtra Archipresbyter suive Fratres ipsa Feuda non solum esse Beneficia Ecclesiarum, ita ut communiter inde vivere debeant; verum etiam Divæ Memoriæ Anselmum Venerabilem Archiepiscopum, qui apud Constantinopolim viam universæ carnis ingressus occubuit, prædictorum feudorum ad communem utilitatem Fra-

Digitized by Google

trum communiter viventium, donationem Ecclesiæ fecisse affirmabant. Quod ubi inter nos statutis temporibus, et multis argumentationibus, variisque rationibus, utpote inter discordes, sæpenumero ventilatum est, ex testimonio Arialdi de Melegnano, et Arialdi de Badaglo, seu Otonis Infantis, praedictam donationem a patrono nostro Anselmo factam esse Ordinariis Beatissimi Johannis Canonice viventibus in veritate percæpimus. Nos igitur nostrorum Patrum pia facta imitari et per gratiam Sancti Spiritus semper in melius abundare desi erantes, auctoritate Dei, et Beati Ambrosii, ac nostra, praefatam donationem Feudorum, quae sunt beneficia harum Ecclesiarum, scilicet Sancti Juliani de Colonia, et Sancti Eusebii de Sexto, et Sancti Martini, seu Sancti Petri, atque Sancti Michaelis, et Sancti Salvatoris, sive Sanctae Agatae, et Sancti Donati, atque Sancti Mauritii, nec non Sancti Georgi: Similiter Sancti Alexandri de Coliate, denique Sancti Johannis de Castromartis; salvo jure nostro, videlicet eo pendicio, et servitio, quod nostri Praesulatus dignitas ex veteri consuetudine habere solita est, corroboramus, et nostri privilegii auctoritate, consilio nostrorum Fidelium tam Clericorum, quam Laycorum, Ecclesiae Beatissimi Joannis, ad communem utilitatem Ordinariorum in eadem Ecclesia Canonice degentium, et nostra manu propria donavimus, et investituram fecimus, et ut hoc verius in perpetuo et inviolabiliter teneatur per Guazonem Cancellarium nostrum hoc decretum fieri iussimus et Beati Ambrosi sigillo insigniri praecepimus. Actum in Palatio Mediolanensi; anno Dominicae Incarnationis Millesimo. C. Nono decimo: Kal. Februarii duodecimo. — ✠ Ego Jordanus Archiepiscopus subscripsi. — ✠ Ego Olricus Vicedominus interfui, et subscripsi. — ✠ Ego Landulfus indignus Presbyter subscripsi. — ✠ Ego Amizo Diaconus interfui, et subscripsi. — ✠ Ego Henricus Diaconus subscripsi. — ✠ Ego Anselmus Diaconus subscripsi. — ✠ Ego Guazo Cancellarius a me dictato interfui, et subscripsi. — ✠ Ego Wifredus Presbyter subscripsi. — ✠ Ego Anselmus Subdiaconus subscripsi. — ✠ Ego Stephanus Camerarius interfui, et subscripsi.

An. 1119 = Sentenza dello stesso arcivescovo a favore dei cento decumani della santa chiesa milanese, contro i cappellani delle cappelle, o chiese minori della città di Milano. *Nel codice di Francesco Castelli, intitolato* Quodlibet. = Praesentia Domni Jordani Dei gratia Mediolanensis Archiepiscopi, et Cardinalium Sanctae Mediolanensis Ecclesiae, ii sunt Domnus Olricus Archipresbyter, et Vicedominus; Wido Presbyter de loco Velate; Enricus Diaconus de loco Birago; Guazo Diaconus, et Cancellarius, qui dicitur Cuminum; Anselmus Diaconus de Arzago Canonicus Mortariensis effectus; et Obizo Notarius De Cornaleto, atque Laicorum bonorum Hominum, quorum nomina subtus leguntur, per fustem, et cartam quam suis tenebant manibus Olricus Presbyter de Sancto Victore ad Theatrum; et Ugo Presbyter de Sancto Ylario; Wilielmus Presbyter de Sancto Thoma; Petrus, et Amicus Presbyteri de Sancto Carpophoro; Johannes Presbyter de Sancta Maria Bertradae, qui dicitur Aguliolum; Ambrosius Presbyter de Sancto Sebastiano; Walfredus Presbyter de Sancto Johanne Ad IIII facies; Aribertus Presbyter de Sancto Sepulchro; Arialdus Presbyter, et Magister Cantorum, de Sancto Petro In Curte; Aribertus Pre-

Digitized by Google

sbyter, de Sancto Victore Ad Portam Romanam; Petrus Presbyter de Sancto Bartholomaeo; Capellani ejusdem Sanctae Mediolanensis Ecclesiae, per se, et per ceteros omnes Cappellanus Cappellarum ipsius Sanctae Mediolanensis Ecclesiae, et per jussionem ipsius Domni Jordani Archiepiscopi, cui ipsi Capellani dederunt manus de stare in ejus praecepto de ipsa discordia, finem, et perdonationem, atque refutationem fecerunt in manus, et potestatem Domni Nazarii Presbyteri, et Primicerii ipsius Sanctae Mediolanensis Ecclesiae vice Presbyterorum Decumanorum Centum, qui sunt ordinati in undecim Ecclesiis Matricibus, et decem Capellis aedificatis intus, et extra hanc Civitatem Mediolani. Ipse Matrices Ecclesiae sunt: Ecclesia Sancti Confessoris Ambrosii, ubi ejus Sanctum requiescit Corpus; et Ecclesia Sancti Naboris; et Sancti Martini; et Sancti Laurentii; et Sancti Euostorgii; et Sancti Nazarii; et Sancti Stephani; et Sancti Dionisii; et Sanctae Mariae, quae dicitur Yemalis, et Sanctae Theclae; et Sancti Georgii. Ipsae vero Capellae sunt: Ecclesia Sancti Vitalis; et Ecclesia Sancti Petri in Campo Laudensi; et Ecclesia Sanctae Eufemiae, et Ecclesia Sanctorum Romani, et Babilae; et Sancti Michaelis Subtus Domum; et Sancti Fidelis; et Sancti Johannis Ad Concam; et Sancti Alexandri; et Sanctae Mariae Ad Circulum. Nominative de omnibus obedientiis, et beneficiis quae pertinent tantum praedictis centum Presbyteris Decomanis, et quae ipsi Centum Presbyteri Decomani hactenus habuerunt, et tenuerunt absque ipsis Capellanis, et unde inter eos talis contentio erat. Dicebant enim ipsi Capellani. quod ipsae obedientiae, et ipsa beneficia communia esse deberent inter ipsos Centum Presbyteros Decomanos, et ipsos Capellanos, et sic pertinebant ipsis Capellanis sicut praefatis Centum Presbyteris Decomanis. Ipsi autem Centum Presbyteri Decomani contradicebant, quod eorum tantum sint ipsae obedientiae, nec eisdem Capellanis ullo modo pertinent. Et insuper dicebant praedicti Presbyteri Decomani, quod olim tempore Widonis Archiepiscopi fuit discordia inter illos Presbyteros Decomanos, et illos Capellanos, qui eo tempore in hac Urbe aderant de ipsis obedientiis, et in Placito palam constituto infra Presbyterium ipsius Sanctae Mediolanensis Ecclesiae coram Cardinalibus, et Sapientibus, qui eo tempore aderant, finem fecerunt ipsi Capellani per lignum, et per cartam versus ipsos Centum Presbyteros Decomanos, qui eo tempore aderant, de ipsa discordia. Ipsi vero praefati Capellani negabant ipsam finem numquam fecisse per eorum Communantiam, unde praedicti Presbyteri Decomani, per juditium, et sententiam datam ab ipso Domno Jordano Archiepiscopo per consilium ipsorum Cardinalium, in quo ipsa discordia ab utraque parte missa est, habuerunt Testes, qui jurare volebant, quod ibi fuerunt, ubi viderunt, et audierunt ipsam finem, ut supra legitur, factam fuisse. Ipsi autem Capellani remittentes ipsos Testes eisdem Centum Presbyteris Decomanis, electum dederunt, ut jurarent quique ex eis, sicut ipsi Testes jurare debebant. Statim ibi palam in ipso Presbyterio quinque Presbyteri jurare parati, quorum duobus ipsum jusjurandum ab ipsis Capellanis fuit perdonatum. Tres vero juraverunt ad Sancta Dei Evangelia, ii sunt; Nazarius Presbyter de Sancto Ambrosio, et Dagibertus Presbyter de Sancto Georgio, et Ambrosius Presbyter de Sancto Dionisio, quod olim tempore Widonis Archiepiscopi infra ipsum Presbyterium in Placito palam, et communiter ab utraque parte constituto

Digitized by Google

finem fecerunt per lignum et per cartam ipsi Capellani, qui eo tempore aderant, per eorum Communantiam versus illos Centum Presbyteros Decomanos similiter, qui eo tempore aderant, de ipsa discordia. Hoc jusjurando a praedictis tribus Sacerdotibus paracto, statim praenominati Capellani, per jussionem ejusdem Domni Jordani Archiepiscopi, et per juditium, et Sententiam ab ipso per consilium Cardinalium, ut supra legitur, datam, fecerunt hanc finem eo tenore qualiter superius, et hic subter legitur. Ita ut a modo in antea omni tempore permaneant ipsi omnes Capellani, et eorum Successores de suprascriptis obedientiis, et beneficiis taciti, et contenti, et ipsi Centum Presbyteri Decomani, et eorum Successores, securi, soluti, et indemnes. Ipsae vero obedientiae, unde ipsa discordia fuit, quas ipsi Centum Presbyteri Decomani usque modo tenuerunt absque ipsis Capellanis sunt eae scilicet: Obedientia de Vallibus, et Abiasca; et de Venegono; et de Gorla; de Busti; de Birago; de Carpianello; Sennago; Polianello; Lucernate; Carimalo; Vigonzoni; Covazano; Trecate; Canirago qui est prope locum Rocianum; Morcincta, et prope hanc Civitatem ad locum ubi dicitur Musartus et ad Sanctum Syrum Ad Vepram: et intra hanc Civitatem in casa de Filiis Bombelli; et in casa de Terra mala: et si in aliis locis, et vocabulis de ipsis obedientiis inveniri potuerit, scilicet quas iisdem Centum Presbyteris Decomanis tantum pertinent, et quæ ipsi Decomani sine ipsis Capellanis usque modo habuerunt, et tenuerunt in integrum, in hac refutatione permaneat. Et spoponderunt se praedicti Capellani versus eundem Primicerium, ut si ipsi Capellani, vel eorum Successores, aut eorum submissa Persona, de praedictis obedientiis, et beneficiis, quae superius leguntur, sive de parte, sive de toto exinde agere aut causari, placitum, seu intentionem commovere, partem seu divisionem requirere praesumpserint, et omni tempore exinde taciti, et contenti non permanserint, contra praedictos Centum Presbyteros Decumanos, vel contra eorum Successores, tunc componere debeant ipsi Capellani, vel eorum Successores eisdem Centum Presbyteris Decomanis, vel eorum Successoribus, poenae nomine argenti ex mero libras centum; et insuper taciti, et contenti permanere debeant. Quidem et hanc adfirmandam refutationis cartam receperunt ipsi Capellani ab ipso Nazario Primicerio ex parte ipsorum Presbyterorum Decomanorum Launechild Manstrucham unam, quia sic inter nos convenit. Factum est hoc ut supra infra Presbyterium. Anno Dominicae Incarnationis Millesimo Centesimo nonodecimo, tertio die mensis Novembris, Indictione tertiadecima. — Ego Jordanis Archiepiscopus subscripsi. — Ego Azo Aquensis Episcopus rogatus subscripsi. — Ego Obertus Cremonensis Episcopus rogatus subscripsi. — Ego Villanus Brisciensis Episcopus rogatus subscripsi. — Ego Wilielmus Saonensis Episcopus subscripsi. — Ego Ardericus Laudensis Episcopus rogatus subscripsi. — Ego Ambrosius Pergamensis Episcopus subscripsi. — Ego Ricardus Novariensis dictus Episcopus subscripsi. — Ego Petrus Tertonensis Episcopus subscripsi. — Ego Olricus Archipresbyter, et Vicedominus interfui, et subscripsi. — Ego Amizo Diaconus subscripsi. — Ego Henricus Diaconus Cardinalis interfui, et subsripsi. — Ego Wido Presbyter Cardinalis interfui, et subscripsi. — Ego Wifredus Presbyter Cardinalis subscripsi. — Ego Joannes Abbas Sancti Ambrosii subscripsi, — Ego Gaudentius Abbas

Digitized by Google

Sancti Victoris subscripsi. — Ego Wilielmus Abbas Sancti Celsi subscripsi. — Ego Petrus Abbas Sancti Simpliciani subscripsi. — Ego Albertus Abbas Sancti Vincentii subscripsi. — Ego Adam indignus Abbas Monasterii Sancti Dionisi subscripsi. — Ego Guazo Diaconus Cardinalis, et Cancellarius subscripsi. — Ego Obizo Subdiaconus subscripsi. — Ego Albertus De Landriano subscripsi. — Ego Tedaldus De Landriano subscripsi. — Ego Ardericus Notarius subscripsi. — Ego Anselmus Notarius subscripsi. — Ego Berengerius subscripsi. — Ego Anselmus De Badaglo subscripsi. — Ego Azo Primicerius Lectorum subscripsi. — Ego Niger Bonus Lector interfui, subscripsi. — Ego Petrus Lector interfui, et subscripsi. — Wido Presbiter Sanctae Mariae ad Portam, et Magister Scolarum subscripsi. — Ego Arialdus Presbyter Sancti Petri In Curte subscripsi, et interfui. — Ego Joannes de Sancto Ambrosio De Solariolo interfui, et subscripsi. — Ardericus Presbyter de Sancto Vincentio subscripsi. — Ego Ardericus Presbyter de Sancto Protasio interfui, et subscripsi. — Ego Joannes Presbyter ejusdem Ecclesiae subscripsi. — Ego Ariprandus Presbyter de Sancto Michaele Ad Murum ruptum subscripsi. — Ego Heribertus Presbyter de Sancto Victore Ad Portam Romanam interfui, et subscripsi. — Presbyter Petrus de Sancto Bartholomaeo interfui, et subscripsi. — Ego Heribertus Presbyter de Sancto Sepulchro interfui, et subscripsi. — Ego Joannes Presbyter de Sancto Maurilio subscripsi. — Ego Joannes Presbyter de Sancto Quirico interfui, et supscripsi. — Ego Joannes Presbiter de Sancto Petro In Vinea subscripsi. — Astulphus Presbyter de Sancta Maria Pedone subscripsi. — Ego Albertus Presbyter de Sancta Maria Fulcoini subscripsi. — Ego Lanfrancus ejusdem Ecclesiae Subdiaconus subscripsi. — Joannes Presbyter de Sancto Petro Cagalenti interfui, et subscripsi. — Joannes Presbyter de Monasterio Novo interfui, et subscripsi. — Ego Wilielmus Presbyter Sancti Thomae interfui, et subscripsi. — Ego Ambrosius Presbyter ejusdem Ecclesiae subscripsi. — Ego Ambrosius Presbyter Sancti Stephani in Nuxigla interfui, et subscripsi. — Presbyter Sancti Victoris Ad Ulmum interfui, et subscripsi. — Presbyter Sancti Jacopi subscripsi. — Presbyter Sancti Benedicti subscripsi. — Ego Ambrosius Presbyter Sanctae Mariae Secretum interfui, et subscripsi. — Presbyter Sancti Carpofori subscripsi, et interfui. — Presbyter Sancti Victoris Ad Theatrum subscripsi, et interfui. — Ego Walfredus Presbyter de Sancto Joanne Quattuor facies interfui, et subscripsi. — Ego Andreas de Sancto Nazario subscripsi. — Ego Unfredus Sanctae Mediolanensis Ecclesiae Lector, et Officialis Sancti Bartholomaei subscripsi. — Ego Adam Presbyter de Sancto Petro De Porta Nova subscripsi. — Ego Henricus Presbyter de Sancto Petro de Caminadella subscripsi. — Ego Ambrosius Presbyter Sancti Silvestri interfui, et subscripsi — Ego Maginfredus Presbyter Sancti Victoris Sanctorum Quadraginta subscripsi. — Ego Johannes Presbyter Sancti Salvatoris interfui, et subscripsi. — Ego Ugo Presbyter Sancti Ylari interfui, et subscripsi. — Ego Ambrosius Presbyter Sancti Sebastiani interfui, et subscripsi. — Ego Liprandus Presbyter Sancti Mathei subscripsi. — Ego Andreas Presbyter Sancti Pauli interfui, et subscripsi. — Ego Ambrosius Electus Sanctae Mariae, qui dicitur In Valle subscripsi. — Ego Petrus Presbyter Sancti Prosperi subscripsi. —

Digitized by Google

Siguum manum Arderici, qui dicitur Marcellinus, Johannis, qui dicitur Collionum, Lanfranci Filii qd. Lotarii, Berclerii De Piscaria, Lanterii De inter duos muros, Ambrosii, qui dicitur De Pozolo, Petri, qui dicitur Pristinarius, Oldoni, qui dicitur Custodo, Cunctis De inter duos muros, Ambrosii, qui dicitur Trullio, Ubizonis De Compodo, Bonisenioris, qui dicitur Salarius, Amizonis Filii, qd. Maginfredi, Bregungii, qui dicitur De Marcellinis, Langobardorum, et Romanorum Testium. — Ego Ugo Notarius Sacri Palatii scripsi post traditam complevi, et dedi. — Ego Olricus gratia Dei Archiepiscopus subscripsi. — Ego Girardus Judex, et Missus Domni Regis autenticum hujus exemplo i vidi, et legi, et sicut in eo continebatur, sic in isto legitur exemplo extra literas, nec plus, nec minus. — Ego Arialdus Judex autenticum hujus exempli vidi, et legi, et sicut in eo continebatur, sic in isto legitur exemplo extra literas nec plus, nec minus. — Ego Obertus Judex ac Missus Domni Quarti Henrici Imperatoris autenticum hujus exempli vidi, et legi, et sicut in eo continebatur sic in isto legitur exemplo extra literas, nec plus, nec minus. — Ego Ugo Notarius Sacri Palatii hoc exemplum ex autentico exemplavi, et illum manibus meis scripsi, et sicut in eo continebatur, sic in isto legitur exemplo extra literas, nec plus, nec minus.

An. 1119. = Convenzione fra la priora e le monache di Crosso nella pieve di Varese, colla chiesa pievana di san Vittore dello stesso borgo. *Nell' archivio di questa chiesa.* = Anno ab Incarnatione Domini nostri Jesu Christi Millesimo Centesimo nono decimo, mense Octobris, Indictione decima tertia. Nos Isabella Prior, et Ermengarda, seu Concordia, atque Frasia, sive Ermellina, et Otta, ac Febronia, Monachae Ecclesiae Sanctae Apollinaris, quae est constructa in loco Crossi, praesentes praesentibus diximus. Volumus, et ordinamus, atque obligamus Nos, et omnes Casae nostrae, res territorias, et mobiles, quas nunc habemus, ac dehinc in antea acquisiturae fuerimus, atque ipsam Ecclesiam Sanctae Apollinaris, quantum legibus, et moribus facere possumus, ut a modo in antea semper sino in potestate, et defensione, atque in obedientia Ecclesiae Sancti Victoris, quae est constructa in loco Varese. Eo ordine ut Nos, et nostrae Successores semper omni anno debeamus dare in festivitate Sancti Victoris per Nos, vel per nostrorum Nuncium ad Ecclesiam ipsius Sancti Victoris de jam dicto loco Varese, fictum ex omnibus rebus nostris denarios quatuor, aut de cera laborata . . . . . valentem denarios quatuor, sine alia contradictione, et sine alia super imposita. Et hoc pro defensione nostrae Ecclesiae nostrarumque rerum, et animarum nostrarum remedio, quia decrevit nostra bona voluntas. — Actum in eodem loco Crossi Feliciter. Et nec Nobis liceat ullo tempore nolle, quod voluimus, et quod a nobis hic semel factum, vel conscriptum est sub jure jurando inviolabiliter conservare promittimus, cum stipulatione subnixa. — Signum manuum praedictarum Isabellae, Ermengardae, Concordiae, Frasiae, Ermilinae, Ottae, et Febroniae, quae han chartam ordinationis ut supra fieri rogaverunt. — Signum manibus Tedaldi, et Adami, seu Petri, et Guidonis, atque item Adami Testium. — Ego Wifredus Judex, et Regis Missus tradidi, et subscripsi. — Ego Gualbertus Notarius Sacri Palatii scripsi, post traditam complevi et dedi.

Digitized by Google

An. 1120. = Bolla di Calisto II a favore di Guglielmo arciprete di s. Giovanni di Monza e de' suoi fratelli canonici. *Nell'archivio di quella chiesa.* = Callixtus Episcopus Servus Servorum Dei. Dilecto Filio Guillelmo Modoetiensi Archipresbytero ejusque Successoribus Canonice substituendis in perpetuum. Sicut injusta poscentibus nullus est tribuendus effectus, sic legitime desiderantium non est differenda petitio. Idcirco, dilecte Filii Guillelme Archipresbyter Ecclesiam Beati Joannis Baptistae, cui Deo auctore preesse cognoscerit, sub Apostolicae Sedis tutelam excipimus, et cum omnibus ad eam pertinentibus Beati Petri patrocinio communimus. Idem enim locus a Nobilis Memoriae Teodelinda Regina constructus, amplis etiam honoribus possessionibus, et thesauro ditatus veneratione dignus habetur, et celebris. Per praesentis igitur privilegii paginam Apostolica auctoritate statuimus, ut quaecunque bona, quascunque possessiones, concessione Pontificum, liberalitate Principum, oblatione Fidelium, vel aliis justis modis in praesenti possidet, aut in futurum largiente Domino juste, et canonice poterit adipisci, firma tibi tuisque Successoribus, et illibata permaneant. In quibus haec propriis visa sunt nominibus exprimenda. Monasterium scilicet Sancti Petri de Cremella cum Ecclesia Sancti Sisinni. Ecclesiae Sancti Joannis de Blutiaco, Sancti Georgii da Coltiaco, Sancti Joannis de Castromartis. In Vellate Ecclesia Sanctae Mariae, et Sancti Fidelis. Ecclesia S. Juliani de Plebe Colonia cum Capellis suis. Ecclesia Sancti Eusebii; In Sexto Ecclesia Sancti Alessandri, Sancti Michaelis, et Sancti Salvatoris. Ecclesia Sancti Martini, Sancti Petri, Sancti Michaelis, Sancti Salvatoris, Sanctae Agathae, Sancti Donati, Sancti Mauricii, Sancti Georgii, et Ecclesia Sancti Alexandri, Sancti Eugenii de Concuretio. Nulli ergo hominum facultas sit vestram Ecclesiam temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare. Sed omnia integra, et illibita conserventur eorum, pro quorum sustentatione, et gubernatione concessa sunt usibus omnimodis profutura. Sana illa Feudorum beneficia, quae Venerabilis Frater noster Jordanus Mediolanensis Archiepiscopus vestrae Ecclesiae in praenominatis Ecclesiis ad communem Fratrum sustentationem concessit vobis, vestrisque Successoribus auctoritate Apostolica confirmamus. Statuentes, ut nulli omnino liceat ea deinceps a communi Fratrum utilitate auferre, subtrahere, vel modis quibuslibet immutare. Ad vestram praeterea, et Ecclesiae vestrae quietem institutiones, et consuetudines confirmamus, quae in Ecclesia vestra, vel in Cappellis ad eam pertinentibus rationabili deliberatione quiete hactenus habitae cognoscuntur. Si qua igitur, etc.

Ego Calixtus Catholicae Ecclesiae Episc.

In Circulo — *In Monogrammate*

Firmamentum est Dominus timentibus eum. — Bene volete.

Datum Terdonae per manum Grisogoni Sacrae Romanae Ecclesiae Diacon. Cardin. ac Bibliothecari III. Id. Aprilis Indictione XIII. Incarnationis Dominicae Anno MCXXI. Pontificatus autem Domni Calixti Secundi PP. Anno II.

Idem. = Rinunzia di Giovanni arciprete della basilica di san Dionisio di Milano a favore di Adamo abate del monistero di san Dionisio. *Puricell. De SS. Arialdo, et Herlembaldo. Cap. XCIII. Num.* 19.

Digitized by Google

An. 1123. = Bolla di papa Calisto II a favore di Girardo preposto di sant'Ambrogio di Milano e de'suoi fratelli canonici. *Sorman. De Præced. pag.* 63.

Idem. — Sentenza degli arbitri in una controversia fra i monaci e i canonici di sant'Ambrogio. *Puricell. Ambros. Num.* 336.

Idem. Protesta di Olrico arcivescovo di Milano con cui disapprova la riferita sentenza fra i monaci e i canonici di sant'Ambrogio. *Sorman. De Præced., pag.* 62.

Idem. = Breve di papa Calisto II diretto ad Olrico arcivescovo di Milano, con cui annulla la predetta sentenza, o accordo. *Sorman. Ib., pag.* 63.

An. 1124. = Decreto di Olrico arcivescovo di Milano, il quale anche con autorità pontificia annulla la predetta sentenza o accordo. *Carta in un codice nella libreria della metropolitana segnato* † *Num.* 90. = In nomine Sanctae, et Individuae Trinitatis Ego Olricus Dei gratia Sanctae Mediolanensis Ecclesiae Archiepiscopu. Quoniam quaecumque a Decessoribus nostris bene gesta atque venerabilibus Ecclesii concessa vel donata sunt officio Presulatus nostri injunctum esse non solum confirmare verum etiam agumentari debere cognoscimus. Ideo omnes Oblationes Majoris Altaris aliorumque omnium quae sunt infra ambitum Ecclesiae Beatissimi Ambrosii ubi Sanctum ejus requiescit Corpus quas Ven. Mem. Antecessor noster Anselmus qui viam universe carnis ingressus apud Constantinopolim occubuit post multas disceptationes quas Abbas Monasterii ejusdem Ecclesiae cum suis Monachis nullis praecedentibus rationibus, sed rumore populi, et bellicis armis . . . . super eisdem fecerant oblationibus immo ut brevius dicam quas per subreptionem invaserunt Praeposito, et Canonicis Sancti Ambrosii auctoritate divae memoriae Urbani Romani Pontificis, seu Arnulfi praedecessoribus sui Archiepiscopi, consilio etiam Episcoporum qui in Sinodo celebrata Mediolani residebant, Gibelino scilicet Arlatensi Archiepiscopo, Gotofredo Magdalonensi Episcopo, et Aldone Placentino, ceterorumque plurimorum Episcoporum, et Gregorii Cardinalis, consilio quoque suorum Clericorum, et Laicorum, privilegiis insuper perspicaciter ventilatis, et tam Sententia Mediolanensis Sinodi, quam Romano Sedis, quantum ad id negotii attinet, a quibus Abbas cum suis Monachis vires super hac controversia altercandi assumebat. Privilegio sigillo B. Ambrosii signato, et sua manu propria subscripto concessit, et inviolabiliter donavit. Preterea Crucis oblationem unde nostris tantum temporibus a praedicto Abbate suisque Monachis sedicio commota est, in qua quippe Monachorum discussis rationibus nullam ipsos abere causam justitia invenerunt. His, et aliis muniti auctoritatibus, et . . . . . probationibus, auctoritate Dei, et Beati Ambrosii ac nostra praedicto Praeposito, et Canonicis qui modo sunt vel qui pro tempore fuerint corroboramus, concedimus, et donamus. Diuturna enim, et valde antiqua possessione praefatas oblationes Canonicos quiete possedisse investigavimus. Quantum enim cartarum munimenta, tantum et possessionem diuturni temporis valere institutio legum, et canonum perhibet auctoritas. Ad hoc ju-

Digitized by Google

dicium videlicet sub nostri nominis jussu a quibusdam super praefata discordia extortam pactionem, et ad infringenda decreta Romanae, et Mediolanensis Sedis factam, quod illicitum, et periculosum fore credimus, non laudamus immo damnamus, et ut nullius auctoritatis teneat valitudinem praecipimus. De caetero ut stipulatione multarum rationum praedictas donationes Nos fecisse noscatur auctoritate literarum, et privilegio Pontificium Romanae Sedis. Pascalis scilicet seu Calixti, plurimorum quoque religiosorum Virorum nostrae Civitatis tam Clericorum quam Laicorum multis, et magnis precibus fecimus, et hoc inde decretum fieri jussimus. Extortam insuper pactionem vel judicium de quibus superius diximus, et quibus minime concedimus ex documento literarum Patris nostri PP. Calixti, ac nostra auctoritate irritum aut . . . . . reddimus. Quicunque ergo contra hoc nostrum decretum venire praesumpserit gladio anathematis percussus cum Juda Traditore damnetur. Actum in Palatio Mediolanensi Anno Dominicae Incarnationis MC. vigeximoIIII, mense Julii. — † Ego Olricus gratia Dei Archiepiscopus a me facto subscripsi. — † Ego GG. Presbyter Cardinalis Sanctae Romanae Ecclesiae, et Apostolicae Sedis Legatus quod. D. Archiepiscopus fecit laudo, et confirmo. — † Ego Guido Iporiensis Episcopus jussu D. Archiepiscopi subscripsi. — † Ego Litefredus Novariensis Episcopus subscripsi. — † Ego Ardericus Laudensis Episcopus subscripsi. — † Ego Guido Presbiter, et Cardinalis subscripsi. — † Ego Guazo Diaconus, et Cancellarius interfui, et dictando subscripsi. — † Ego Oto Diaconus ex jussu, et ex voluntate D. Archiepiscopi subscribo huic privilegio quamvis subscripsissem alii cartae, quam credebamus conscilio D. Archiepiscopi esse factam, quod postea invenimus falsum. — † Ego Anselmus Sanctae Mediolanensis Ecclesiae Diaconus, et Cardinalis ex jussu, et voluntate D. Olrici Archiepiscopi huic privilegio fideliter interfui, et subscripsi. — † Ego Anselmus Sanctae Mediolanensis Ecclesiae Subdiaconus, et Cardinalis ex jussu, et voluntate D. Olrici Archiepiscopi huic privilegio subscripsi. — † Ego Stephanus Archipresbiter Sanctae Mariae Jemalis interfui, et subscripsi. — † Ego Rusticus Presbiter, et Praepositus Ecclesiae Sancti Stephani interfui, et subscripsi. — † Ego Johannis Presbiter Sancti Salvatoris subscripsi. — † Ego Albertus Presbiter Sancte Mariae Fulcuini interfui, et subscripsi. — † Ego Ambroxius Presbiter Sancti Dionisii interfui, et subscripsi. — † Ego Johannes Presbiter atque Praepositus Ecclesiae Sanctorum Naboris, et Felicis interfui, et subscripsi. — † Ego Petrus Presbiter Ecclesiae Sancti Kalimeri interfui, et subscripsi. — † Ego Azo Presbiter ac Praepositus Ecclesiae Sanctae Teglae interfui, et subscripsi. — † Ego Richelmus Ecclesiae Sancti Nazari Praepositus rogatu Fratrum Johannis, Petri, Antonini, Sacerdotum subscripsi. — † Ego Guillielmus Presbiter Ecclesiae Sancti Thomae interfui, et subscripsi. — † Ego Ambroxius Presbyter Ecclesiae Sancti Thomae interfui, et subscripsi. — † Ego Otto Presbiter ac Praepositus Ecclesiae Santi Eustorgii subscripsi. — † Ego Ugo Presbiter Ecclesiae Sancti Ylari interfui, et subscripsi. — † Ego Bruno Presbiter, et Prepositus Ecclesie Varisiensis rogatu et consilio Fratrum meorum subscripsi. — † Ego Johannes Presbiter Sanctae Mariae de Bertrade interfui, et subscripsi. — † Ego Lanfrancus Presbiter de Sancta Maria Ad Circulum interfui, et subscripsi. — † Ego Anselmus Notarius subscripsi.

Digitized by Google

An. 1125. = Sentenza di Olrico arcivescovo a favore di Arderico vescovo di Lodi, contro Pietro, vescovo di Tortona. *Ughell. Tom. IV. Ubi de Episc. Laudens. Murat. Antiq. medi ævi, Tom. V, pag.* 1027.

• 1128. = Diploma di Anselmo V arcivescovo di Milano con cui dona al preposto e canonici di sant'Ambrogio il nuovo campanile eretto presso a quella basilica. *Carta nell' archivio de' canonici di sant' Ambrogio.* = Anselmus Dei gratia Sancte Mediolenensis Ecclesie Archiepiscopus Girardo Reverentissimo Presbitero, et Preposito Canonice Sancti Ambrosii, omnibusque suis Successoribus, et Fratribus in eodem Canonica canonice victuris in perpetuum. In nomine Sancte, et Individue Trinitatis. Convenit nostro Pontificali Officio secundum Predecessorum nostrorum exemplum statum pie religionis firmare, et augmentare: quia si ipsi vos ad Canonicam vitam convocaverunt, et statuerunt, Nos quoque hoc ipsum asserendo firmamus, et vestre juste petitioni assensum prebemus. Videlicet cum vultis Divinum Officium, prout juris est, in Ecclesia Beati Ambrosii Populo Dei celebrare debeatis ipsum Populum signo Tintinabuli excitare, et convocare. Volumus . . . . . Clocharium noviter in eadem Ecclesia fundatum, et in maxima parte edificatum vestre libertati, vestraque in custodia perseverare. Et ne hec nostra traditio injuriosa, aut inofficiosa alicubi videatur, consuetudinem veteris Clocharii ejusdem Ecclesiae non infirmamus, sed in manibus Abbatis, et Monachorum, prout mos est permanere laudamus. Canonici vero qui nunc in ipsa sunt Ecclesia, aut inposterum fuerint, decernimus in jam dicto novo Clochario Tintinabulum, seu Cloccas adponere, et sonare, et sonando Psalmos et Dominicam Orationem pro nostrarum, et omnium Fidelium Animarum devote cantare, et psallere. Ad plenarium itaque confirmationem horum, que superius leguntur, sigillum Beati Ambrosii huic pagine inprimi jubemus, subscribendo etiam nostras manus imponimus, insuper sub interminatione anathematis negamus cujuscunque Ecclesiastici Officis secularive Persone contra hec agere, vel causare, quicunque enim Diabolico instinctu contraire temptaverit, sciat se tradendum cruciatibus Ananie, et Safire, nostra, et Beati Ambrosii Patroni nostri auctoritate. Qui vero hujus decreti pro intuitu observator fuerit cum Beatis Martyribus Christi Protasio, et Gervasio, et Confessore Ambrosio, atque omnibus aliis Sanctis, quorum in hac Ecclesia facimus memoriam percipiat sempiterne vite gloriam condignam. Actum est hoc XV. Kal. Novembris, qui fuit Milleximo, Centeximo, vigesimo octavo anno ab Incarnatione Domini nostri Jesu Christi. — † Ego Anselmus Mediolanensis Ecclesiae Archiepiscopus SS. — † Ego Tedaldus Archipresbiter interfui, et SS. — † Ego Amizo Archidiaconus SS. — † Ego Guazo Diaconus, et Cancellarius interfui, et SS. — † Ego Anselmus Diaconus interfui, et SS. — † Ego Ubertus Subdiaconus SS. — † Ego Anselmus Subdiaconus interfui, et SS. — † Ego Nazarius Presbiter, ac Primicerius interfui, et SS. — † Ego Rusticus Presbiter, et Camerarius SS.

• 1129. = Diploma di Corrado III creato re d' Italia dai Milanesi a favore del preposto e de'canonici di sant'Ambrogio, ai quali consegna il palazzo regio vicino alla loro basilica. *Sorman. Ib. pag.* 64, *et seq.*

Digitized by Google

An. 1129. = Alcune lettere di Paolo e Gebeardo, nobili ecclesiastici di Ratisbona, e di Martino Cimiliarca di sant'Ambrogio: *pubblicate dal Puricelli Nazar. Cap. CI, e dal Sormani. De origine Apostolica Eccl. Mediol. Apolog. I, Cap. V.*

Idem. = Lettera di Litifredo, vescovo di Novara, a Lottario re di Germania e d'Italia, intorno a Corrado creato re d'Italia dai Milanesi. *Nel Codice di Ulderico da Bamberga pubblicato dall'Eccard. Script. medii ævi. Tom. II.*

An. 1130. = Sentenza de' consoli di Milano data nel teatro pubblico della città a favore de'canonici di sant'Alessandro di Bergamo. *Carta nell' archivio della cattedrale di Bergamo.* = In Christi nomine. Die Veneris que est undecimo die mensis Julii Civitate Mediolani in Theatro publico ipsius Civitatis assistentibus quampluribus Capitaneis, Vavassoribus, et aliis Civibus dedit sententiam Ungarus qui dicitur De Curte Ducis Consul predictae Civitatis, consilio, et laudatione aliorum Consulum Mediolanensium nomina quorum Consulum sunt. Arialdus Vesconte, Arialdus Grasso, Lanfrancus Ferarius, Lanfrancus De Curte, Arnaldus De Rode, Mainfredus De Setara, Anselmus Avocatus, Capitanei ipsius Civitatis; Johannes Mainerii, Ardericus De Palazzo, Guazzo Tostaguado, Malastrena, Otto De Tenebiago, Ugo Crivello, Guibertus Cotta, Vavassores iam dictae Civitatis; Ugo Zavatarius, Alexius Lavezarius, Paganus Ingovartus, Azo Martinonus, Paganus Maxsaso Cives ipsius Civitatis: de negotio quod erat inter Ministros Ecclesiae Sancti Alexandri de Pergamo, nec non et Rusticos de loco Calusco superiore. Negotium vero tale erat. Quia dicebant ipsi Ministri predictae Ecclesiae Sancti Alexandri quod ipsi Rustici debebant facere eisdem Ministris omnes redditus, usus, et conditiones, quas testes in juditio Episcopi Pergamensis qui praeerat sententiae, et juditio ad difiniendum nominatim sicut in Brevi legitur, jurejurando firmaverant se vidisse, et audisse Bonifatium de Calusco, Gezonem Judicem de Cixinuclo, et Truffum Filium Attenis de Calusco . . . . . in presentia Episcopi, et aliorum pluriam, qui inibi aderant in veteri Castro de Calusco jurasse Rusticos de Calusco hos redditus, usus, et conditiones se vidisse facere Venditoribus Ecclesiae hoc est: Districtus totius lamentationis cum banno; fodrum quo tempore placebat; adjutorium Nuptiarum, Sponsalium, atque emptionum; et ad Hostem pergendum unusquisque per Castellantiam denario VI in anno; duos pullos; fascium foeni; duo staria anonae; Tracturam asinorum usque Mediolanum, et usque Olleum; Tracturam boum vini in Castrum, et foeni a prato ad foenile, nec non et lapides, et sabulum, et calcinam ad domos ipsorum Dominorum construendas. Insuper foenum omni tempore cum equi mittebantur per domos eorum. Lectos cotidie ad Curiam dabant, catenas ad ignes, et vasa coquinae; erbas ortorum, et camporum, et vinearum similiter; opera personarum ad fodiendos lapides, et incidenda ligna domorum, et calcariae. Confirmata igitur praedictorum Consulum fide eorum juramento, et attestatione; consilio, et laude Sociorum ejus hoc judicium protulit Ungarus; quod Dominus Episcopus sua sententia firmaverat, et auctoritate firmum, et ratum atque inconvulsum perpetuo maneret; et

Digitized by Google

praedicti Rustici Ministris Ecclesiae nominatos redditus usus, et conditiones semper exiberent de omni sua possessione quamdiu eam tenere voluerint. In eodem quoque juditio addit post datam sententiam Domini Episcopi mutationem sediminis occasione cujus . . . . . intendebant se se tueri, et deffendere non ultra in placitum posse afferre; quia nec in primis proposuerant, nec ex solis sediminibus praedicti redditus, usus, et conditiones fiebant. Canonici quoque per Avocatum suum jure, et secundum usum Curiae, juraverunt ante datam sententiam Episcopi a praedictis Rusticis ea que praecepta eis fuerant ad Episcopo jure, et secundum usum Curiae eisdem Canonicis debere exiberi. Unde praedicti Consules in concordia in postremo hanc notitiam fieri rogaverunt. Factum est autem hoc Anno Dominicae Incarnationis Millesimo centesimo trigeximo, supradicto die, Indictione octava. Interfuerunt Mainfredus De Surixina, Trankerius Baxabelleta, Otto Guandeca, Rampertus De Subtus Ecclesia, Anselmus De Brossiano, Johannes De Limidi, Antonius De Clocario, Bombellus, Matheus Prealloni de Civitate Mediolanensi. Alii de Pergamo Lanfrancus De Diacono, Lanfrancus Lazaroni, Atto Orrici, Ermenulfus De Patrengo, Benzo De Villa, Arnaldus Bugnone, Anselmus Filius Benzonis, et reliqui plures. — Ego Atto Judex Sacri Palatii interfui, et rogatus subscripsi. — Ego Ardericus Judex ex amonitione praedictorum Consulum hanc notitiam subscripsi.

An 1135. = Antica relazione di quanto avvenne nella fondazione del monistero di santa Maria di Chiaravalle presso Milano. *Puricell. Ambros. Num.* 383.

Idem. = Bolla di papa Innocenzo II a favore di Guglielmo arciprete della chiesa di san Giovanni di Monza e de' suoi successori. *Carta nell' archivio di quella chiesa, simile alla Bolla di papa Calisto II, dell'anno* 1120.

Idem. = Sentenza di Robaldo arcivescovo di Milano nella causa fra il monistero di san Pietro di Cremella e la chiesa di san Giovanni di Monza. *Carta nello stesso archivio.* = Spiritus Sancti adsit gratia. Robaldus divina procurante gratia Mediolanensis Ecclesiæ Archiepiscopus Cremellensi Monasterio in perpetuum. Veritatem. . . . . ficante, et sacra pagina confirmante. . . . . potestatum esse, et Judicum, et maxime Spiritualium, et Pontificis rerum causas æqua lance trutinare. . . . . ta, vel facta emendare, bene emendata confirmare, pacem, et veritatem ulnis caritatis amplecti; cuncta propterea quæ. . . . susceperint diligenti animi. . . . . tione, et racionis discreptione ad honorem Dei, et Sancte Ecclesiæ effectui canonice mancipare. Ea propter Ego Robaldus Dei gratia Sanctæ Mediolanensis Ecclesiæ Archiepiscopus inter se discrepantes ad pacis unitatem convocare praeoptans litem, et discordiam a longis temporibus agitatam nec tamen usque ad nostra tempora terminatam, quae inter Venerabilem Ecclesiam Sancti Joannis Modoetiae, et Beatissimi Petri Reverendum Monasterium Cremellense fuerat, cum Mediolani Ecclesia, et Venerabilibus Fratribus meis Episcopis Amizone scilicet Aquensi, Vercellensi Guisulfo, Novariensi Litefredo, Iporiensi Guidone, Laudensi Joanne, Viris Catholicis, et Religiosis, et Beati Ambrosii Suffraganeis, itemque cum consilio Majoris

Digitized by Google

Ecclesiae Canonicorum videlicet Amizonis Archidiaconi, et Tedaldi Archypresbyteri, Arderici Vicedomini, Nazarii Primicerii, atque aliorum Ordinariorum, nec non cum consilio aliorum plurimorum Religiosorum Virorum Abbafum scilicet, et Praepositorum in Archiepiscopali Domo Mediolani publice promulgata definitiva sententia terminavimus. Hujus autem negotii tota controversia circa septem versatur capitula: quatuor ad spiritualia, tria vero pertinent ad temporalia. Quorum Spiritualium primum hoc est. Querebatur enim an Cremellense Monasterium, Monasterium esset an non, quod multimodis, et certis rationibus, et . . . . . xime quia Praecessor meus Olricus Mediolanensis Ecclesiae Archiepiscopus vir bonae memoriae, et Catholicus Abbatissam in Cremellensi Monasterio confirmavit. . . . . veraciter fore, cognovimus et in perpetuum auctoritate Beati Gregorii Monasterio esse statuimus. Quae enim . . . . semel Deo dicata sunt Manost . . . . . uo Monasteria fore Magnus Gregorius . . . . . et praecepit. Secundo siquidem capitulo taliter proponebatur assertio. Asserebant utique Modoicenses Canonici, et Cremellensis Abbatissæ electionem ejusdemque confirmationem, et quod ad eadem manum obedientiæ deberent ad se pertinere, nec Sanctimonialibus ibidem Deo famulantibus Abbatissam sibi libere eligere licere. Quod totum jus Monasticum et præcipue.... Benedicti regulam santissimam fore cognoscentes, ejusdem Venerabilis Patris auctoritate Sanctimonialibus liberam, et absolutam electionem decernimus, et concedimus. Ab illis namque Prælatus eligi debet; quibus præesse oportet. Quia vero ex Imperatorum privilegiis quasi Avocatiam Modoeciensis Praepositus in praedicto loco habere videbatur, haec electio sic libere facta ei notificetur, cujus consilio, si interesse voluerit, Archiepiscopo Mediolanensi repraesentetur, ut ab eodem consecranda confirmetur; illius namque tantum est sufficiens confirmatio, ad quem pertinet consecratio. Quam electionem, seu confirmationem Modoetiensi Praeposito improbare, vel infirmare non liceat. Tertio quoque Capitulo talis proponebatur quaestio. Memoratus quippe Praepositus affirmabat nullam nisi suo arbitrio, vel praecepto Monacham ibidem esse ponendam, vel deiciendam, quod rursus absurdum prorsus et illicitum animadvertentes, de cætero ne fiat omnimodo interdicimus. Abbatissae namque est pro sui Monasterii utilitate Sororum consilio Monachas eligere, vel repellere. Quarto quidem Capitulo de imponendo Sacerdote oriebatur contentio. Jam saepedictus equidem Praepositus in Cremellensi Monasterio Sacerdotem ponere, vel auferre ..... ad jus parochiale spectant, ad se pertinere dicebat; quod totum non ex Regum concessione, sed ex longa tricenaria tranquilla possessione, quod Modoetiensis Ecclesia habuit, ei concedimus, et affirmamus. Sic tamen taliter Abbatissae fiat consilio, ut Archipresbytero ibi talem ..... ponere, quem pro rationabili causa, vel aliqua infamia Abbatissa, vel Moniales, vel Parochiani possint renuere, potius talem qui Deo, et Hominibus possit placere. Quod si talis controversia tum suborta fuerit, quae aliter sedari nequeat ad Archiepiscopum deferatur, qui prout melius visum fuerit rationabiliter finem imponat. Decursis, et determinatis Spiritualium Capitulis ita consequenter de temporalibus determinanda Capitula prosequamur. Prius tamen ne Ecclesiastica jura turbentur, et Beati Ambrosii Doctoris, et aliorum Sanctorum Patrum authoritate munitis aliquid de Spiritualibus dicendum videtur. Affirma-

Digitized by Google

mus equidem, et publice promulgamus rerum Spiritualium donationem, seu alienationem, per manus laicales, seu ab Imperatorum, vel Regum privilegiis factas nullius momenti esse debere. Unde Ambroxius Praedicator Sanctissimus ad ..... sic ait: O Imperator, maenium publicorum jus tibi concessum est non sacrorum. Et rursus: Quid tibi cum Ecclesia? Quid tibi cum Adultera? Adultera quippe est, quae cum legitimo viro copulata non est. Et alibi: Palatia ad Imperatorem, Ecclesiae tantum ad Sacerdotem. Et Spiritus Sanctae ..... a Levitis, Levitarumque Filiis tantummodo portando ageretur, dicit: Quicumque es ..... nus de Tabernaculo, etiam de Regalibus..... Non igitur Laicalibus liceat Potestatibus res Ecclesiasticas aut donare, aut alienando distraere. Quintum vero Capitulorum ad Regalia pertinens hoc est. Cremellense Monasterium Modoetiensem Ecclesiam Sancti Joannis Locum Cremellensem, non jure obtinere proclamabat. Quam causam Nos ..... definitiva sententia sic terminamus. Curtem Cremellae, et quidquid Modoetiensi Ecclesiae in temporalibus ab antiquis Imperatorum privilegiis ibidem constitutum est, seu antiqua, vel trecenaria possessione tranquille possedit Modoetienses Clericos in pace amodo possidere, et obtinere judicamus, et praecipimus. Sexto vero capitulo talis movebatur oblocutio. Modoetiensis sane Ecclesia annualem censum, quem Cremellensi Monasterio more solito annuatim reddere consueverat, sibi retinere contendebat. Quod contra jus, et veritatem fieri cognoscentes, quia veraciter cognitum est Cremellense Monasterium supradictum annualem censum, vel fictum integre, et tranquilliter, triginta annorum curriculis, seu longioribus spaciis a Modoetiensi Ecclesia recepisse, censemus, et justo judicio terminamus, quatenus supradicta Ecclesia Cremellensi Monasterio supranominatum censum annuatim ad integrum pacifice reddant, et secundum antiquam consuetudinem persolvant. Ut igitur Sancti Spiritus..... tiformi repleamur gratia, cujus benignitate terminavimus praecedentia, septimum Capitulum diffiniendum aggrediamur, Tassamatiam, et ad eam pertinentia, scilicet buscus, gratum, campus, sylva, licet de jure Sancti Joannis Modoetie fore dicerentur; tamen quia taciturnitate ..... spacio triginta annorum seu plurium, et pratum Sancti Petri, quod dicitur de Cassago Cremellense Monasterium tranquille tenuit, et possedit, quod in nostri praesentia idoneis Testibus sicut ..... idonee comprobavit, supra jam nominato Cremellensi Monasterio, censura aequitatis, et justitiae in perpetuum tenenda concessimus; pro quibus scilicet busco, prato, campo, sylva Modoetienses Canonici quatuor modios frumenti ad illam mensuram, et tres modios panici de censu sibi trecenaria possessione quiete retinentes nostro judicio, et aequitatis jure, praedictos modios amodo teneant, et habeant, et possideant. Si quis autem hoc privilegium violare in aliquo praesumpserit, et aliquid eorum, quae superius terminata sunt quovis ingenio inquietaverit, probatissimi auri libras triginta Mediolanensi Archiepiscopo componat, et sit Anathema Maranatha et pereat cum Saule, et Jonatha, nec partem habeat cum Christo Domino, qui pro nobis Peccatoribus crucifixus est in Golghota.

Acta sunt autem hec in Palatio Mediolanensi. Anno ab Incarnatione Domini Nostri Jesu Christi Millesimo Centeximo, trigesimo quinto..... u..... mo die mensis Decembris Indictione quartadecima.

Digitized by Google

An. 1136. = Donazione di alcuni fondi nel territorio di Colonago fatta a Robaldo arcivescovo di Milano che l'accetta a nome del monistero di Morimondo, che andava edificandosi colla chiesa ad onore di santa Maria e di sant'Ambrogio. *Ughell. Tom. IV, ubi de Archiep. Mediol. in Robaldo.*

Idem. = Diploma di Lottario III re di Germania, II re d'Italia, e imperatore, conceduto alla chiesa di san Giovanni di Monza. *Zucchi. Glorie di Monza, pag.* 100.

Idem. = Lettera di Robaldo arcivescovo di Milano al suo clero, con cui approva la elezione di una nuova badessa. *Carta nella Raccolta diplomatica del signor dott. Sormani.* = R. Dei gratia S. Mediolanensis Servus Ecclesiae, ejusdem Ecclesiae Dilecto ac Venerabili Clero magni consilii, et fortitudinis Angelum, et aeternae dulcedinis gaudium. Ad ea omnia summopere perficienda quae Deo fore beneplacita credimus, modis omnibus, Karissimi satagere et collaborare debemus. Illud vero Redemptori, et Propitiatori nostro gratum, et acceptum fieri neutiquam dubitamus, quod in ipsius nomine, et honore fieri postulantes optamus: unde Veritas ait in Evangelio: quaecumque petieritis Patrem in nomine meo dabit vobis. Quia igitur quod a Fidelibus juste petitur divinitus effectui procul dubio mancipatur, vestris justis petitionibus omnia annuere volumus, Eapropter Sororem illam quam tantis laudibus attollitis, et dignis moribus ornatam, et Religiosae Conversationis operibus decoratam, nec non ab ejusdem Monasterii Sororibus unanimiter, et canonice electam asseritis Sanctae vestrae discretionis consilio initentes in Abbatissam confirmari, et conlaudari volumus. Unde pro tantae Personae reverentia, et honore per duos de Karissimis nostri Fratribus Ordinariis similiter cum Vicedomino, et per Reverendissimum Fratrem nostrum Domnum Primicerium cum praesentis schedulae bajulis, ea quae desunt vice nostra decenter, ac solemniter in ea ex integro adimpleri mandamus.

An. 1137. = Diploma del soprannominato imperator Lottario in favore degli abitanti di Trivillio. *Nel Codice che si conserva nell' Archivio di quel luogo.* = In nomine Domini nostri Jesu Christi Domini aeterni. Lotarius Divina ordinante clementia Imperator Augustus. Dignum est ut eorum petitiones hi studiose obaudire, et affectuosa deliberatione procurare decertent qui divina Majestate Imperiali sunt dignitate praelati, quorum studio, et benevolentia in iis decertare cognoscant, quae ab obsequia Divinae Majestatis pertinent solatium et tutamen suae felicitatis, et aeternae rèmunerationis compendium. Igitur cunctorum Fidelium Sanctae Dei Ecclesiae nostrorumque cognoscat solertia quod Henricus Divae Memoriae Rex concessit Nos pro salute animae vitaeque nostrae Monasterio SS. Martyrum Protasii, et Gervasii seu Beatissimi Antistitis Simpliciani ejusdem Monasterii Abbati per nostram Imperialem auctoritatem concedimus, atque corroboramus; ut omnes in loco Trivillio qui dicitor Grasso habitantes nullam deinceps, etc. (ut in diplomate Henrici anni 1081), regale fodrum quando in Regnum Lombardiae venerimus, et Scudasia (ut supra usque ad finem) relinquimus. Anno ab incarnatione Do-

Digitized by Google

mini nostri Jesu Christi Mill. cent. trigesimo septimo Indictione quinta decima regnante Lothario Imperatore. Data fuit Firmo quinto Idus aprilis. — Bruno Archiepiscopus, et Cancellarius recognovit.

An. 1137. — Investitura della chiesa di Santa Maria di Montano data da Margherita badessa del Monistero Maggiore, e Waldrada e Teruita, per fondarvi un nuovo monistero di monache. *Carta nell'archivio di Santa Maria in Valle.* = Anno Dominice incarnationis Milleximo, Centesimo Trigesimo Septimo, mense julii, Indictione quintadecima. Presentia illorum Hominum, quorum nomina subtus leguntur, per lignum, et pergamenam, que suis tenebant manibus Domna Margarita abbatissa Ecclesie, et Monasterio Sanctorum Marie, et Mauritii, quod dicitur Majore, quod est situm infra hanc civitatem Mediolani, et Gisla, et Berta, seu Waldrada, atque Margarita, et Ogeria, et Scholastica, Monache ejusdem Monasterii investiverunt Waldradam, atque Truitam, in vice, et utilitate aliarum Feminarum venentium ad hanc fraternitatem, et societatem Religionis in Christo, que inferius leguntur. Nominative de Ecclesia una, que est edificata in honore Sancte Marie, que dicitur de Montano, et de rebus pertinentibus ad ipsam ecclesiam, excepto de rebus de Pustinago, et de rebus de Concorezo, eo tenore sicut hic subtus legitur. Itaut amodo in antea usque in perpetuum ipsa Waldrada, et Truita, et ille Femine, que sunt in eadem Societate Religionis venientium ad hanc ecclesiam Sancte Marie de Montano, et earum Succetrices faciant de ista Ecclesia Sancte Marie de Montano, et de rebus ipsius Ecclesie, preter de his rebus, que supra exceptate sunt, quicquid voluerint, sine contradictione predicte Abbatisse, et de ejus Succetricibus; ad persolvendum eidem Abbatisse, et ejus Succetricibus omni anno, ut legitur in isto Constituto, per omne Festum Sancti Mauritii denarios bonos Mediolanenses solidos quinque, et candelas duas, de duabus libris cere pro unaquaque candela. Quia sic inter eas convenit. Actum in isto monasterio Sancti Mauritii. Signum manuum Ambrosii, Alfrendi, Petri de Roxate, Joannis De Selanno, Gazeti, Testium. Ego Ardericus Notarius, ac Judex scripsi.

• 1138. = Sentenza di Robaldo arcivescovo di Milano a favore della badessa del monistero di Meda, contro il preposto della chiesa pievana di Seveso. *Saxius. Series Archiepisc. in Robaldo.*

• 1139. = Bolla di papa Innocenzo II a Brunone abate del Monistero di Santa Maria di Bagnolo, altrimenti di Chiaravalle, nella diocesi di Milano, colla quale sottopone allo stesso abate il monistero di Cerreto. *Carta nell'archivio de' monaci di Sant'Ambrogio.* — Innocentius Episcopus servus servorum Dei. Dilecto Filio Brunoni Abati Monasterii Sancte Marie, quod in Villa Balneoli in Mediolanensi territorio situm est, ejusque successoribus regulariter promovendis in perpetuum. Si Religiosorum virorum preces et desideria paterna benignitate admittimus, nostris procul dubio oportunitatibus clementem Dominum reperimus. Cumque universis ecclesiis per Orbem terrarum longe lateque diffusis, ex injuncto nobis a Deo Apostolatus officio debeamus salubriter providere, illis tamen in reformatione religionis, et in ceteris propensiori

Digitized by Google

studio nos convenit imminere, que sub Beati Petri dicione consistunt, et peccatis exigentibus sunt in temporalibus et spiritualibus imminute. Hujus rei gratia dilecte in Domino Fili Bruno Abbas, tuis postulationibus impertimur assensum, et Abbatiam de Cerreto, que Beati Petri juris existit, tibi tuisque successoribus Apostolica dispensatione concedimus, ut videlicet per Te ac Fratres tuos ibidem honestas, et religio reformetur, et idem locus tam temporaliter, quam spiritualiter gratum incrementum suscipiens monasterio Clarevallis subjaceat. Adicientes etiam, ut tam locus ipse, quam universa, que sibi in presentiarum in terris, pratis, pascui, silvis, aquis, et ceteris omnibus, cultis, vel incultis, canonice ac legitime pertinent, aut in futurum concessione Pontificum largitione Regum, vel Principum, oblatione Fidelium, vel aliis justis modis Deo propitio poterit adipisci, Tibi, tuisque successoribus firma, et illibata permaneant. Ad inditium autem, quod eadem Abbatia Beati Petri juris existat, singulis annis duodecim numos Mediolanensis Monete Nobis nostrisque successoribus census nomine persolvetis. Ut autem securius, atque liberius Omnipotentis Dei servitio vacare positis auctoritate Apostolica constituimus, ut de laboribus, quos propriis manibus colitis, decimas, vel primitias a vobis exigere, vel recipere nemo presumat Decernimus ergo, etc. — Ego Innocentius Catolice Ecclesie Episcopus subscripsi. — Ego Conradus Sabinensis Episcopus subscripsi. — Ego Thedovvinus Sancte Rufine Episcopus subscripsi. — Ego Albertus Albanensis Episcopus subscripsi. — Ego Albericus Hostiensis Episcopus subscripsi. — Ego Gerardus Presbit. Car. Tit. Sancte Crucis in Jerusalem subscripsi. — Ego Anselmus Presb. Car. Tit. Sancti Laurentii in Lucina subscripsi. — Ego Lucas Presb. Car. Tit. Sanctorum Joannis, et Pauli subscripsi. — Ego Boetius Presb. Car. Tit. Sancti Clementis subscripsi. — Ego Jvo Presb. Car. Tit. Sancti Laurentii in Damaso subscripsi. — Ego Otto Diac. Card. Sancti Georgii Ad velum aureum subscripsi. — Ego Guido Diac. Card. Sanctorum Cosmi, et Damiani subscripsi. — Ego Octavianus Diac. Card. Sancti Nicolai in Carcere subscripsi. — Datum Laterani per manum Aimerici Sancte Romane Ecclesie Diaconi Cardinalis, et Cancellarii XIV Kal. Decembris. Indict. III. Incarnationis Dominice anno MCXXXIX. Pontificatus vero Domni Innocentii PP. anno decimo.

An. 1139. = Diploma di Robaldo arcivescovo di Milano alla badessa e monache del monistero di Montano dell' ordine di san. Benedetto, con cui le dichiara libere da qualunque obbligazione di pagar decime al preposto della chiesa pievana di Rosate, ed a' suoi fratelli, o ad altri. — *Murator. Antiq. medii ævi, tom. III, pag.* 225. *Saxius. Series Archiepisc. in Robaldo.*

Idem. = Diploma dell'arcivescovo medesimo, con cui riceve sotto la sua protezione il nuovo monistero di santa Maria di Fontegio. *Nell'archivio delle monache di Santa Maria delle Veteri.* = Robaldus Dei gratia Sanctae mediolanensis Ecclesiae Archiepiscopus. Dilectae in Christo Filiae Bonitati Abbatissae Monasterii Ecclesiae Sanctae Mariae, quae dicitur ad Fonticulum noviter aedificati, et ejus Sororibus tam praesentibus quam futuris in perpetuum. Suscepta pastoralis Officii cura nos admonet, et hortatur quatenus Christi Sponsae

Digitized by Google

videlicet Ecclesiae decorem totis diligamus viribus, et ad ejus dilatandam Religionem attentius laboremus. Proinde id quod debemus cupientes pro posse effectui mancipare Sancti Monialium Monasterium, in quo Divina miserante clementia devote atque religiose secundum Beati Benedicti Regulam Deo gratum exhibeant famulatum ad honorem Dei, et Sanctae Genitricis Mariae in loco praenominato videlicet in Ecclesiae Sanctae Mariae, quae dicitur ad Fonticulum, communicato Fratribus nostris consilio, ut in perpetuum maneat fieri concessimus. Praescripti autem Monasterii, atque Monialium ibi commorantium curam regimen, et Abbatiam tibi Bonitati Dilectae in Christo Filiae nostrae, ut credimus, Sapienti, atque Discretae, fideliter committimus, atque auctoritate Dei, et Beati Ambrosii, et nostra potestatem rebelles, atque inobbedientes si quae, quod absit, fuerint, coercendi tibi tribuimus. Quia vero quantum fragilior est fœmineus sexus tanto charitate propensiori consolandus est, ac defendendus, praedictum Monasterium sub nostra quadam prae cæteris dilectionis praerogativa, et Mediolanensis Ecclesiae protectione, gubernatione, atque defensione suscepimus: et ut omnes ab ejus infestatione, atque dilaniatione desistant, auctoritate Dei, et Beati Ambrosii firmiter praecipimus. Praeterea in subjectionis signum ut unoquoque anno Abbatissa, quae pro tempore fuerit, in Purificatione Beatae Mariae, Archiepiscopo qui pro tempore fuerit, vel ejus Missis, per nuncios suos, quatuor librarum offerat cereos statuimus. Quicumque autem hanc nostri privilegii paginam infringere tentaverit sit anathema maranata, atque Fidelium consortio, donec digne satisfaciat, omni modo careat. Actum ..... hoc in palatio Mediolanensi. Anno ab Incarnatione Domini nostri Jesu Christi Millesimo centesimo trigesimo nono; IV die Kalendarum octubrium Indictione tertia. Ut autem hoc ratum, et in convulsum habeatur praedictus Archiepiscopus hanc privilegii paginam suo sigillo insigniri praecepit. — † Ego Robaldus Dei gratia Mediolanensis Archiepiscopus subscripsi. — † Ego Tedaldus Archipresbyter subscripsi. — † Ego Amizo Archidiaconus subscripsi. — † Ego Landulfus Presbyter subscripsi. — † Ego Wido Presbyter subscripsi. — † Ego Guifredus Presbyter subscripsi. — † Ego Adelardus Diaconus subscripsi. — † Ego Ardericus Vicedominus subscripsi. — † Ego Anselmus Diaconus subscripsi. — † Ego Wilielmus Diaconus subscripsi. — † Ego Galdinus Cancellarius subscripsi. — † Ego Berengarius Diaconus subscripsi. — † Ego Jordanus Diaconus subscripsi. — † Ego Vvaberius Subdiaconus subscripsi. — † Ego Anselmus Subdiaconus subscripsi. — † Ego Nazarius Presbyter, ac Primicerius subscripsi. — † Ego Lanterius Presbyter, et Praepositus subscripsi. — † Ego Guitardus Presbyter S. Georgii astante Praeposito subscripsi.

An. 1140. = Sentenza di Robaldo arcivescovo di Milano a favore di Giovanni vescovo di Lodi, contro il vescovo di Tortona. *Ughel. T. IV, pag.* 668.

Idem. = Sentenza dello stesso arcivescovo a favore della chiesa pievana di san Vittore di Varese, per la elezione degli ecclesiastici nella chiesa di santa Maria del Monte. *Carta nell'archivio di quella chiesa pievana.* = Robaldus Dei gratia Sancte Mediolanensis Ecclesie Archiepiscopus. Dilecto in Cristro Fratri Alberico Varisiensi Preposito, et ejus Fratribus tam presentibus quam fu-

Digitized by Google

turis in perpetuum. Sacra testante Scriptura sicut a justitie declinantibus tramite pena debetur perpetua, ita veri assecutores judicii premio ditabuntur eterno. Proinde cum Psalmista clamantes: De vultu tuo judicium prodeat, et oculi mei videant equitatem: ut pro justa promulgatione sententie, corone immarcescibilis consequamur premium, litem inter Mediolanensem Ecclesiam, et Plebem Varisiensem noviter exortam debito curavimus decidere fine. Controversia, et ex utraque parte allegationes he sunt. Asserebant siquidem prefate nostre Ecclesie Ordinarii. Ecclesiam Sancte Marie de Monte, ita ad jus, et dominium Archiepiscopi Mediolanensis spectare, ut Archipresbiterum, qui predictam regeret Ecclesiam, et Sacerdotes, et Clericos, qui inibi Divina celebrarent Officia quoscunque vellet, sive de Plebe Varisiensi, vel aliunde libere in ea ponere posset; ad quod probandum minus sufficientia inducebant argumenta. E contra Varisiensis Plebis Prepositus, et Clerici predictam Ecclesiam de Monte ita ad dominium, et jus suum pertinere, quod promemoratus Archiepiscopus Archipresbiterum, et Clericos in ea ordinandi, dumtaxat de Plebe Varisiensi, et non aliunde, potestatem habeat, his nitebantur adstruere argumentis. Pretaxata Ecclesia de Monte infra terminos Plebis est edificata. In Sabbatho Sancto Ecclesie nostre Varisiensis Levita cereum benedicit; Sacerdos Baptismi sanctificat aquam. In Sabbatho Pentecostes totius Plebis ibi celebramus generalem Baptismum. Preterea in Assumptione Sancte Dei Genitricis, et omnium Sanctorum festivitate Vesperas, Missas majores, tanquam potestatem habentes, communiter in sepedicta celebramus Ecclesia; quibus peractis ab Archipresbitero honeste datur refectio. Insuper quod quinquaginta annorum spatio, et eo amplius Archipresbiteri, et Officiales de Plebe Varisiensi fuerint in Ecclesia Beate Marie de Monte, testibus asserebant idoneis. Utrinque vero rationibus diligenti examinatione discussis, communi Fratrum nostrorum tam Ordinariorium, et Primicerii, quod aliorum Sapientum, et Religiosorum Virorum consilio decernimus, ac jure perpetuo stabilimus, ut de cetero nullus Clericus, nisi de Varisiensi Ecclesia hujusmodi Archipresbiteratus potiatur honore, nec aliunde in sepedicta Beate Marie Ecclesia Clericus ordinetur; sed Archiepiscopus, qui pro tempore fuerit secundum proprium arbitrium, absque alicujus contradictione, per se, et Clero Varisiensi quemcumque voluerit eligendi, et assumendi in omnibus, et per omnia liberam potestatem habeat, atque ad honorem Dei, et Beate semper Virginis Marie, itemque ad honorem Beati Ambrosii hujusmodi electum in Ecclesia ipsa Beate Marie Archipresbiterum constituat: Clericos autem quos ibi ordinare voluerit, predicti Archipresbiteri consilio, de Plebe Varisiensi, ut dictum est, tantummodo sumat. Memoratus quoque Archipresbiter, et ejusdem Ecclesia, Beate scilicet Marie, Clerici, sub regimine, et obedientia Archiepiscopi perpetuo maneant; ut nulli alii nisi Archiepiscopo soli, ad deponendum, seu ordinandum, vel judicandum, seu corrigendum subiaceant, et debitam ei obedientiam semper exhibeant. Veruntamen annuales census, et solemnes reverentias, quas Varisiensis Ecclesia in ipsa Ecclesia Beate Marie semper Virginis, consuetudine antiqua, habere dignoscitur, absque ulla diminutione Plebi varisiensi per anno singulos solvendas esse censemus. Actum est hoc ad Domno Robaldo Mediolanensi Archiepiscopo in Palatio Mediolanesi, anno Millesimo Centesimo,

Digitized by Google

Quadragesimo, mense Novembris, Indictione quarta. — † Ego Robaldus Dei gratia Mediolanensis Archiepiscopus subscripsi. — † Ego Anselmus Diaconus interfui, et subscripsi. — † Ego Berengarius Diaconus subscripsi. — † Ego Adelardus Diaconus subscripsi. — † Ego Jordanus Diaconus subscribsi. — † Ego Galdinus Cancellarius a me dictato subscripsi. — † Ego Ardericus Vicedominus, et Cimiliarca interfui, et subscripsi. — † Ego Obitius Subdiaconus interfui, et subscripsi. — † Ego Oprandus Camerarius subscripsi. — † Ego Lanfrancus Clericus Sancte Tecle interfui, et subscripsi. — † Ego Johannes Presbyter, et Magister Scholarum subscripsi. — † Ego Martinus Presbyter, et Prepositus Ecclesie Sancti Ambrosii subscripsi. — † Ego Johannes, qui dicor Catus, hoc privilegium scripsi. — † Ego Wido Presbyter subscripsi. — † Ego Guifredus Presbyter subscripsi. — † Ego Ardericus Notarius subscripsi. — † Ego Azo Presbyter, et Prepositus Scholarum subscripsi. — † Ego Stephanus Archipresbyter subscripsi. — † Ego Waldericus Subdiaconus subscripsi. — † Ego Henricus Subdiaconus subscripsi.

An. 1140. = Sentenza consolare in una lite fra Uberto conte di Seprio, e Locarno da Besozzo, per le terre di Mendrisio, e di Rancate. *Paulus De Rhaude. De sua Familia. Raphael. Fannianus ubi De Familia De Rhaude.*

1141. = Lettera di Robaldo arcivescovo di Milano a Gregorio vescovo di Bergamo, con cui lo avvisa di aver terminata la lite fra i due capitoli di sant'Alessandro e di san Vincenzo di quella città. *Ughel. Tom. IV, ubi de Episcop. Bergom.*

Idem. = Sentenza dello stesso arcivescovo Robaldo nella mentovata causa. *Ughel. Ib.*

Idem. = Bolla di papa Innocenzo II, che prende sotto la protezione della santa sede apostolica lo spedale di san Biagio presso Monza, ed il maestro e i frati di esso. *Carta nell' archivio delle monache di sant'Apollinare di Milano.* = Innocentius Episcopus Servus Servorum Dei Dilecto Filio Adam Magistro Hospitalis, quod est apud Sanctum Blasium juxta Modoetiam ejusque Fratribus, tam præsentibus, quam futuris canonice substituendis in perpetuum. Ad hoc in Apostolicæ Sedis regimen disponente Domino promoti sumus, ut piis votis assensum præbere, auresque nostras justis inclinare petitionibus debeamus. Ea propter Dilecte in Domino Fili Adam, devotionem tuam laudabilem adtendentes præfatum Hospitale quod cum omnibus suis appenditiis, assensu, et consilio Arnaldi, et Johannis aliorumque Vicinorum ipsius loci, sub censu, sex denariorum Mediolanensis Monetæ veteris nobis nostrisque Successoribus annualiter persolvendo, Beato Petro et nobis offers paterna benignitate suscipimus, et præsentis scripti pagina communimus. Statuentes ut quascunque possessiones, quæcunque bona idem Hospitale in præsentiarum juste, ac legitime possidet, aut in futurum rationabilibus modis, Deo propitio, poterit adipisci firma eidem Hospitali, ac Pauperibus et inlibata permaneant. Si qua igitur, etc.

In Circulo — *In Monogrammate*

Adjuva Nos Deus Salutaris noster. — Bene valete.

Digitized by Google

Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ Episcopus subscripsi. — † Ego Gerardus Presb. Card. Tit. S. Crucis in Jerusalem SS. — † Ego Gregorius Diac. Card. SS. Sergii, et Bachi SS. — † Ego Hubaldus Diac. Card. S. Mariæ in via lata SS. — † Ego Guido Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Diac. Card. SS. — Dat. Laterani per manum Baronis Capellani, et Scriptoris. Idibus Octobris Indictione V. Incarnationis Dominicæ anno MCXLI. Pontificatus vero Domni Innocentii PP. II. Anno XII.

An. 1142. = Sentenza consolatore pel già mentovato feudo della terra di Mendrisio. *Argellat. Bibl. Script. Mediol. ubi de Oberto Ab Horto, Fonnianus ubi De Familia Ferraria, pag.* 65, *a tergo.*

1143. = Sentenza de' consoli di Milano in una nuova lite fra i monaci e i canonici di sant'Ambrogio, favorevole ai primi. *Puricel. Ambros., num.* 390.

Idem. = Diploma di Robaldo arcivescovo di Milano, con cui approva la fondazione di una nuova chiesa e canonica regolare nel luogo di Domergasco, o Domenegasco. *Saxius. Series Archiep. Mediol. in Robaldo.*

Idem. = Breve di papa Celestino II, al preposto di Rosate, ed a'suoi fratelli canonici, dove loro impone di non molestare per le decime il monistero delle monache di Montano. *Carta nell'archivio delle Monache di Santa Maria in Valle.* = Celestinus Episcopus Servus Servorum Dei. Dilectis Filiis A. Præposito, et Canonicis de Rosata Salutem, et Apostolicam benedictionem. A Sede Apostolica statutum est, ut Religiosæ Personæ de laboribus, quos propriis manibus, aut sumptibus excolunt, sive de nutrimentis suorum animalium decimas solvere non cogantur. Quo contra perlatus est clamor ad aures nostras, quod a Sanctimonialibus Sanctæ Mariæ de Montano decimas exigitis, et violenter ab eis extorquetis. Quia igitur in his, quæ a Sede Apostolica statuuntur absque sui status periculo nulli licuit deviare, per præsentia vobis scripta præcipimus, quatenus decimas ab eisdem Sanctimonialibus exigere nullatenus præsumatis, set siquam ibidem justitiam vos habere confiditis, in nostra præsentia ostendatis. Dat. Lat. VIII. Idus Novembris.

Idem. = Lettera di Robaldo arcivescovo di Milano a papa Celestino II, contro la sentenza de' consoli nella causa fra i monaci ed i canonici di sant'Ambrogio. *Sorman. de Præemin., pag.* 69.

Idem. = Breve di papa Celestino II, ai consoli di Milano, disapprovando la lor condotta nella sopraddetta causa. *Sorman. Ib., pag.* 68.

Idem. = Lettera di san Galdino cancelliere arcivescovile di Milano a Goizone cardinale e legato in Lombardia, sopra la stessa causa. *Sorm. Ib., pag.* 70.

Idem. = Lettera di un nobile milanese, chiamato Malastriva o Malastrena, al soprannominato cardinal Goizone per la causa medesima. *Sorm. Ib., pag.* 72.

Digitized by Google

An. 1143. = Lettera dell'arcivescovo Robaldo, al cardinal Goizone per lo stesso affare. *Sorman. Ib., pag.* 71.

• 1144. = Breve di papa Lucio II, a Robaldo arcivescovo di Milano, con cui lo avvisa di differire a dar sentenza nella causa fra i monaci e i canonici di sant'Ambrogio fino all'arrivo di due cardinali legati ch'egli spediva a tal fine. *Da un Codice della Bibl. Metrop. Segnato* †, *num.* 90.

Idem. = Altro breve di papa Lucio II, allo stesso arcivescovo, ove gli impone di passare alla decisione della sopraddetta causa co' due cardinali legati, che già erano giunti in Lombardia, e intanto dichiara nulla la sentenza de' consoli di Milano. *Sorman. Ib., pag.* 73.

Idem. = Sentenza dell' arcivescovo e dei due legati a favore de' canonici di sant'Ambrogio. *Nel sopracit. Codice della Bibl. della Metrop.*

Idem. = Lettera de'cardinali legati al sommo pontefice per avvisarlo della sentenza data da essi, e dall'arcivescovo. *Sorman. Ib. pag.* 74.

Idem. = Lettera di Robaldo arcivescovo a tutti i monisteri della sua diocesi, con cui loro notifica la scomunica fulminata da lui, e da'cardinali legati contro i monaci di sant'Ambrogio, che ricusavano di sottoporsi alla loro sentenza. *Sormam. Ib., pag.* 77.

Idem. = Lettera dell'arcivescovo Robaldo a tutto il suo clero per la stessa cagione. *Sorman. Ib.*

Idem. = Dichiarazione dell' arcivescovo Robaldo, con cui decide a favore de' canonici di sant'Ambrogio, due punti lasciati indecisi nella già data sentenza. *Dal Codoce supracit. della Bibl. Metrop.*

Idem. = Breve di papa Lucio II, ai canonici di sant'Ambrogio, col quale si rallegra della decisione già fatta; ma restando un punto ancora dubbio, riserva a sè il giudicare sopra di esso, e cita essi non meno che i monaci a comparire alla sua presenza. *Dal sopracitato Codice.*

Idem. = Lettera dell'arcivescovo Robaldo al cardinal Goizone, a cui caldamente raccomanda i canonici, ch'erano per portarsi a Roma. *Sorm. Ib., p.* 73.

Idem. = Breve del sommo pontefice Lucio II, a Martino preposto di sant'Ambrogio ed a suoi canonici, con cui conferma pienamente non solo la sentenza dell'arcivescovo, e de'legati, ma anche la dichiarazione fatta dall'arcivescovo. *Sorman. Ib. pag.* 75.

Idem. = Breve dello stesso papa all'arcivescovo Robaldo, che contiene le stesse cose, e di più la conferma della scomunica contro i monaci. *Id. Ib. p.* 76.

Digitized by Google

An. 1144. = Concordia fra i canonici ed i monaci di sant'Ambrogio, con cui termina la lite. *Puricel. Ambros. N.* 398.

Idem. = Diploma di Robaldo arcivescovo a favore di Brunone abate di Cerreto, a cui conferma il possesso de' beni di Vico Maggiore e di Bagnolo. *Ughel., tom. IV. In Episcop. Laudens.*

Idem. = Sentenza di Uberto arcidiacono della chiesa metropolitana di Milano delegato dall'Arcivescovo Robaldo a favore di Lanfranco vescovo di Lodi contro Brunone abate di Cerreto. *Dalla Raccolta del signor dott. Sormani.*

Idem. = Diploma di Robaldo arcivescovo di Milano, con cui dona a Gallizio preposto della basilica di sant' Eustorgio ed a' suoi fratelli canonici lo spedale vicino fondato nel sobborgo di porta Ticinese. *Carta nell'archivio delle Monache di Santa Maria Delle Veteri.* = Robaldus Dei gratia Sanctae Mediolanensis Ecclesiae Archiepiscopus. Dilectis in Christo Fratribus Gallitio praeposito Sancti Eustorgii, et ejus Fratribus tam praesentibus, quam futuris in perpetuum. Suscepti Pastoralis Officii cura nos admonet, et hortatur quatenus nostris Filiis paterno providentes affectu uti bona confoveamus studia, eorum justis annuamus precibus. Proinde Venerande Frater Gallitie Praeposite Beati Eustorgii tuos tuorumque Fratrum admittendo petitiones Hospitale, quod constructum est ad honorem Dei et Pauperum sustentationem in Suburbio Portae Ticinensis, ejusdem Hospitalis ordinationem, dispositionem, regimen, dominium, et administrationem nostra et Sanctae Mediolanensis Ecclesiae auctoritate, ut in tua permaneat obbedientia tibi tuisque successoribus jure perpetuo donando concedimus, et concedendo donamus. Decernimus itaque quatenus nullus Archiepiscopus, Praepositus, Sacerdos, seu aliqua Ecclesiastica Saecularisque persona super hoc Te tuosque Successores de cœtero inquietare, aut perturbare praesumat. Si quis autem quod absit huic nostro decreto obviare tentaverit tamquam pervasor sacrilegus a sacratissimo Corpore, et Sanguine Domini nostri Jesu Christi alienus existat. Observantibus vero pax multiplicetur et gratia. Amen. Actum est hoc a Domno Robaldo Dei gratia Mediolan. Archiepiscopo Venerabili feliciter. Millesimo centesimo quadragesimo quarto mense Junii Indictione VII. — † Ego Robaldus Dei gratia Mediolanensis Archiepiscopus. — † Ego Tedaldus Archypresbiter SS. — † Ego Guifredus Presbiter SS. — † Ego Anselmus indignus Diaconus SS. — † Ego Adelardus Diaconus SS. — † Ego Galdinus Subdiaconus, et Cancellarius a me dictato SS. — † Ego Landulfus Obesociensis subscripsi. — † Ego Johannes Sub. SS. — † Ego Landulfus Presbyter SS. — † Ego Wido Presbiter SS. — † Ego Wilielmus Diaconus SS. — † Ego Jordanus Diaconus SS. — † Ego Marchus Sanctae Mariae Clericus SS. — † Ego Suzo S. Mediol. Eccl. Clericus SS. — † Ego Nazarius Presbyter, ac Primicerius SS. — † Ego Azo Presbyter ac Praepositus et Primicerius Lectorum SS. — † Ego Stephanus Archipresbiter SS. — † Ego Martinus Praepositus Ecclesiae S. Ambrosii SS. — † Ego Gulielmus Abbas Monasterii S. Vincentii SS. — † Ego Obertus Archiep. SS. — † Ego Wilielmus Monast. Sancti Simpliciani indi-

Digitized by Google

gnus Abbas SS. — † Ego Obitius Subdiaconus, et Cimiliarcha interfui, et SS. — † Ego Presbyter Subdiaconus SS. — † Ego Enricus Subdiaconus SS.— † Ego Oprando Camerarius SS. — † Ego Gulielmus Abbas Monasterii Sancti Vincentii SS. — Consuetum sigillum in cera alba.

An. 1145. = Lettera del clero e del popolo d'Acqui a Robaldo arcivescovo di Milano per la consecrazione del loro vescovo. *Nella Raccolta del sig. dottore Sormani.* = Domino et Patri R. Dei gratia Mediol. Ecclesiae Archiepiscopo, atque Domno V ejusdem dono gratiae Aquensis Ecclesiae Electo, universus praefatae Civitatis Clerus, Sanctique Petri Abbas, et Ancillarum Christi minima N. solo nomine dicta Abbatissa, Consules, et Vassalli totusque fere Civitatis Populus utriusque sexus, Oppidani, ac Paisani quicquid carissimo Patri, ac desiderabili Domino. Notum tibi esse volumus, Domine, quod si ad praesentiam tuam delatae sunt aliquae falsae litterae nuper minime credas, quia si contigit ut credimus in veritate noscas sine consilio, et consensu nostro fore missas, et sub insidiis et dolo ac scismate ab inimicis Sanctae Dei Ecclesiae ejusque perturbatoribus esse compositas, prorsusque falsissimas: et obnixe precamur quatenus de hujusmodi Delatoribus talem facias vindictam, ut eosdem fortiter pœniteat; caeterique de caetero a tali desistant, eorum exemplo pravitate, et juste punienda iniquitate. Itidem vehementer obsecramus ut Clericis S. Secundi Astensibus litteras vestras dirigere dignemini, ne sint perturbatores Populi nostri. Est ibi quidam Monoculus nomine Tebaldus, qui furtive tales scribit litteras, et causa scismatis, errorisque gravissimi, clanculo in Civitate nostra facit conventicula cum Meladiensibus, et aliis inimicis nostris. Quod adventum tuum desiderabilem carissime Pater, ac Domini nostri V, tot terminorum mutasti dilationibus nimis, et ultra quam credi possit nos afficit, et contristat. Inimici nostri pernimium super nos extolluntur, fideles et amici tristes et verecundi redduntur. Ergo Domine venias, et noli amplius tardare, quia oportet te meminisse, quod..... antepenultimis litteris tuis nobis mandasti, quia tepiditas, ac dilatio de Pastoris electione Aquensi Ecclesiae nimis periculosa, et perniciosa fieri videtur. Itaque precamur, ut si ad statutum videlicet in Ebdomada Pentecostes Deo comite ventur ..... patienter omnes infestationes ac perturbationes omnino sustinebimus: ab illo vero termino scias procul dubio neque ..... neque ..... amplius expectare posse, quia multae insidiae, et scandala, et conspirationes, quae non valemus ampliu tolerare grav.... insurgent in nobis. Vassallis quoque n..... si placet aliquibus mandare deberes, ut tibi obvient. Exi; festina, dilatio magna ruina.

1146. = Breve di papa Eugenio III ai consoli di Lodi, con cui dichiara nulla una sentenza fatta a nome della buona memoria di Robaldo arcivescovo di Milano a favore di Lanfranco vescovo di Lodi. *Nell'Archivio Ambrosiano.*

Idem. = Lettera di un vescovo di Costanza legato di Corrado re de' Romani in Lombardia al popolo di Crema. *Murator. Antiq. medii ævi, tom. IV, pag.* 27.

Digitized by Google

An. 1146. = Diploma di Oberto arcivescovo di Milano a favore di Arialdo abate e de' Monaci di san Dionisio. *Puricel. Ms. in Bibl. Ambr. Cod. Sign. C in fol. N.* 76. = Obertus Dei gratia Sanctae Mediolanensis Ecclesiae Archiepiscopus Dilecto Fratris Arialdo, Ecclesiae sancti Dionisii Abbati, ejusque Fratribus tam praesentibus, quam futuris in perpetuum. Pastoralis Officii clementiae convenit Religiosos diligere, et eorum loca pia protectione munire. Dignum namque, et honestati conveniens esse dignoscitur, uti ad id, quod sumus assumpti pro viribus exercendo Ecclesias nostro commissas regimini a pravorum Hominum nequitia tueamur, et nostro patrocinio foveamus. Ea propter Dilecti in Domino Fratres, vestris justis Annuentes petitionibus praefatum Beati Dionisii Monasterium in quo Divino mancipati estis obsequio in nostra, et Sanctae Mediolanensis Ecclesiae protectione, et defensione suscipimus, et praesentis scripti privilegio communimus. Statuentes siquidem, ut quascunque possessiones, quaecunque bona eadem Ecclesia in praesentiarum juste, et canonice possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum, vel Principum, oblatione Fidelium, seu aliis justis modis Deo propitio poterit adipisci firma obis, vestrisque successoribus, et inlibata permaneant. In quibus haec propriis nominibus duximus exprimenda etc. = Nel restante questo privilegio concorda con quello di Papa Adriano IV, pubblicato dal sig. Muratori. *Antiq. medii aevi, tom. V. pag.* 1035. = Actum est hoc a Domino Oberto Sanctae Mediolanensis Ecclesiae Venerabili Archiepiscopo, anno Dominicae Incarnationis Millesimo centesimo quadragesimo sexto, mense octobris, Indictione decima. — ✠ Ego Obertus Archiepiscopus SS. — Ego Tedaldus Archipresbyter SS. — Ego Landulfus Presbyter SS. — Ego Anselmus indignus Diaconus libenter SS. — Ego Guifredus Presbyter SS. — Ego Jordanus Diaconus SS. — Ego Rogerius Diaconus SS. — Ego Adelardus Diaconus SS. — Ego Obitius Subdiaconus, et Cimiliarcha SS. — Ego Landulfus Subdiaconus interfui, et SS. — Ego Enricus Subdiaconus SS. — Ego Presbiter Subdiaconus SS. — Ego Gualterius Subdiaconus SS. — Ego Azo Judex, et Missus Domni Secundi Chunradi Regis SS. — Ego ..... Judex, ac Missus Domni Tertii Lotarii Imperatoris SS. — Ego Guifredus Presbyter, et Praepositus Ecclesiae Sancti Laurentii SS. — Ego Giraldus Causidicus, ac Missus Domni Secundi Chunradi Regis SS. — Ego Robasaccus Judex, ac Missus Domni Tertii Lotharii Imperatoris SS. — Ego Obertus Judex, ac Missus Domni Tertii Lotharii Imperatoris SS. — Ego Wido Presbyter SS. — Ego Marchio De Balsemo Notarius SS. — Ego Julius Notarius SS. — Ego Nazarius Presbyter, ac Primicerius SS. — Ego Martinus Ecclesiae Sancti Ambrosii Praepositus SS. — Ego Stephanus Archipresbyter SS. — Ego Johannes Ecclesiae Sancti Nazarii Praepos. SS. — Ego Willielmus Presbyter Sancti Thomae SS. — Ego Azo Presbyter, ac prepositus Sanctae Teglae SS. — Ego Rusticus Presbyter, ac Praepositus SS. — Ego Gullielmus Presbyter, ac Praepositus Sancti Kalimeri SS. — Ego Albertus De Landriano Primicerius Notariorum SS. — Ego Wifredus Sancti Ambrosii Abbas SS. — Ego Willielmus indignus Monasterii Sancti Simpliciani Abbas SS. — Ego Ardericus Notarius SS. — Ego Algisius Notarius SS. — Ege Ugo Sancti Celsi humilis Abbas SS. — Ego Willielmus Abbas Monasterii Sancti Vincentii SS. — Ego

Digitized by Google

Joannes Abbas Monasterii Sancti Victoris SS. — Ego Petrus Notarius SS.— Ego Obertus Cremonensis Episcopus Domni Oberti Mediolanensis Archiepiscopi subscriptum laudans confirmavi, et SS. — Ego Gerardus Sanctae Pergamensis Ecclesiae indignus Episcopus SS. — Ego Guido Iporegiensis Episcopus Domni Oberti Mediolanensis Archiepiscopi suprascriptum approbavi. Privilegium, et gratanter SS. — Ego Galdinus Subdiaconus, et Cancellarius SS.

An. 1147. = Bolla di papa Eugenio III a favore di Arialdo abate e dei Monaci di san Dionisio di Milano. *Puricell. Ib.* = Eugenius Episcopus Servus Servorum Dei. Dilectis Filiis Arialdo Abati Monasterii Sancti Dionisii Mediolanensis, ejusque Fratribus tam præsentibus, quam futuris regularem vitam professis in perpetuum. Religiosis desideriis dignum est facilem præbere consensum, ut fidelis devotio celerem sortiatur effectum. Ea propter Dilecte in Domino Fili Arialde Abbas tuis justis postulationibus clementer annuimus, et Monasterium Sancti Dionisii, cui Deo auctore præsides sub Beati Petri et nostra protectione suscipimus, et præsentis scripti privilegio comunimus: statuentes, ut quascunque possessiones, etc.

Seguita tutto il restante sino alla fine come nella bolla di Papa Adriano pubblicata dal sopracitato signor Muratori: eccetto che in quella vi sono di più di due capitoli, che cominciano da quelle parole: statuimus autem ut in prædictis Ecclesiis: *sino a quell'altre:* Populo celebrare.

Ego Eugenius Catholicæ Ecclesiæ Episcopus SS. — †.... avinus Sanctæ Rufinæ Episcopus SS. — † Ego Ubaldus Presbyter Cardinalis Tituli SS. Johannis, et Pauli SS. — † Ego Albericus Hostiensis Episcopus SS. — † Ego Hugo Presbyter Tituli In Lucina SS. — † Ego Johannes Diaconis Card. Sanctæ Mariæ Novæ SS. — † Ego Jacintus Diacon. Card. Sanctæ Mariæ In Cosmedin SS. — Dat. Vercellis per manum Guidonis Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Diaconi Cardinalis, et Cancellarii Quinto Nonas Martii, Indictione decima, Incarnationis Dominicæ Anno Millesimo Centesimo Quadragesimo sexto (*deve dire*, septimo) Pontificatus vero Domini Eugenii Tertii Papæ anno tertio.

Idem. = Diploma di Corrado re de'Romani III (detto II) a favore degli abitanti di Trivillio. *Da un Codice nell' archivio di quel luogo.* = In nonomine sanctæ et Individuæ Trinitatis. Conradus Divina favente clementia Romanorum Rex Secundus. Notum sit omnibus tam præsentibus, quam futuris Regni nostri Fidelibus, quod Nos Hominibus de Trivillio Grasso pro servitio scilicet Fodro, quod Nobis Nostrisque Successoribus Regibus seu Imperatoribus in adventu nostro in Italiam persolvere debebant, hunc modum statuimus. Ut sex Marchas pro Fodro Nobis Nostrisque Successoribus Regibus seu Imperatoribus in adventu nostro persolvant. Et ne aliquis Successorum nostrorum hunc modum augere, vel inveneficiare præsumat hujus nostræ concessionis statutum Regia auctoritate et Privilegii nostri contestatione firmiter, et indissolubiliter confirmamus. Testes quoque in quorum præsentia hec acta et firmata sunt subtus annotari fecimus, quorum nomina sunt hæc. Bugeo Vormatiensis Episcopus, Burchardus Argentinensis Episcopus, Guntherus Spirensis Episcopus, Sigefredus Vizbeburgensis Episcopus, Anselmus Havelbergensis Episcopus: Federicus Dux Svevorum, Conradus Dux Brugundiorum,

Digitized by Google

Hermanus Pallatinus Comes de Remi, Conradus Marchio de Saxonia, Adelbertus Marchio de Saxonia, Comes Udalricus de Lezenburc, Comes Verenberus de Baden et alii quam plures. Signum Domini Conradi Regis Secundi.

Ego Cancellarius Arnaldus Vice Henrici Magontini Archiepiscopi et Archicancellarii recognovi. Datum decimo Kalendarum Aprilis, Indictione decima, Anno Dominice Incarnationis Millesimo centesimo quadragesimo septimo. Regnante Conrado Romanorum Rege Secundo: anno Regni ejus nono. Actum Franchenefurt in Curla cellebri, in qua Henricus Filius Conradi Regis in Regem electus est.

An. 1147. = Sentenza consolare in una lite fra i Decumani di santa Maria Maggiore e Wilielmo detto Manaria da Carcano, e Mainfredo da Parravicino Capitani. *Carta nell'archivio de' Beneficiati della Metropolitana.*

Idem. = Privilegio di Oberto arcivescovo di Milano, conceduto a Guillielmo abate ed ai monaci di san Simpliciano: *Carta nel loro Archivio.* Obertus Dei gratia Sanctæ Mediolanensis Ecclesiæ Archiepiscopus. Dilecto in Christo Filio Fratri Guillielmo Monasterii Sancti Simpliciani Abbati ejusque Fratribus in perpetuum. Suscepta Pastoralis Officii cura nos amonet, et hortatur, quatenus nostro commissis regimini paterno providentes affectu iustis eorum precibus facilem præbeamus assensum, ut humilis devotio celerem fortiatur effectum. Proinde Dilecti in Domino Filii vestris annuentes precibus præfatum Monasterium in quo Divino mancipatis estis obsequio præsentis pagina privilegii comunimus. Statuentes siquidem ut quascunque possessiones quæcunque bona idem Monasterium in præsentiarum iuste, et canonice possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum, vel Principum oblatione Fidelium, seu aliis iustis modis Deo propitio poterit adipisci firma vobis vestrisque Successoribus, et illibata permaneant; in quibus hæc propriis nominibus duximus exprimenda. In primis Parochiam Sancti Simpliciani, Ecclesiam Beatorum Martirum Protasii et Gervasii atque Capellam Sancti Cipriani cum earum Parochia, et omnibus possessionibus, sicuti in privilegiis Venerabilis Domini Papæ Urbani, et Venerabilium Prædecessorum nostrorum Anselmi, atque Robaldi continetur, et reliquam Parochiam, quam per triginta annos quiete possedistis. Insuper præcipimus ut Clerici, Sacerdotes, seu Monachi in eisdem commorantes debitam vobis exibeant obedientiam. Ecclesiam Beati Michælis, quæ dicitur ad Aquæductum. Ecclesiam Beati Antonii de Senniano cum omnibus ad eas pertinentibus. Ecclesiam Domini Salvatoris, et Beatorum Martyrum Protasii et Gervasii sitam in loco Tregasio cum famulis, et decima et omnibus ad eam pertinentibus. Ecclesiam Sancti Simpliciani de Lavello cum famulis, et feudo et omnibus quæ ad eam pertinent. Curtem de Affori cum duabus Cappellis videlicet Sancti Petri, qui dicitur Ad Monacos, et Sancti Clementis. Ecclesiam Sancti Ambrosii de Crovenno cum Castro districto, comandasia, et omnibus aliis conditionibus ad eam pertinentibus. Ecclesiam Sancti Quirici de Fenegroe cum omnibus, quæ ad eam spectant. Curiam de Lurate cum quatuor Capellis videlicet Sancti Martini, et Sancti Michælis, et Sancti Petri, et Sancti Protasii cum famulis

Digitized by Google

et Parochia, Castro, districto, arbergariis, fodro, decima domicultuum, et decima omnium terrarum, quas per triginta annos quiete possedistis, vel quæ modo incultæ amodo in culturam redacta fuerint. Ecclesias Sancti Syri, et Sancti Victoris de Sepriate cum Parochia, famulis, albergariis, decima domicultuum, et decima omnium vestrarum terrarum, et aliis conditionibus, quæ ad eas pertinent. Ecclesiam Sanctæ Fidis de Summa cum Castro, et aliis conditionibus ad eam pertinentibus. Possessiones quoque, quas habetis in Trivillio Crasso cum Castro et Villa et districto, et albergariis, sicut continetur in privilegiis Dominorum Henrici, et Lotarii Imperatorum, et cartulis donationum; in Talamona, Morbennio cum decimis, famulis, et districtis, et Lugari, in Sondri, et Veddo, et Pristino, et Broso cum famulis, et omnibus conditionibus vobis pertinentibus. Præterea Hospitale, quod in Parochia vestra juxta Ecclesiam Beati Simpliciani in vestro prædio sicuti in vestris instrumentis continetur liquido constructum esse dignoscitur, vobis, vestrisque Successoribus ad regendum, ordinandum, disponendum, concedendo confirmamus. Si quis vero noster Parochianus, quod absit, hanc nostri privilegii paginam infringere temptaverit secundo tertiove comonitus nisi satisfactione congrua emendaverit a Sacratissimo Corpore, et sanguine Dei, et Domini Redemptoris nostri Jesu Christi alienus fiat, ac in extremo examine divinæ ultioni subiaceat: observatoribus autem pax multiplicetur, et gratia. Actum est hoc anno Dominicæ Incarnationis Millesimo Centesimo quadragesimo septimo, mense Januarii, Indictione decima. — Ego Obertus Archiepiscopus subscripsi. — Ego Tedaldus Archipresbyter SS. — Ego Guifredus Presbyter SS. Ego — Landulfus Presbyter SS. — Ego Wido Presbyter SS. — Ego Obitius Diaconus, et Cimiliarcha SS. — Ego Galdinus Diaconus, et Cancellarius a me dictato SS. — Ego Adelardus Diaconus SS. — Ego Jordanus Diaconus SS. — Ego Nazarius Paesbyter, ac Primicerius SS. — Ego Martinus Presbyter, et Præpositus Sancti Ambrosii SS. — Ego Azo Presbyter, ac Præpositus Sanctæ Teglæ, et Primicerius Lectorum SS. — Ego Stefanus Archipresbyter SS. — Ego Joannes Sancti Victoris Abbas SS. — Ego Arialdus Sancti Dionisii indignus Abbas SS. — Ego Wilielmus Abbas Monasterii Sancti Vincentii SS.

An. 1147. = Concordia fra Gallicio preposto di sant'Eustorgio e Graziano maestro dello spedale di sant'Eustorgio, fatta da san Galdino diacono e cancelliere arcivescovile delegato dall' arcivescovo Oberto. = In nomine Sanctæ, et individuæ Trinitatis. Recordatio concordiæ, quam Dominus Galdinus Sanctæ Mediolanensis Ecclesiæ Diaconus, et Cancellarius composuit super discordia, quæ inter D. Gallicium Ecclesiæ Sancti Eustorgii Præpositum, et Gratianum Hospitalis ejusdem Ecclesiæ Ministrum agitabatur. Discordia autem hæc erat. Prædictus siquidem Præpositus dicebat, quod præfatum Hospitale suum erat, et Personæ in eo commorantes sibi manum obbedientiæ dare, et Ecclesiæ B. Eustorgii plenarie obbedire, per eundem Præpositum ejusdem Hospitalis administrationem habere debeant. E contra prænominatus Gratianus dicebat, quod Ecclesiæ Sancti Eustorgii minime obbedire, nec eidem Præposito manum obbedientiæ dare, vel per ipsum præscriptam administrationem habere debeat. Prædictus vero D. Galdinus utriusque partis quieti, et utilitati intendens hanc

Digitized by Google

inter eos in eorum beneplacito posuit concordiam dicens. Cum Gratianus, quod sæpe dicto Præposito manum obbedientiæ se non daturum jurasse asserebat in præsentia D. Oberti Mediolanensis Archiepiscopi Ecclesiæ B. Eustorgii ejusque Præposito plenariam obbedientiam se exhibere promittat, et alii Fratres ejusdem Hospitalis eidem Præposito manum obbedientiæ tribuant: et ibi statim in præsentia D. Archiepiscopi ejusque Fratrum, Ecclesiæ D. Eustorgii, atque ejus Præposito ipse Gratianus, præfati D. Galdini Cancellarii mandato obbediens, plenariam obbedientiam se de cætero exhibiturum firmiter promisit, et ab eodem Præposito administrationis ipsius Hospitalis investituram accepit, et alii Fratres scilicet Redulfus, et Joannes post ea eidem Præposito manum obbedientiæ dederunt. Hæc tamen concordia ita facta est quatenus justicia Ecclesiæ B. Eustorgii, quam habet in sæpe dicto Hospitali, sicuti legitur in privilegiis suis, propter hoc nihilominus integra conservetur. Hæc autem concordia D. Archiepiscopo placuit, et ipsam suo sigilla insigniri præcepit. Facta est hæc concordia anno Dominicæ Incarnationis M. C. quadragesimo septimo. III. Idus Martii, Indictione decima. ✝ Ego Obertus Archiepiscopus. — Interfuerunt Gregorius Caga in area. Item Gregorius de Mercallo, Guifredus Corvus, Landulfus Buffetus, Joannes Portinarius. — ✝ Ego Jordadanus. . . . SS. — ✝ Ego Galdinus Diaconus, et Cancellarius SS.

Sigillum in cera alba.

1148. = Concordia fra Martino abate di sant'Ambrogio e Martino preposto di sant'Ambrogio, fatta da Tedaldo arciprete delegato dall'arcivescovo Oberto. *Puricell. Ambros. Num.* 404.

Idem. = Privilegio di Oberto arcivescovo di Milano, conceduto a Martino abate di sant'Ambrogio ed a'suoi monaci. *Puricel. Ib. Num* 405.

Idem. = Sentenza di Adelardo diacono della santa chiesa milanese delegato da Oberto arcivescovo nella lite fra il monistero maggiore, e i parrocchiani della chiesa di santa Maria al Circolo intorno al possesso di eleggere il cappellano di questa chiesa. *Murator. Antiq. medii ævi Tom. IV, pag.* 29.

Idem. = Sentenza di Oberto arcivescovo a favore del monistero Maggiore, circa il diritto di eleggere quel cappellano. *Id. Ib. Tom. V, pag* 525.

Idem. = Bolla dello stesso sommo Pontefice a favore del monistero di Chiaravalle. *Carta nell'archivio dello stesso monistero.*

Idem. = Bolla di papa Eugenio III a favore dello stesso monistero Maggiore. *Puricell. Nazar. Cap. XXIII. Murator. supracit. pag.* 563.

Idem. = Bolla dello stesso sommo pontefice a favore de' canonici di sant' Ambrogio. *Carta nell' archivio di que' canonici.* = Eugenius Episcopus Servus Servorum Dei, dilecto Filio Martino Præposito, ejusque Fratribus in Ecclesia Beati Ambrosii Divino servitio mancipatis, tam præsentibus, quam

Digitized by Google

futuris in perpetuum. Quotiens illud a nobis petitur, quod rationi, et bonestati convenire videtur, animo nos decet libenti concedere, et petentium desideriis congruum impertiri suffragium. Ea propter dilecti in Domino Filii vestris iustis postulationibus clementer annuimus, et Ecclesiam vestram quæ Beati Ambrosii Confessoris, et Sanctorum Martyrum Gervasii et Protasii pignoribus decorata consistit, cum omnibus possessionibus, et bonis, vestris usibus deputatis sub Beati Petri, et nostra protectione suscipimus, et præsenti scripti privilegio communimus. Statuentes, ut quæcunque in præsentiarum iuste, et canonice possidetis, aut in futurum concessione Pontificum, liberalitate Regum, vel Principum, oblatione Fidelium, seu aliis rationalibus modis poteritis adipisci, firma vobis, vestrisque Successoribus, et illibata permaneant! In quibus haec propriis duximus exprimenda vocabulis. Totam possessionem Villae Axiliani, et medietatem decimae cum omnibus honoribus ad eandem Villam pertinentibus: Terram in Moirano cum omnibus ad eam pertinentibus: Terram in Cornaleto, et in Eburono, et quicquid habetis ex parte Lanterii, et Uxoris suae. Quindecim solides pro annuali quod facitis in Ecclesia Beati Celsi, et XII candelas; quae omnia singulis annis a Praelato ejusdem Ecclesiae vobis debent persolvi. Item in eadem Ecclesia tres solidos, quos ex antiquo habere soletis. Decimam quoque quam habetis in loco Vigonzonis. Refectiones vero, quae vobis constitutae sunt secundum antiquam consuetudinem, quando altare Beati Ambrosii constitutis temporibus aperitur nihilominus habeatis. Quicquid praetera juris ex antiqua consuetudina in Cimiterio Ecclesiae vestrae, et in Cimiliarchia habetis vobis conservari praecipimus. Consuetudinem quoque in portandis Crucibus vestris ad Processiones, sive ad Mortuorum Corpora tumulanda, quam justam habere videmini inconvulsam manere sancimus. Confirmamus etiam vobis Ecclesiam Beatae Mariae Graecae juxta Claustrum: quicquid et juris habetis in Ecclesia Sancti Georgii de Ponte Sexto. Hospitale Sancti Jacobi de Ristocano; et refectionem quam habetis in Festo Sancti Satyri. Sane quaecunque autenticis Episcoporum, Regum, seu etiam aliorum Dei Fidelium scriptis vobis juste concessa, donata, vel confirmata sunt, auctoritatis nostrae munimine roboramus, et vos ipsos sub Beati Petri, et nostra protectione suscipimus; salva Sedis Apostolicae auctoritate, et Mediolanensis Archiepiscopi Canonica justitia. Decernimus ergo, etc.

In Circulo.
Fac mecum Domine signum in bonum.

In Monogrammate.
Bene valete.

— Ego Eugenius Catholicae Eccl. Episc. SS. — † Ego Hubaldus Presb. Card. tit. S. Praxedis SS. — † Ego Hugo Presb. Card tit. in Lucina SS. — † Ego Julius Pre. Card. tit. S. Marcelli SS. = † Ego Jordanus Presb. Card. tit. S. Susannae SS. — † Ego Oddo Diaconus Card. S. Georgii ad velum aureum SS. — † Ego Octavianus Diac. Card. S. Nicolai in Carcere Tulliano SS. — † Ego Joannes Paparo Diac. Card. S. Adriani SS. — † Ego Jacintus Diac. Card. S. Mariae in Cosmydin SS. Dat. Brixiae per manum Guidonis Sanctae Rom. Ecclesiae Diac. Card, et Cancellarii XII. Kal. Augusti Indictione XI. incarnationis Dominicae Anno M. C. XL VIII. Pontificatus vero Domni Eugenii PP. III. anno IIII.

Digitized by Google

An. 1148. = Concordia fra il preposto di Rosate ed il monistero delle monache di Montano, fatta alla presenza dell'arcivescovo Oberto. *Carta nell'archivio delle Monache di Santa Maria in Valle.*

Idem. = Sentenza de' consoli di Seprio a favore della chiesa pievana di san Vittore di Varese. *Carta nell'archivio della stessa chiesa.*

Idem. = Consiglio di alcuni Milanesi in una celebre lite fra il vescovo di Verona ed il suo clero maggiore. *Ughell. ubi de Episcop. Veron.*

An. 1149. = Bolla di papa Eugenio III all'arcivescovo Oberto, ed agli ordinarj della chiesa milanese, per la vita comune e l'unione de'beni. *Carta nell'archivio della metropolitana.* = Eugenius Episcopus Servus Servorum Dei. Venerabili Fratri Oberto Archiepiscopo, et Dilectis Filiis Ordinariis Mediolanensis Ecclesiae, eorumque Successoribus canonice substituendis in perpetuum. Ad hoc universalis Ecclesiae cura Nobis a Provisore omnium bonorum Deo commissa est, ut pro omnium Ecclesiarum statu satagere, et.... placentem Domino.... religionem, et honestatem studeamus modis omnibus..... Nec enim Deo gratus aliquando famulatus impenditur, nisi ex veritatis radice procedente a puritate religionis, et honestatis fuerit confirmatus. Inde est quod vitium satis reprehensibile.... quod in vestra Ecclesia peccatis exigentibus inoleverat extirpari praecipimus; videlicet, quod cum illis qui .... ibi Ordinarii nominantur deberet esse cor unum, et anima una, et etiam sicut in Actibus Apostolorum legitur, Communitas, per contrarium erat, juxta illud etiam dictum Apostoli Pauli .... Alius quidem esurit, alius ebrius est. Post modum vero, tuo Fratre Archiepiscope accedente studio, factum est, ut omnis redditus, omnesque obventus illius Ecclesiae, ad honorem Dei, et ad ejusdem comunem vitam Canonicorum, qui in loco ipso pro tempore morabuntur, in unum de cetero redigantur. Quod et... etiam proprio scripto est aperte firmatum. Nos itaque, quorum interest male acta corrigere, et quae bene gesta sunt, et venerandis Canonibus concordant Apostolicae Sedis auctoritate firmare; quod de comuni vita servanda; et ut redditus Ecclesiae provenientes inter Canonicos aequis portionibus per Capitulum pro victualibus dividantur; et id quod inde superest aequa pariter in vestimentis distributione procedat; a Vobis rationabiliter statutum est, praesentis scripti privilegio confirmamus; et sicut in scripto vestro continetur ratum, et inconvulsum futuris temporibus irrefragabiliter manere decernimus. Praecipientes, ut ea, quae ad servandam comunem vitam adhuc deesse noscuntur adimplere quantocitius debeatis; scilicet, ut in uno Reffectorio comedatis, et in uno Dormitorio dormiatis. Praeterea prædictam Dei Genitricis semperque Virginis Mariae Ecclesiam, in qua Omnipotenti Domino deservitis, sub Beati Petri, et nostra protectione suscipimus, statuentes, ut quascunque possessiones, quaecunque bona, eadem Ecclesia in praesentiarum iuste, et canonice possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum, vel Principum, oblatione Fidelium, seu aliis iustis modis, praestante Domino poterit adipisci, firma vobis, vestrisque Successoribus, et illibata permaneant. In quibus haec propriis, duximus exprimenda vocabulis. Cavacurtem, Gra-

Digitized by Google

morellam, Martaniam, Setezanum, Trecha, Arnugum, Novezatem, Habiascam, Valles Bellignium, et Leventinam, Plebem de Arsizate, Sevisum, Curtadiam de Leoco, Brivium, Gradi, Pulcoctum, Bulzanum, Salvanum; mansum unum apud Caol, quem tenet Ardicius de Carimate; centum soldos nove Monetae, quos Ecclesia vestra a Monasterio Sancti Simpliciani annis singulis accipere consuevit. Decernimus ergo, etc.

Ego Eugenius Catholicae Ecclesiæ Episcopus SS. — Ego Conradus Sabinensis Episcopus SS. — Ego Guido Hostiensis SS. — Ego Octavianus Sancti Nicolai in Carcere Tulliano SS. — Ego Guido Cardinalis Sanctae Mariae In Porticu SS. — Ego Alibertus Tituli Sanctae Anastasiae SS. . . . . — Datum Laterani per manum . . . . . XIV. Kal. Januarii, Indictione duodecima, Incarnationis Dominicae anno MCXLVIIII. Pontificatus vero Domni Eugenii Papae Tertii, anno quinto.

An. 1149. = Sentenza di Oberto arcivescovo di Milano nella lite fra l'abate di san Dionisio e i parrocchiani di san Fedele, per la elezione del cappellano di quella chiesa. *Puricel. De SS. Arialdo, et Herlembaldo. Lib. IV. Cap. XCIII. Num.* 17.

Idem. = Sentenza di Milone suddiacono della santa chiesa milanese delegato dall'arcivescovo in una lite fra l'arciprete di Monza e gli abitanti di Sesto, per la elezione de' cappellani delle loro chiese. *Carta dell' archivio di San Giovanni di Monza.* = In nomine Sanctae, et Individuae Trinitatis. Recordatio Sententiae, quae data est a Domno Milone Sanctae Mediolanensis Ecclesiae Subdiacono jussione Venerabilis Domni Oberti Mediolanensis Archiepiscopi super controversia, quae inter Domnum Widonem Ecclesiae B. Joannis Modetiensis Archipresbyterum, et Vicinos de Sexto agitabatur. Controversia autem hæc erat. Dicebant siquidem prædicti Vicini, quod suum erat petere, et eligere Sacerdotem, qui in Ecclesia Sancti Salvatoris, et in Ecclesia Beati Michaelis Divina celebret Offitia, et Vicinis de Sexto tamquam Parochianis suis serviat: et dicebant, quod Sacerdotes in prænotatis Ecclesiis per Viciniam de Sexto infra quadraginta annos steterunt. Ad quod probandum suos Testes produxerunt. Eccontra præfatus Archipræsbyter eorum reffellens intencionem respondebat. Vicinis de Sexto nullo modo pertinet eligere Sacerdotem, qui præscriptis Ecclesiis Sancti Salvatoris, et Sancti Michælis serviat. A petitione autem sine alicujus Sacerdotis nominatione, si ipsam facere voluerint, eos non excludimus. Ad hoc vero ostendendum, scilicet, quod electio Sacerdotum in ipsis Ecclesiis, atque earundem Ecclesiarum Ordinationes ad se pertinebant, has ostendebat allegationes. Asserebat namque, quod super hoc ante præsentiam Domni Robaldi Bonæ Memoriae Mediolanensis Archiepiscopi, inter Virum Nobilem Lantelmum de Sexto, et Vicinos de eodem Loco Sexto discordia fuit, qui per Sententiam dixit ipsam electiones Praesbyterorum ad neminem Laicum pertinere. Praeterea affirmabat Praedecessores suos Archipresbiteros Modoetienses, scilicet Pre Gulielmum, et Liprandum, per triginta annos in saepe dictis Ecclesiis Sacerdotes, sine electione Vicinorum posuisse. Ad quae probanda plures ostendit Testes. Insuper plura instrumenta mon-

Digitized by Google

stravit, in quibus haec verba continebantur. Si Ordinarii de Modoetia dilataverint per malum ingenium ultra dimidium annum ad ordinandum Praesbyterum, tunc ipsi Advocati cum Vicinis de Sexto eligant Praesbyterum ad ipsas Ecclesias, et Ordinarii ordinent. Visis itaque, et auditis his, et aliis argumentis, et rationibus, comunicato cum Domnis Henrico Aquensi, et Lanfranco Laudensi Episcopis, qui tunc praesentes aderant, aliisque Fratribus consilio Domnus Milo, ut dictum est, jussione Domni Oberti Archiepiscopi hanc promulgavit Sententiam, inquiens. Cum per verba suprascripta, quae in istrumentis erant cognovimus, quod Archipresbytero, et Fratribus ejus pertinebat saepe dictas Ecclesias sine electione Vicinorum, et sine petitione ab eisdem Vicinis facta, cum nominatione ordinare, si Testes Archipraesbyteri, qui de Sententia, et de Ordinatione dixerunt, quod testati sunt praestito juramento affirmaverint, ipsum Archipraesbyterum ab hac quaestione absolvimus; et idem Archipræsbyter, ejusque Fratres saepe nominatas Ecclesias absque electione Vicinorum libere ordinent. Petitionem vero sine nominatione Personae, si eam facere voluerint iisdem Vicinis concedimus. Si autem eam facere noluerint, ipse Archipraesbyter ordinandi illas Ecclesias nihilominus potestatem habeat. Altera vero die Testes scilicet Ariprandus, et Ambrosius, atque Marchio Terra e toto quod testati fuerunt praestito juramento affirmarunt. Et sic finita est causa. Tertium autem testimonium hoc est Ariprandus dixit. Ego eram in Claustro de Modoetia, et vidi, et audivi litem inter Lantelmum de Sexto, et homines de Sexto de Ecclesiis Santi Salvatoris, et Sancti Michaelis. Dicebat Lantelmus se habere electionem Presbyterorum, et contra alii dicebant Non: Sed illorum esse. Et hoc fuit ante Dominum Robaldum Archiepiscopum; et ipsemet judicavit ad nullum eorum Laicorum electionem pertinere debere. Et mecum erat Ambrosius de Sancto Michaele, et hoc fuit infra duodecim annos, et ultra quinque. Ambrosius dixit idem. Marchio Terra dixit. Ego recordor quod Archipresbyteri de Modoetia, et Fratres scilicet Gulielmus, et Liprandus habent missos tres Presbyteros in Ecclesiis Sancti Salvatoris, et Sancti Michaelis de Sexto. Et hoc fuit a triginta annis in za, scilicet Presbyter Aginulfus, et Presbyter Oldo, Presbyter Rusticus. Et mecum erat Otto Burrus. Otto dixit idem. Data est, haec sententia Anno Dominicae Incarnationis Millesimo centesimo quadragesimo nono mense Augusti, Indictione duodecima. — † Ego Obertus Archiepiscopus SS. — † Ego Obertus Archipresbyter SS. — † Ego Guifredus Presbyter SS. — † Ego Ardericus Primicerius Notariorum interfui, et subscripsi. — † Ego Galdinus Archidiaconus interfui, et subscripsi. — † Ego Anselmus indignus Diaconus interfui, et SS. — † Ego Jordanus Diaconus interfui, et SS. — † Ego Milo Subdiaconus jussione Domni Archiepiscopi Oberti hanc sententiam tradidi et subscripsi.

Appensa est cordula, sed sigillum periit.

An. 1149 = Lettera di Guidone da Somma vescovo d'Ostia, legato della santa sede all'arcivescovo ed agli ordinarj di Milano a favore dell'arciprete di Monza. *Carta nell'archivio di san Giovanni di Monza.* = Dilectis, et Venerabilibus in Christo Fratribus O. (*Oberto*) Dei gratia Mediolanensi Archiepiscopo, et O. (*Obitio*) Archipresbytero, et G. (*Galdino*) Archidiacono, et ceteris ejusdem Me-

Digitized by Google

diolanensis Ecclesiae Ordinariis. G. (*Guido*) dictus Hostiensis Episcopus Apostolicae Sedis Legatus salutem, et sincerae dilectionis plenitudinem. Mandatum, quod de praepositis Plebium vestrarum dedimus, ut nulli manus imponant, et neminem ordinent, non usque adeo processit, ut mandatum ipsum usque ad Modoetiensem Ecclesiam intelligeremus extendi, vel ipsam sub hoc mandato aliquo modo vellemus compraehendi. Cum enim ex antiqua ejusdem Ecclesiae consuetudine hanc dignitatem jam per multos annos possederint, nec aliquid de justitia ejus occaxione verborum nostrorum minuere intelexerimus, nolumus, ut mandatum ipsum aliquam honori ejus afferat laesionem, sed liberam habeat potestatem titulandi et ordinandi Clericos in Ecclesia sua Archipresbyter sicut usque modo habuit. Nihilominus etiam volumus, ut tam Successores ejus, quam et ipse hanc eandem habeat dignitatem.

An. 1149. = Investitura feudale fatta da Giovanni abate di sant'Ambrogio a favore della famiglia Crivelli. *Carta nell' archivio di sant'Ambrogio.* = Anno Dominice Incarnationis Millesimo Centesimo Quadragesimo nono, mense Augusti, Indictione.... Investivit per legale Feudum Domnus Johannes Abbas Sancti Ambrosii, ad partem, et utilitatem ipsius Monasterii, et data sibi auctoritate, et per licentiam Johannis, et Landulphi, qui dicuntur Crassi, qui fuerunt Avocati, tantum in hoc negotio, Dominicum, et Petrum, Pastorem, et Gualam qui dicuntur Crivelli, Filii Domni Guallae, qui dicitur Crivellus, omnes Cives Mediolani, nominative de ripis, et geris, et buschis, quae sunt in territorio de Brinasca, et Cusono in fine Ticini, et ultra Ticinum, ita ut ipsi Fratres, et ejus haeredes masculos tantum habeant, et teneant, et possideant suprascriptas res omnes nomine Feudi, et ad parte suprascripti Monasterii de cetero, ad faciendum ut est mox Feudi. Actum in suprascripto Monasterio. — Signa manuum Ottorini Scacabarozi, et Arialdi, et Marchesii, qui dicuntur De Raude, et Petri Sertoris Testium. — Ibi statim in praesentia suprascriptorum Testium juraverunt ipsi Fratres parabola suprascripti Patris sui fidelitatem praedicto Domino ad partem suprascripti Monasterii recipiente eos ut est mox. — Ego Petrus Bellus De Beccaria, Sacri Palatii Notarius tradidi, et subscripsi.

Idem. = Livello fatto da Bonifacio maestro della chiesa e maggiore de' cavalieri templari di Milano. *Carta nella raccolta diplomatica del chiarisssimo sig. dott. Sormani.*

An. 1150. = Sentenza consolare in una causa fra l'abate di sant'Ambrogio e i custodi e decumani della chiesa di Monza. *Carta nell'archivio di san Giovanni di Monza.*

Idem. = Sentenza consolare a favore di Giovanni abate di sant'Ambrogio contro a'consoli de' pascoli comuni di porta Vercellina. *Carta nello stesso archivio ambrosiano.*

An. 1151. = Bolla di papa Eugenio III a favore dello spedale di s. Biaggio presso Monza. *Carta nell'archivio delle monache di sant'Apollinare, simile alla bolla di papa Innocenzo II dell'anno* 1141.

Digitized by Google

An. 1152. = Diploma di Federico re de'Romani in favore degli abitanti di Trivillio. *Da un codice dell'archivio di quel luogo simile a quello di Corrado dell'anno* 1147.

Idem = Diploma dello stesso sovrano, con cui rende alla chiesa di Como alcune terre ad essa tolte dai Milanesi. *Tatti. Annali di Como.*

Idem. = Diploma del medesimo in favore del monistero di san Simpliciano di Milano a cui conferma i primieri diritti sopra il luogo di Trivillio. *Dal sopraccitato codice di Trivillio. Simile a quello di Enrico nel* 1181, *e di Lottario nel* 1137.

Idem. = Sentenza di Oberto arcivescovo in una lite fra Guifredo preposto di san Lorenzo, e Galiera preposto di sant'Eustorgio. *Carta nell'archivio di san Lorenzo.*

Idem. = Concordia stabilita fra Giovanni abate di san Celso di Milano, e Lanfranco preposto della pieve di Brebia. *Murator. Antiq. medii ævi. Tom. V, pag* 1033.

An. 1153. = Sentenza di Oberto arcivescovo in una lite fra l'abate di sant'Ambrogio e i frati dello spedale di sant' Ambrogio. *Puricel. Ambros. n.* 409 *Murator. Antiq. medii ævi. Tom. II, pag.* 1269.

Idem. = Sentenza dello stesso arcivescovo contro Giovanni Saraceno diacono della chiesa di san Giorgio, a favore di Guifredo preposto della medesima e de'suoi fratelli. *Saxius. Series archiep. Mediol. in Oberto.*

Idem. = Bolla di papa Anastasio IV a favore di Azzone preposto di santa Tecla e de'suoi fratelli. *Carta nell'archivio della metrop.* = Anastasius Episcopus Servus Servorum Dei, Dilectis Filiis Azoni Praeposito Ecclesiae Sanctae Teclae Mediolanensis, ejusque Fratribus tam praesentibus, quam futuris canonice substituendis in perpetuum. Effectum iusta postulantibus indulgere, et vigor aequitatis, et ordo exigit rationis praesentis, quando petentium voluntatem et pietas adjuvat, et veritas non relinquit. Ea propter dilecti in Domino Filii vestris justis postulationibus clementer annuimus, et Praedecessoris nostri felicis memoriae PP. Eugenii vestigiis inhaerentes praefatam ecclesiam, in qua Divino mancipati estis obsequio, sub Beati Petri, et nostra protectione suscipimus, et praesentis scripti patrocinio comunimus. Statuentes ut quascunque possessiones quaecunque bona eadem Ecclesia in praesentiarum juste, et canonice possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum, vel Principum, oblatione Fidelium, seu aliis justis modis, praestante Domino poterit adipisci firma vobis vestrisque Successoribus, et illibata permaneant. In quibus haec propriis duximus exprimenda vocabulis. Cimiterium ipsius Ecclesiae, cum domibus, et aedificiis, quae ad utilitatem et servitium ipsius Ecclesiae, et Fratrum ibidem constructa sunt, aut in futurum a vobis, vel Successoribus vestris

Digitized by Google

rationabiliter aedificabuntur, quemadmodum hactenus in pace rationabiliter tenuistis, et possedistis. Praeterea rationabilem consuetudinem in eadem ecclesia cantandi, legendi, praedicandi, pro Fidelibus defunctis officium celebrandi, videlicet in vigiliis, laudibus, et vesperis, auctoritate vobis Apostolica confirmamus, et ut nullus ibidem hoc immutare, vel novum aliquid super inducere praesumat modis omnibus prohibemus. Sepulturam quoque ipsus loci, liberam esse concedimus, ut eorum qui se illic sepeliri deliberaverint devotioni, et extremae voluntati, nisi forte excomunicati sint nullus obsistat. Decernimusergo etc.

In Circulo — *In Monogrammate*

Custodi me Domine ut pupillam oculi. — Bene valete.

Ego Anastasius catholicæ Ecclesiae Episcopus. — † Ego Otto Diaconus cardinalis Sancti Gregorii ad Velum aureum SS. — † Ego Guido Diaconus cardinalis Sanctae Mariae in Porticu SS. — † Ego Jacintus Diaconus Card. Sanctae Mariae in Cosmedin SS. — † Ego Gerardus Diaconus Card. Sanctae Mariae in Via lata SS. — † Ego Odo Diaconus Card. Sancti Nicholai in Carcere Tulliano SS. — † Ego Gregorius Presbiter Cardinalis Tit. S. Calixti SS. — † Ego Guido Presbiter Cardinalis Sancti Grisogoni SS. — † Ego Censius Presb. Cardinalis Tit. Sancti Laurentii in Lucina SS. — † Ego Henricus Presb. Card. Tit. Sanctorum Nerei, et Achillei SS. — Dat. Laterani per manum Rolandi Sanctae Romanae Ecclesiae Presbiteri Cardinalis, et Cancellarii, Idibus Novembris, Indictione Secunda, Incarnationis Dominicae anno MCLIII. Pontificatus vero Domini Anastasii PP. IIII. anno primo.

Apparet chordula flavi coloris sigillo amisso.

An. 1153. = Rinunzia fatta dai frati spedalieri di san Giacopo al Restocano ai canonici di sant'Ambrogio. *Carta nell'archivio di quei canonici.*

1154. = Privilegio conceduto dall'arcivescovo Oberto ad Ottone preposto di santa Maria di Crescenzago ed a' suoi fratelli. *Carta nell'archivio dell'abate commendatario di Crescenzago.* = Obertus Dei gratia Sancte Mediolanensis Ecclesie Archiepiscopus Dilecto Fratri Ottoni Preposito Ecclesie Sancte Marie de Crexenzagho, ejusque Fratribus tam presentibus, quam futuris in perpetuum. Suscepta Pastoralis Officii cura Nos amonet, et ortatur, quatenus Religiosorum Virorum pia foventes studia, eorum rationabiles admittamus petitiones. Proinde, Dilecti in Christo Fratres, vestris justis annuentes precibus, prefatam Ecclesiam, in qua Divino mancipati estis obsequio, Deo gratum, ut credimus, exhibetis famulatum, sub Sancte Mediolanensis Ecclesie, et nostra protectione suscipimus, et presentis scripti pagina communimus. Statuentes, ut quascunque possessiones, quecunque bona eadem Ecclesia, in presentiarum juxte, et canonice possidet, aut in futurum, concessione Pontificum, largitione Regum, seu Principum, oblatione Fidelium, seu aliis justis modis, Deo propitio, poterit adipisci, firma vobis, vestrisque Successoribus, et illibata permaneant. Sepulturam quoque illius loci liberam esse statuimus, ut eorum, qui se illic sepeliri voluerint, devotioni, nisi forte excomunicati, vel interdicti sint, nullus obsistat. Preterea liceat Vobis decimas nostre Diocesis, quas Laici possident, quodque in suos habent libellos, redimere, vel si donate fuerint, et alias Fide-

Digitized by Google

lium Oblationes, tam pro vivis, quam pro defunctis, absque alicujus contradictione suscipere. In subjectionis vero signum, pro ut antiqua habet institutio, certum canonem, videlicet libram unam cere Nobis, nostrisque Successoribus, singulis annis persolvatis. Alia vero Vobis super imposita a Nobis, nostrisque Successoribus fieri non liceat. Si que ergo Ecclesiastica, Secularisve Persona, nostro comissa regimini, hanc nostre constitutionis paginam infringere temptaverit, et secundo, certiove comonita, si non satisfactione congrua emendaverit, maledictionem centesimi octavi Psalmi incurrat, et in extremo examine districte ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco jura servantibus pax multiplicetur, et gratia. Actum est hoc anno Dominice Incarnationis millesimo, centesimo, quinquagesimo quarto, mense Januarii, Indictione secunda. — Ego Obertus Archiepiscopus SS. — † Ego Obertus Archipresbiter SS. — † Ego Guifredus Presbiter SS. — † Ego . . . . . Presbiter SS. — † Ego Adelardus Diaconus SS. — † Ego Galdinus Archidiaconus SS. — † Ego Anselmus indignus Diaconus. SS. — † Ego Jordanus Diaconus SS. — † Ego Oddo de Melegnano Subdiaconus SS. *Locus sigilli.*

An. 1154. = Sentenza di Arialdo giudice, assessore dell'arcivescovo Oberto in una lite, fra la chiesa e pieve di san Vittore di Casorate ed il monistero di Morimondo. *Ughel. Tom. IV, in Archiep. Mediol. ubi de Oberto.*

Idem. = Livello fatto da Aicardo preposto della chiesa e canonica di san Giovanni di Cesano, con Alberto preposto di sant'Ambrogio di Milano. *Carta nell'archivio de' canonici di sant'Ambrogio.*

Idem. = Sentenza di maestro Milone prete ordinario della metropolitana, delegato dall'arcivescovo Oberto, per decidere una controversia nata fra le monache di santa Radegonda ed i vicini o parrocchiani della prossima piccola chiesa di san Simpliciano. *Carta nell'archivio del monistero di san Simpliciano.* = Obertus Dei gratia Sancte Mediolanensis Ecclesie Archiepiscopus Dilecte Columbe Monasterii Sancte Redegundis Abbatisse, et ejus Sororibus, tam presentibus, quam futuris in perpetuum. Quemadmodum ex officio Nobis injuncto interest causas in nostro deductas judicio exacta diligentia discutere, et equa lance trutinando, mediante justitia decidere; ita Sententias super Causis promulgatas, ne longo temporis intervallo ab Hominum memoria excidant, et oblivioni tradantur, scriptis commendare debemus. Proinde Sententiam, quam Venerabilis Frater noster Magister Milo nostre Ecclesie Sacerdos, super controversia inter Te, et Vicinos Beati Simpliciani diutius agitata, coram Nobis, jussione nostra protulit, ne imposterum in dubium revocetur, et ut omnis de cetero super hoc artercandi succidatur ocasio, et ipsa Sententia in suo robore inconcussa permaneat, in scriptis rediger curavimus. Controversia autem talis erat. Asserebant siquidem predicti Vicini, quod Sacerdotes, qui in prenominata Beati Simpliciani Ecclesia Divina celebrarent Officia, preter consensum tuum, seu Abbatissarum, que pro tempore in Monasterio tuo fuerint, eligere, et Mediolanensis Archiepiscopo, a quo confirmandus fuerat, representare debeant. Tu vero econtra hoc inficians, dictam Capellam Sancti Simpliciani, et

Digitized by Google

ejus possessiones ad jus, et dominium Monasterii, cui preesse dignosceris, spectare constanter asseverabas. Insuper pluribus productis testibus, quorum testimonia inferius scripta sunt, probasti, quod tu, et alie Abbatisse, que usque ad hoc tempus in tuo fuerunt Monasterio, in pretaxata Capella Sancti Simpliciani, preter consensum vicinorum, Sacerdotes libere eligendo, eis ipsam Capellam, ejusque Possessiones commisistis. Preterea ad hanc tibi vindicandam electionem litteras Venerabilis Domini Nostri bone memorie Pape Eugenii, super hoc tibi directas, in medium protulisti. Visis itaque, hinc et inde rationibus, et diligenter discussis, communicato cum Fratribus nostris consilio. Magister Milo, prout superius diximus, mandato nostro hanc promulgavit Sententiam. Inquit. Abbatissam a petitione Vicinorum absolvimus. Sepe dictam Beati Simpliciani Capellam, ipsiusque possessiones, eidem Abbatisse, suoque Monasterio adjudicamus. Liberam facultatem in sepe nominata Capella eligendi Sacerdotem, quam usque modo habuit, ei, et Abbatissis, que in ipso Monasterio pro tempore fuerint, confirmamus. Salvo tamen jure Mediolanensis Archiepiscopi. Testium autem Testimonium hoc est. Presbiter Petrus De Ugionno juratus dixit. Ego scio, quod Presbiter Ambrosius De Murscincta tenebat Ecclesiam Sancti Simpliciani, de qua est controversia, a parte Monasterii Sancte Redecunde, et hoc vidi eum facientem per decem annos. Et interrogatus, quomodo hoc sciret, dixit, quia vicinus ejus eram, et ibi juxta ipsam Ecclesiam morabar, et ita vidi Presbiterum Joannem De Sancto Stephano Ad Nuxiculam tenere eam, ex parte Monasterii. Post hos dictos Domina Thais Abbatissa elegit Me in ea, et eam tenui per tres annos ex parte Monasterii. Et postea vidi Presbiterum Ardericum Pilatum tenere eam per tres annos, ut credo, et ego fui in ipsa electione tempore Domne Thaidis Abatisse. Et post hos in electione omnium, qui servierunt illi Ecclesie interfui . . . . . fuit data interfuit Domna Wifreda Priorissa, et Domna Alexandria. Et recordor quod Porta, que claudebat fores Ecclesie, intus erat clausa clavi, et Custos illius Ecclesie tenebat clavem. Domna Alexandra Monacha Sancte Redecunde juravit, et dixit. Ego recordor per XL annos teneri Ecclesiam istam Sancti Simpliciani a parte istius Monasterii Sancte Redecunde. Quod Domna Thais Abbatissa precepit Presbitero Petro, ut serviret illi Ecclesie, vidi; et post hunc Presbiterum Johannem De Brivio servire illi Ecclesie ex precepto Domne Thaidis Abbatisse, et interfui precepto. Et postea vidi Presbiterum Ariprandum Palliarium investiri per Domnam Thaidem Abbatissam de Ecclesia illa cum libro uno; et hoc fuit in Choro Sancte Radecunde; et ego eram, et alie. Et postea vidi Presbiterum Ambrosium Nepotem Primicerii De vulto; et precepto illius Abbatisse Taidis, videlicet, ut credo, servire illi Ecclesie. Et interfui omnibus preceptis Presbiterorum subsequentium. Et egomet sepe fui cum Sororibus meis ad officiandam Ecclesiam. Scio, quod Ecclesia claudebatur per Portam, et aperiebatur per eandem, et Ecclesia ista dabat fructus in Festivitatibus. Presbiter Ariprandus Palliarius juravit, et dixit. Egomet investitus fui a Domna Thaide Abbatissa de Ecclesia Sancti Simpliciani cum libro uno; et ex precepto ejus servivi illi per tres annos; et recordor per XL annos a parte istius Monasterii servire Ecclesie illi per hos Sacerdotes videlicet: Ambrosium De Murscincta; Presbiterum Johannem De Brivio; Presbiterum Petrum de Ugionno;

Digitized by Google

Presbiterum Ardericum Pilatum; et omnes illos, qui servierunt illi Ecclesie, usque in odiernum diem. Dionisius Gastaldio dixit sub juramento. Ego vidi Presbiterum Ardericum Pilatum servire Ecclesie Sancti Simpliciani, et Presbiterum Ambrosium De Sancto Stephano Ad Nuxiculam, et Presbiterum Arialdum De Sancta Tegla; et interfui quando iste investitus fuit. Et egomet ivi Presbiter o Arialdo, quando investitus fuit, quia Vicini volebant, quod Abbatissa daret illam Presbitero Lanterio; et Abbatissa dixit: Quia inde parlaverunt, non dabo illi, sed dabo Presbitero Arialdo. Et interrogatus, quomodo sciret, quod predicti Sacerdotes tenerent Ecclesiam illam a parte Sancte Radecunde, dixit: Quia damus duos pastus in Anno Cappellanis Sancte Radecunde; et egomet dedi a parte Monasterii, et ego fui quando ista Domna Abbatissa, que nunc est, precepit Presbitero Johanni, qui nunc servit, ut serviret illi Ecclesie. Petrus Fratres Presbiteri Arialdi juravit, et dixit idem quod Dionixius de Presbitero Arialdo. Presbiter Joannes De Sancto Georgio De Puteo blanco juravit, et dixit. Ego servio isti Ecclesie, de qua est controversia, per licentiam datam a Domna Abbatissa, que nunc est, et ejus precepto; et ibi ubi precepit, fuit Domna Alexandria, et alie quamplures, et minus est decem annorum, et plus quatuor. Data est hec Sententia anno Dominice Incarnationis Millesimo, Centesimo quinquagesimo quarto, mense Julii, indictione secunda. — † Ego Obertus Archiepiscopus SS. — † Ego Gu. Iporeyensis Episcopus SS. — † Ego Gui. Novariensis Episcopus SS. — † Ego Obitius Archipresbiter interfui, et SS. — † Ego Milo Presbiter huic Sententie a me jussione Domni O. Archiepiscopi date SS. — † Ego Galdinus Archidiaconus subscripsi, et interfui. — † Ego Adelardus Diaconus interfui, et SS. — † Ego Jordanus Diaconus interfui, et SS. — † Ego Suzius Subdiaconus licet indinus interfui, et SS.

Extat Sigillum.

An. 1155. = Lettera dei Milanesi alla città di Tortona da essi riedificata. *In un codice che si conserva nell'archivio del convento di san Francesco.*

Idem. = Decreto dell'imperator Federigo, detto *Barbarossa*, contro de' Milanesi. *Murator. antiq. medii evi. Tom. II, pag.* 591.

An. 1156. = Diploma di Oberto arcivesc. conceduto al preposto di sant'Eustorgio ed a' suoi fratelli. *Carta nell'archivio di san Lorenzo.* = Obertus Dei gratia S. Med. Ecclesiae Archiepiscopus Dilecto in Christo Fratri . . . . . Ecclesiae S. Eustorgii Praeposito, et ejus Fratribus tam praesentibus, quam futuris in perpetuum. Quoties a Fratribus nostro regimini commissis quod justum, et honestum est aliquid postulatur, ut eos in bonis studiis foveamus, et animos eorum, ut semper ad meliora conscendant, nostris beneficiis invitemus, ipsorum justis precibus pias aures inclinare, et eorum vota adimplere debemus. Proinde Dilecte Frater Praeposite, quum Personam tuam, et B. Eustorgii Ecclesiam, cui auctore Deo praesse dignosceris, intenso cordis affectu diligimus, et Te semper in melius proficere desideramus, tuas, et tuorum Fratrum petitiones exaudiendo, Superstantiae Ecclesiae tuae ordinationem, dispositionem,

Digitized by Google

regimen, dominium, investituram, nostrae, et Sanctae Mediolanensis Ecclesiae auctoritate, ut in tua permaneat potestate, Tibi, tuisque Successoribus jure perpetuo donando concedimus, et concedendo donamus. Decernimus itaque ut nullus Archiepiscopus, Praepositus, Sacerdos, seu aliqua Ecclesiastica, Secularisque Persona super hoc Te, tuos Fratres, vel Successores, de cetero inquietare, aut ..... praesumat. Si quis autem, quod absit, huic nostro decreto obviare temptaverit, nec reatum suum digna emendatione correxerit, a Corpore, et Sanguine Domini Nostri Jhesu Christi existat alienus; observantibus vero pax multiplicetur, et gratia. Actum est hoc anno Dominicae Incarnationis Millesimo Centesimo Quinquagesimo Sexto, Mense Julii, Indictione quarta. — † Ego Obertus Archiepiscopus subscripsi. — † Ego .... Archipresbiter subscripsi. — † Ego Stephanus Primicerius SS. — † Ego Milo Presbyter Cardinalis ..... SS. — † Ego Azo S. Theclae Prepositus ..... SS. — † Ego Amizo Abbas S. Ambrosii SS. — † Ego Johannes S. Victoris Abbas SS. — † Ego Gulielmus Abbas Monasterii S. Vincentii SS. — † Ego Lanterius Canonicae S. Ambrosii Praepositus SS. — † Ego Joseph S. Stephani Praepositus SS. — † Ego Galdinus Archidiaconus SS. — † Ego Anselmus indignus Diaconus SS. — † Ego Adelardus Diaconus SS. — † Ego Jordanus Diaconus SS. — † Ego Henricus Subdiaconus SS. — † Ego Guidus Subdiaconus SS. — † Ego Gualterius Subdiaconus SS. — † Ego Lucinus Subdiaconus SS. — † Ego Oltericus Presbyter S. Michaelis SS. — † Ego Indignus Sacerdos S. Mariae Secretae SS. — † Ego Nicolaus Sacerdos S. Johannis ad Concam SS. — † Ego Joannes Sacerdos Sancti Jacobi De Rode SS. — † Ego Lanfrancus Sacerdos Sancti Martini in Compito SS. — † Ego Petrus Presbyter Sancti Petri De Campo Laudensi SS.

An. 1156. = Privilegio conceduto dai consoli di Milano a Gibuino preposto di san Giorgio *In Palazzo. Carta nell'archivio di san Giorgio.* = Die Martis, secundo die mensis Octobris. In Brolietto Consularie. Ugo de Citilli, et Petrus de Monasterio, et Azo Ciceranus, et Johannes Scancius, Consules Comunis Mediolani. Atque Heriprandus Judex, et Ardericus qui dicitur De Bonate, Consules causarum conpuncti timore Dei, et amore Beati Martyris Georgii Militis, concesserunt Domno Gibuino Preposito Canonice in honorem jam dicti Martyris edificate ibi, ubi dicitur In Palatium, ad utilitatem ipsus Ecclesie; ut duo ex Rusticis illis, qui pro tempore colent terram iste Ecclesie in loco Roxate, qui est prope Levagniam, sint de cetero immunes ab honere unius plaustri in hostem, vel guardam ducendi. Et insuper constituerunt, ut donec prefate Ecclesie terram tenuerint, a Septimanariis deinceps nullo modo inquietentur; quia sic constituerunt prefati Consules. Anno Dominice Incarnationis millesimo centesimo quinquagesimo sexto, isto die, Indictione quinta.

Interfuerunt Gulielmus Mantegacius, et Robertus Pingeluccus, et Oldradus qui dicitur de Basilica Petri, et Cigniamaccus. — Ego Azo Judex et Missus Domni Secundi Chunradi Regis interfui, et subscripsi. — Ego Heriprandus Judex ac Missus Domni Secundi Chunradi Regis interfui et subscripsi. — Ego Ardericus Judex ac Missus Domni Frederici Imperatoris subscripsi. — Ego Rogerius Judex ac Missus Domni Secundi Chunradi Regis scripsi.

Digitized by Google

An. 1157. = Lettera di Federigo imperatore a Wibaldo abate di Corbeja e di Stablò, con cui lo invita alla spedizione contro de' Milanesi. *Martene. Vet. Script. et Monum. Collectio. Tom. II, pag.* 586.

Idem. = Lettera di Federigo imperatore ad Ottone vescovo di Frisinga, con cui lo invita alla spedizione contro de' Milanesi. *Otho Frising. De Gestis Friderici. Lib. II, cap.* 30.

Idem. = Cessione della chiesa di s. Gabriele fatta dai lettori della Metropolitana ai decumani della medesima. *Carta nell'archivio dei beneficiati del Duomo.*

Idem. = Bolla di papa Adriano IV in favore di Guinfredo abate di san Dionisio di Milano. *Murator. Antiq. medii ævi. Tom. V, pag.* 1035.

Idem. = Bolla dello stesso sommo pontefice in favore di Citegemma regolatrice dello spedale di san Biaggio presso Monza. *Carta nell'archivio del monistero di sant'Apollinare di Milano.* = Adrianus Episcopus Servus Servorum Dei Dilectae in Christo Filiae Citegemmae Rectrici Hospitalis Domus, quae sita est apud Sanctum Blasium, juxta Modoetiam, et Fratribus, et Sororibus tam praesentibus, quam futuris in perpetuum. Religiosam vitam eligentibus Apostolicum convenit adesse praesidium, ne forte cujuslibet temeritatis incursus aut eos a proposito revocet, aut robur, quod absit, Sacrae Religionis infringat. Ea propter Dilecti in Domino Filii vestris justis postulationibus clementer annuimus, et praefatam Domum Hospitalem in qua Divino mancipati estis obsequio, ad instar Praedecessorum nostrorum Sanctae Recordationis Innocentii, et Eugenii, Romanorum Pontificum sub Beati Petri, et .... privilegio communimus. Statuentes, ut quascunque possessiones quaecunque bona eadem Hospitalis Domus in praesentiarum ..... modis praestante Domino poterit adipisci, firma vobis, vestrisque Successoribus, et illibata permaneant. Decernimus ergo, ut nulli .... praefatam Hospitalem Domum temere perturbare .... fatigare, sed illibata omnia, et integra conserventur vestris, et Christi Pauperum usibus omnimodis profutura. Salva nimirum apostolicae Sedis auctoritate. Ad indicium autem hujus a Sede Apostolica perceptae protectionis sex denarios .... persolvetis. Si qua igitur in futurum .... commonita nisi praesumptionem cum congrua ..... subiaceat: cunctis autem eidem Loco sua jura ..... inveniat. Amen. Amen. Amen.

In consueto circulo — *In Monogrammate.*
Oculi mei semper a Dominum — Bene valete.

Ego Adrianus Catholicae Ecclesiae Episcopus subscripsi. — † Ego Himarus Tuscul. Episcopus SS. — † Ego Gregorius Sabinensis Episcopus SS. — † Ego Hubaldus Presb. Card. tit. S. Marcelli SS. — † Ego Octavianus tit. S. Caeciliae Presb. Card. SS. — † Ego Johannes Presb. Card. SS. Johannis, et Pauli tit. Pammachii SS. — † Ego Henricus Prest. Card. tit. SS. Nerei, et Achillei SS. — † Ego Odo Diac. Card. S. Georgii Ad Velum aureum SS. — † Ego Guido Diac. Card. S. Mariae in Portica SS. — † Ego Arditio Diac. Card. S. Theo-

Digitized by Google

dori SS. — Dat. Laterani per manum Alberti Sancti Adriani Diac. Card., Vicem Domini Rolandi S. R. E. Praesbyteri Card., et Cancellarii gerentis. II. Novembris, Indict. VI, Incarnationis vero Dominicae anno Millesimo Centesimo LVII, Pontificatus Domini Adriani Papae IIII, anno III.

Pendet Sigillum plumbeum.

An. 1158. = Convenzione fatta tra Federigo imperatore e la città di Milano da lui assediata. *Radevit. Lib. I, cap.* 40.

Idem. = Donazione fatta da Lazaro della Canossa alla chiesa di san Giorgio nella porta Orientale di Milano, sopra la piazza de' Menclozzi. *Murator. Antiq. medii ævi. Tom. IV, pag.* 939.

Idem. = Vendita fatta da Pietro visconte, figliuolo del fu Eriprando, al monistero di Moriondo. *Ughel. Tom. IV, De Archiep. Mediol. ubi de Oberto.*

Idem. = Diploma di Federigo imperatore, conceduto a Guifredo abate del monistero di san Dionisio di Milano. *Murator. Antiq. medii ævi. Tom. IV, pag.* 59.

An. 1159. = Vendita fatta dai consoli di Milano a Giovanni prete di santa Maria *In Valle. Carta nell'archivio di santa Maria In Valle.* = Anno Dominice Incarnationis Millesimo centesimo quinquagesimo nono, sexto die Mensis Augusti, Indictione septima. Placuit, atque convenit inter Arialdum, qui dicitur Vicecomes; et Mainfredum, qui dicitur De Dugniano; Gregorium Judicem, qui dicitur Cacainarca; Robertum, qui dicitur Pingeluccus; et Guertium Judicem, qui dicitur De Hostiolo; Consules Communis Mediolani, nomine ipsius Communis; nec non et inter Presbyterum Johannem Ecclesie Sancte Marie, que dicitur In Valle, constructe infra hanc Civitatem Mediolani, ad partem, et utilitatem ipsius Ecclesiae, ut in Dei nomine debeant dare, sicut a praesenti dederunt praefati Consules eidem Ecclesiae, ad habendum, et tenendum libellario nomine usque in perpetuum, hoc est casam unam cum area ejus, et curte, et orto insimul tenentibus, quae fuit Johannis De Gavirate, et rejacet infra hanc Civitatem, prope ipsam Ecclesiam, super quam Casam, et curtem, et ortum habet ipsa Ecclesia omni anno denarios duodecim fictum, et major Ecclesia Sancte Mariae, que dicitur Jemalis, habet similiter singulis annis, in particula jam dicti orti, denarium unum. Coheret ipsi Case, et Curti, et orto, a mane Arnaldi Gandofori; a meridie via; a sera Perciotti Camerlenghi; a monte prefate Ecclesie. Ea ratione uti amodo in antea usque in perpetuum habere, et tenere debeat ista Ecclesia jam dictam Casam, et Curtem, et ortum, qualiter superius legitur in integrum, et facere exinde tam superioribus, quam inferioribus seu cum finibus, et accessionibus suis, libellario nomine, quidquid ei utile fuerit. Et promiserunt isti Consules, nomine jam dicti Communis, sub pena dupli, predictam Casam, et curtem, et ortum, sicut superius legitur, in integrum, defendere, et guarentare ab omni Homine, cum usu, et ratione super nominate Ecclesie, et cui dederit. Et pro ista Casa, et curte, et orto, ac-

Digitized by Google

ceperunt isti Consules, nomine predicti Communis a suprascripto Presbitero Johanne, ex parte iste Ecclesie, argentei denariorum bonorum Mediolanensium Solidos triginta, et quinque. Et isti Consules ideo hanc venditionem fecerunt, quia ipsa Casa, et Curtis, et ortus, publicati erant, scilicet ad Commune Mediolani spectabant, eo quod predictus Johannes De Gavirate Inimicus Mediolani factus erat, et cum Inimicis Mediolani habitabat. Quia sic inter eos convenit. Actum in ista Civitate. — Signa manuum istorum Consulum, qui hanc Cartam, ut supra, fieri rogaverunt. — Signa manuum Arialdi, qui dicitur Cacarana; et Arialdi, qui dicitur Crivellus; et Liprandi, qui dicitur Carolus; atque Anselmi, qui dicitur Androdexe. Testium. — Ego Rogenius Judex, ac Missus Domni Secundi C=unradi Regis, interfui, et rogatus scripsi.

*An.*1159. = Sentenza de'consoli de'negozianti di Milano. *Carta nella raccolta diplomatica del sig. dottor Sormani.* = Die Lunae, qui est nonus dies Novembris. Sententiam protulit Orrigonus Pariarius Consul Negotiatorum Mediolani, in concordia Mussonis, et Montenarii, qui dicuntur de Concorezo, et Johannis Faroldi Sotiorum ejus de discordia, quae erat inter Squarzettum, et Reveglatum Germanos Filios emancipatos Ambrosii Guazonis, et ex altera parte ipsum Ambrosium. Lis enim talis erat. Dicebant siquidem ipsi Germani, ut ipse Ambrosius Pater eorum non impediat eis petias terrae tres, quae jacent in Loco Garbaniate-Marzo, quae fuerunt Johannis Mulinarii, et Carnelevarii Germanorum, et quas eis in parte dedit, quando eos a se separavit. Itemque dicebant ipsi Germani, ut ipse Ambrosius non abstraat aquam de lecto veteri de mulino ipsius loci, ideo quia dampnum facit communi mulino. Contra respondebat praefatus Ambrosius, quamquam eis ipsas petias tres terrae in parte dedisset quando eos emancipavit tamen eis relinquere non debere, petens ipsam terram pro denariis, quos isti Johannes, et Carnelevarius ipsi Ambrosio debebant, de quibus instrumentum ostendebat dicens, quod quando eos emancipavit, ipsi Squarzettus, et Reveglatus, ei dimiserunt omnes debitores, quos habebat. Item respondebat ipse Ambrosius se posse abstraere bene ipsam aquam per illam rozam, quam fecit, proferens eum Dominum esse, et eo ipsum mulinum animo emisse, ideo quia dampnum suis terris faciebat, et etiam talem inter se pactum inierunt, quando eos emancipavit, ut liceret ipsi Ambrosio traere ipsam aquam per rozam, quam fecerat. His ita auditis, et visa cartula, in qua continebatur, quod ipse Ambrosius non debebat impedire ipsis Filiis suis hoc, quod eis in parte dederat, absolvit ipsos Germanos a petitione isti Patris suorum de ipsa terra. Item censuit ipse Orrigonus, ut si ipse Squarzettus, et Reveglatus juraverint, quod istum pactum cum patre, quando se ab eo emancipaverunt, non fecerunt, ut non liceat ipsi Ambrosio de caetero traere ipsam aquam per illam rozam, dimittat ire per vetus lectum: et sic ipsi germani juraverunt, et sic finita est causa. Anno Dominicae Incarnationis Mil. Centes. quinquagesimo nono isto die, Indictione octava.

Interfuerunt Albertus De Porta Romana; Uboldus de Cibidi; Boccasius Bremma; Griffus Praeallonus; Arialdus Magister De Olzate; Axedus, et Petrus; et de Servitoribus Vitalis, Anselmus de Cinizello, Zachinottus.

Ego Laurentius Judex scripsi.

Digitized by Google

An. 1160. = Concordia fra Berteramo abate di Morimondo e Bonaventura preposto di Rosate, fatta da Milone arciprete della Metropolitana e Gregorio giudice, a nome dell'arcivescovo Oberto. *Ughel. Tom. IV. De Archiep. Mediol. Ubi de Oberto.*

1162. = Lettera dell'imperator Federico scritta al conte di Soissons, intorno alla resa della città di Milano. *Martene, Thesaur. Tom. I, pag.* 473.

Idem. = Diploma di Federigo imperatore, conceduto ad Algiso abate del monistero di Civate, suo parziale. *Murator. Antiq. medii aevi. Tom. VI, pag.* 259.

Idem. = Bolla di papa Alessandro III a favore di Oberto Arcivescovo di Milano e del suo arcivescovato. *Sorman. De Anathemate contra Gallos. Pag.* 232.

An. 1167. = Sentenza di Daniele vescovo di Praga a favore de'comuni di Limonta e Civenna, sudditi dell'abate di sant'Ambrogio di Milano, contro i consoli di Bellagio. *Murator. Antiq. medii aevi. Tom. IV, pag.* 39.

Circa l'anno 1168. = Lettera di Galdino arcivescovo di Milano al preposto e frati della chiesa pievana di Varese, intorno alla elezione dell'arciprete di Santa Maria Del Monte. Carta nella raccolta diplomatica del sig. dott. Sormani. Galdinus Dei gratia Sanctae Mediolanensis Ecclesie Archiepiscopus Apostolice Sedis Legatus. Dilecto Filio Fratri D. Preposito Varisiensi, ejusque Fratribus tam presentibus, quam futuris in perpetuum. Quoniam justis Fidelium petitionibus congruum decet adesse responsum, ideo petitioni vestre, prout possumus, adbibemus assensum. Conquerimini siquidem quod Fratrem nostrum Petrum De Buxolo Mediolanensis Ecclesie Diaconum, in Ecclesia Sancte Marie De Monte, Archipresbyterum ordinaverimus, preter tenorem privilegii a Domino Robaldo bone memorie Sancte Mediolanensis Ecclesie Venerabili Archiepiscopo, cum nostro, aliorumque Fratrum suorum consilio facti, in quo videlicet continetur, solummodo de Ecclesia Varisiensi in prefata Ecclesia Beate Marie De Monte Archipresbiterum esse ordinandum. Confitemur autem, non ut vestrum privilegium ullatenus conemur infringere, sed propter instantem necessitatem, hoc fecisse; considerantes scilicet, quod Varisienses Clerici de Nobilibus Sepriensium sunt oriundi, qui scilicet Seprienses ad destructionem Civitatis, et Ecclesie nostre, Teutonicis pro viribus adheserunt. Sic et Landulfus ille Scismaticus, quondam Archipresbiter, de Sepriensibus originem duxerat, qui dictum Montem Beate Marie Teutonicis, ad internecionem Civitatis. et Ecclesie nostre, tradidit. Ea propter Mediolanenses Cives nullatenus passi sunt jamdictum montem in potestantem Sepriensium ad presens pervenire, Hujus rei gratia predictum Fratrem nostrum Petrum, nobilem Civem Mediolanensem, Virum prudentem, Clericum literatum, et honestum, de latere nostro ibidem Archipresbiterum ordinavimus. Volumus autem, et in presentis Scripture pagina statuimus, nullum prejudicium ex hoc facto Varisiensi Ec-

Digitized by Google

clesie generari, sed post ejusdem Fratris nostri Petri decessum, vel alium rationabilem discessum, jus Varisiensis Ecclesie, quod habebat antequam dictum Fratrem nostrum Petrum ibi Archipresbiterum ordinaverimus illibatum, et illesum, omni tempore perseverare jubemus, atque decernimus. Si qua igitur Ecclesiastica, Secularisve Persona hujus nostre Costitutionis paginam ulla in tempore infringere temptaverit, si secundo, tertiove, commonita non resipuerit, iram, et indignationem Dei, et nostram sentiat et totius sui honoris periculum incurrat. — † Ego Galdinus Dei gratia Sancte Mediolanensis Ecclesie Archiepiscopus — Apostolice Sedis Legatus, confirmavi, et subscipsi. — † Ego Milo Sancte Mediolanensis Ecclesie Archipresbiter SS. — † Ego Ubertus Sancte Mediolanensis Ecclesie Archidiaconus SS. — † Ego Anselmus indignus Diaconus SS. — † Ego Petrus de Buxolo SS. — † Ego Pilippus Diaconus SS. — † Ego Guizardus Subdiaconus SS.

Datum per manus Domni Algisii Cimiliarche, et Cancellarii.

An. 1168. = Breve di papa Alessandro III diretto a Galdino Arcivescovo di Milano, a favore della badessa del monistero di Cremella. *Carta nell'archivio di san Giovanni di Monza.* = Alexander Episcopus Servus Servorum Dei. Venerabili Fratri Galdino Mediolani Archiepiscopo salutem et Apostolicam benedictionem. Suggestum est nobis, et quasi pro certo monstratum, quod bonae memoriae Robaldus antecessor tuus quondam Mediolanensis Archiepiscopus Consuetudines, et Libertates Ecclesiae sibi commissae adhuc ignorans, Archipresbytero, et Canonicis de Modoetia hujusmodi concessionem fecit, quod cum Abbatissa Monasterii de Cremella ididem eligitur, per jamdictum Archipresbyterum intronizetur et Moniales per eundem obedientiam sibi promittant, et laici debeant fidelitatem jurare. Unde quia occasione ista praescripto Monasterio desolationem omnimodam audivimus imminere, et Archipresbyterum, et Canonicos ad eius destructionem eniti, praelibatam concessionem, si res ita se habet, in irritum revocamus, et nullas imposterum vires habere decernimus. Fraternitati tuae praesentium auctoritate mandantes, ut ipsum auctoritate nostra cassatam denuncies, et nullam firmitatem imposterum obtinere. — Dat Romae apud Sanctam Mariam Novam, Id. Junii.

1169. = Bolla dello stesso sommo Pontefice, a favore della chiesa di san Giovanni di Monza. *Carta nello stesso archivio.* = Alexander Episcopus Servus Servorum Dei. Dilecto in Christo Filio Oberto Modoetiensi Archipresbytero, ejusque Fratribus, tam praesentibus, quam futuris canonice substituendis in perpetuum. Piae postulatio voluntatis effectu debet prosequente compleri, ut et devotionis sinceritas laudabiliter enitescat, et ut utilitas postulata vires indubitanter assumat. Eapropter Dilecti in Domino Filii, vestris postulationibus clementer annuimus, et Ecclesiam B. Johanis de Modoetia, in qua divino mancipati estis obsequio, ad exemplum Praedecessorum Nostrorum bonae memoriae Sixti, Innocentii, Celestini, et Anastasii, Romanorum Pontificum, sub Beati Petri, et nostra protectione suscipimus, et praesentis scripti patrocinio communimus. Statuentes, ut quascunque possessiones, quaecunque bona eadem Ecclesia in praesentiarum, juste, et canonice possidet, aut in futurum

Digitized by Google

concessione Pontificum, largitione Regum, vel Principum, oblatione Fidelium, seu aliis justis modis Deo propitio poterit adipisci, firma vobis, vetrisque Successoribus, et illibata permaneant. In quibus haec propriis duximus exprimenda vocabulis. Ipsam videlicet Ecclesiam S. Johanis Baptistae cum omnibus Capellis suis, videlicet: Ecclesia Sancti Michaelis, Sancti Salvatoris, Sancti Petri, Sancti Victoris, Sancti Laurentii cum hospitali, Sancti Alexandri de Blandino, Sancti Martini, Sancti Blasii, Sanctae Agathae, Sancti Mauritii cum hospitali, Sancti Ambrosii, Sancti Donati, Sancti Fidelis, et Sanctae Anastasiae. In Octavo Ecclesia Sancti Christofori; Ecclesia Sanctae Mariae de Sirtori. In Sexto Ecclesie Sancti Alexandri, Sancti Salvatoris, Sancti Michaelis, Sancti Eusebii; Sancte Marie de Teneblago; et Sanctae Mariae de Sundri. Plebem Sancti Juliani de Colonia cum omnibus Capellis suis; videlicet in Albairate Ecclesia Sancti Martini, Sancti Mauricii; in Vico Modroni Ecclesia Sancti Remigii, In Colonia Ecclesia Sancti Gregorii, et Sancti Nazarii; in Coliate Ecclesia Sancti Carpofori, et Sancti Alexandri cum Hospitali; in Concorezi Ecclesia Sancti Eugenii; in Vellate Ecclesia Sanctae Mariae, et Sancti Fidelis. In Cremella Ecclesia Sancti Sisini, et Monasterium Sancti Petri. Confirmationem quoque electionis Cremellensis Abatissae sicut a bonae memoriae quondam Robaldo Mediolanensi Archiepiscopo rationabiliter vobis concessa est, et scripto suo firmata. Iura etiam, et rationabiles consuetudines quas in eadem Sancti Petri Ecclesia de Cremella habetis, vobis pariter confirmamus. Ecclesiam etiam Sancti Gregorii in Ormano; in Blotiano Ecclesiam Sancti Johanes; Sancti Georgii de Coltiago; Sancti Johanis de Varena; Sanctae Mariae de Sarra; Sancti Petri de Sirone; Sancti Johanis de Castro Mortis. Decimam quoque totius territorii de Modoetia; decimam totius territorii de Sexto, decimatione de Tenebiaco excepta; decimam totius territorii de Coliate; decimam de Concorezio; decimam, quae provenit ex bonis de Plebae Coloniae, videlicet ex loco Coloniae, ex loco Vicomodroni, et de loco Albairate. Principales etiam possessiones, videlicet Curiam Cremellae, Curiam Bluciaci, Curiam Valenae, Curiam Castri Mortis, Curiam Lavedi, Curiam Calpurni, Curiam de Vellate, Curiam de Leucate, vobis, et per vos Ecclesiae vestrae, nihilominus confirmamus. Sane illa Feudorum beneficia, quae Reverendae Memoriae Jordanus quondam Mediolanensis Ecclesiae Archiepiscopus vestrae Ecclesiae in praenarratis Ecclesiis ad communem Fratrum sustentationem discrete concessit, vobis, vestrisque Successoribus auctoritate Apostolica roboramus. Prohibentes ut nulli omnino liceat ea deinceps a communi Fratrum utilitate auferre, subtrahere, vel modis quibuslibet immutare. Ad vestram praeterea, et Ecclesiae vestrae quietem, institutiones, et consuetudines confirmamus, quae in Ecclesia vestra, vel in Capellas ad eam pertinentibus rationabili deliberatione, quiete hactenus habere noscuntur. Prohibemus autem, ut nullus infra Parochiam vestram, absque vestro assensu, Ecclesiam, vel Capellam aedificare praesumat. Decernimus ergo, ut nullo omnino hominum liceat praefatam Ecclesiam temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, imminuere, aut aliquibus vexationibus fatigare; sed omniá integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione, et sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Salva Apostolicae sedis auctoritate, et Mediolanensis Archiepiscopi ca-

Digitized by Google

nonica justitia. Si qua igitur in futurum Ecclesiastica, Secularisve Persona hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire temptaverit, secundo, tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis, honorisque sui dignitate careat, reamque se Divino Judicio de perpetrata iniquitate cognoscat, et a Sacratissimo Corpore, ac Sanguine Dei, ac Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco sua jura servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi; quatenus et hic fructus bonae actionis percipiant, et apud districtum Judicem praemium aeternae pacis inveniant. Amen. Amen. Amen.

In Circulo — *In Monogrammate*

Vias tuas Domine demonstra mihi. — Bene valete.

Ego Alexander Catholicae Ecclesiæ Episcopus. — † Ego Hubaldus Hostiensis Episcopus SS. — † Ego Bernardus Portuensis et Sanctae Rufine Episcopus SS. — † Ego Hubaldus Presbyter Cardinalis tit..... — † Ego Teodinus Presb. Card. S. Vitalis tit. Vestinae SS. — † Ego Johanes Presbyter Cardinalis SS. Johanis, et Pauli tit..... — † Ego Jacintus Diaconus Cardinalis Sanctae Mariae in Cosmydin. — † Ego Ugo Diaconus Cardinalis Sancti Eustachii juxta templum Agrippae. — † Ego Vitellus Diaconus Card. SS. Georgii, et Bachi SS. — † Ego Petrus Diaconus Card. Sanctae Mariae In Aquiro SS. — Dat. Beneventi per manum Gratiani Sanctae Romanae Ecclesiae Subdiaconi, et Notarii II Kal. Aprilis Indictione II Incarnationis Dominicae anno M. C. LXVIIII, Pontificatus vero Domini Alexandri Papae III, anno X.

An. 1170. = Sentenza di Oberto arciprete di Monza, e suddiacono della Santa Chiesa Romana, delegato dall'arcivescovo Galdino in una causa fra il prete della chiesa di Cisliano, e l'abate di san Vittore di Milano. *Carta nell'archivio del monistero di san Vittore.* = In nomine Domini Nostri Jesu Christi. Coram Domino Galdino Sancte Mediolanensis Ecclesie Archiepiscopo, Apostolice Sedis legato. Inter Domnum Ambrosium Ecclesie, et Monasterii Sancti Victoris ad Corpus Abbatem, et Domnum Johannem Ecclesie de Cyxiliano Presbyterum, ex mandato, et consensu Domni Madii Ecclesie de Coriopicta Prepositi, hujusmodi agitabatur controversia. Proponebat siquidem ipse Johannes Presbiter Ecclesiam Sanctorum Faustini, et Jovite, que est sita inter Albairate, et Cyxilianum, ubi quondam dicebatur Verdezagum, cum omni suo jure et pertinentia, suam esse, et ad se pertinere. Sedimen quoque, quod juxta eandem situm est Ecclesiam, quia ipsius Ecclesie esse proponebatur, ad se pertinere dicebat: allegans, quod cum ipsa Ecclesia infra fines, et terminos suu Plebis, et Parrocchie, sita sit, eam longo tempore quiete possedit, et in festo ejusdem Ecclesie absque ipso Abbate, vel ejus Nuncio, seu Antecessores ejus, ipse, et Antecessores sui Divina celebraverint Officia. Et super hoc hujusmodi produxit testes. Xuganapo jurato dixit. Ego vidi in festo Sancti Faustini venire ad ipsam Ecclesiam Anselmum Presbyterum de Albairate, et Folcum de Mayrora, et Dominos de .... et Dominos et Dominas de Albairate, et Cixilano, nec fuit ibi aliquis Monachus vel Nuntius Abbatis, et hoc..... supra. Interrogatus quotiens hoc viderit dixit, quatuor,

Digitized by Google

aut amplius. Et vidi, quod Dominus Guifredus . . . . . , in quo quidam Presbiter edificavit ibi prope domunculam, et dixit quod . . . . . de Confinio de Cyxiliano. Henricus Carexani jurato dixit, quod Xuganapo. Interrogatus quotiens vidit, dixit septies aut amplius. Petrus Capellus jurato idem quod Xuganapo, excepto, quod non vidit ibi Paganum Diaconum. Interrogatus quotiens hoc vidit, dixit; ter, aut amplius, et quod Ecclesia sit de Confinio de Cyxillano, et de terra, quam dedit prefatus Guifredus idem. E contra vero supradictus Abbas se longissimam eidem Ecclesie quietam habuisse possessionem affirmabat, et de interrupta sibi possessione conquerebatur. Bona quoque, et eas ejusdem Ecclesie se semper habuisse, et quiete possedisse monstrabat. Ad quod probandum suppositos testes induxit. Obertus de Sancto Victore dixit. Ego scio et vidi, quod Monachi Sancti Victoris per istos XXX annos, et plus, quiete, et sine contradictione possederunt Ecclesiam Sancti Faustini, et Sancti Desiderii de Albairate, et ego multociens ivi cum Monachis ad faciendum Festum in expensis nostris nullo contradicente. Et scio, et vidi, quod nullus serviebat ibi nisi per Abbatem, et rebus illius Ecclesie ita utebantur Monachi, sicut suis propriis, sine contradictione. Et dixit de Johanne Sacerdote Monaco, qui stetit ibi per Monachos, et ego met portavit illuc Campanam ex parte Monasterii. Discus dixit idem, et dixit quod multocies portavit prefato Sacerdoti, qui serviebat ibi, farinam, et oleum, et panem, et alia cybaria ex parte Abbatis, nec unquam audivit, quod alius haberet aliquod facere in illis Ecclesiis, nisi Abbas. Publica quoque instrumenta exhibuit idem Abbas, que de traditione, seu de donatione Fundatoris ejusdem Ecclesie in prefatum Monasterium Beati Victoris facta fuerant. Privilegium etiam Eugenii PP. felicis memorie, quod id ipsum confirmabat, ostendit. Hiis igitur et aliis auditis, et visis Dominus Obertus Sancte Romane Ecclesie Subdiaconus, et Modoetiensis Archipresbiter; ex mandato Domni Archiepiscopi, et conscilio Fratrum, ac Sapientum suorum, suam promulgavit sententiam: ut si prememoratus Abbas, per suum Advocatum, jurare vellet sepe dictam Ecclesiam Sanctorum Faustini, et Jovitte ita supradicti Monasterii Sancti Victoris esse, quod ad Ecclesiam de Coriopicta non pertineret, ab ipsius Presbiteri Johannis petitione esset absolutus. Et ipse per suum juravit Advocatum, et sic finita est causa. Actum in Palatio Mediolani anno a Nativitate Domini millesimo centesimo septuagesimo, III Kal. Augusti Indictione III. Interfuerunt Anselmus de Orto, Johannes Bastardus, Petrus, et Henricus de Marliano, Guercius de Hostiolo, Arnaldus Mainerius, Gulielmus, et Algisus Mantegacii; Lanfrancus Gatarossa, Ardicius Mantegacius; Gregorius de Caga in arca; Heriprandus Judex; Johanardus Canis; Rogerius de Sadriano; Capellus, et Gargarotus de Mairora; Henricus Serloterii; et Leonardus Sigezonis; et Bonabellus; et plures alii. — † Ego Vifredus ex mandato Domini mei Galdini Mediolanensis Ecclesie Archiepiscopi subscripsi. — † Ego Hubertus Mediolanensis Archidiaconus subscripsi. — † Ego Beatus ex mandato Domni Milonis Mediolanensis Ecclesie Archipresbiteri subscripsi. — † Ego Algisius Mediolanensis Ecclesie Cimiliarca, et Cancellarius subscripsi. — † Ego Obertus Subdiaconus, et Modoetiensis Ecclesie Minister subscripsi. — † Ego Magister Rolandus S. Mediol. Ecclesie Diaconus. — † Ego Philippus Diaconus subscripsi. — † Ego Wiscardus

Digitized by Google

Diaconus subscripsi. — † Ego Albericus Subdiaconus subscripsi. — Ego Adobadus ex mandato Domni Ugonis Diaconi subscripsi. — Datum per manum Domni Alg. Mediol. Ecclesie Cymiliarce, et Cancellarii. — Ego Adobadus ex mandato ejus hanc sententiam scripsi.

An. 1170. = Sentenza di tre delegati apostolici, sopra la lite nata fra l'arcivescovo e i decumani di Milano, per la elezione del primicerio. *Carta nei manoscritti di Francesco Castelli.* = In nomine Domini. Die Martis undecimo Kal. Maji Indictione tertia. Nos Ambrosius Abbas De Cerreto, et Otto Prepositus de Crescentiaco, et Johannes Bonus Sanctæ Romane Ecclesie Subdiaconus. Ex delegatione Venerabilis Patris nostri Domini Pape Alexandri, cognoscentes de causa, que vertebatur inter Dominum Galdinum Venerabilem Archiepiscopum, et ex altera parte Gibuinum Prepositum Sancti Georgii, et Trancherium Sanctæ Marie Archipresbiterum, et eorum socios, ex parte Decumanorum ad hoc negotium Procuratores datos, pro electione Primicerii facienda. Visis, et cognitis probationibus, et allegationibus utriusque partis, habito consilio Girardi Pisti, et Sutii de Marliano, Judicum, Assessorum nostrorum, hanc proferimus Sententiam: ut liceat Presbiteris, et Clericis Decumanorum, eligere octo de Collegio eorum ad hanc causam, quos putaverint magis idoneos, et pacis, et concordie amatores, qui sint cum Domino Archiepiscopo, exibentes ei honorem, et reverentiam tamquam Patri, et Domino, et ipse eis tanquam Filiis morem gerendo; et electionem Primicerii unanimiter, et concorditer, ac sincere faciant, ipse cum eis, et ipsi cum eo. — Anno Dominice Incarnationis Milleximo, centesimo, septuagesimo. In Palatio ejusdem Domini Archiepiscopi. — Ego Ambrosius Abbas De Cerreto, ad hanc Causam a Domino Papa delegatus subscripsi. — Ego Otto Crescentiacensis Ecclesie Prepositus, ad hanc Causam a Domino Papa Delegatus subscripsi. — Ego Johannes Bonus Domini Pape Subdiaconus, et ab eodem ad hanc causam Delegatus subscripsi.

Circa lo stesso tempo. = Diploma di Galdino arcivescovo, con cui conferma agli ordinarj della sua chiesa metropolitana i loro privilegi. *Puricel. Ambros., num.* 512.

An. 1170. = Sentenza di Milone arciprete e vescovo di Torino, con l'approvazione dell'arcivescovo Galdino, fra la badessa del monistero Maggiore e quella di santa Maria di Montano. *Id. Ib., num.* 609.

Idem. = Bolla di papa Alessandro III a favore del monistero di santa Maria di Chiaravalle. *Carta dell'archivio di quel monistero.*

Idem. = Bolla di papa Alessandro III a favore dello spedale di san Biagio presso a Monza. *Carta nell'archivio del monistero di sant'Apollinare di Milano.* = Alexander Episcopus Servus Servorum Dei. Dilecto Filio Ardico Magistro Hospitalis, quod est apud Sanctum Blasium juxta Modoetiam, ejusque Fratribus tam præsentibus, quam futuris, canonice substituendis, in perpetuum. Ad hoc

Digitized by Google

in Apostolicæ sedis regimen . . . . . petitionibus debeamus. Ea propter Dilecte in Domino Fili Ardice, devotionem tuam laudabilem attendentes, ad exemplar Prædecessoris nostri fælicis memoriæ Innocentiis PP. præfatum Hospitale, cum omnibus suis appenditiis, assensu, et consilio Arnaldi, et Johannis, aliorumque Vicinorum ipsius Loci, sub censu sex denariorum Mediolanensis monetæ Veteris Nobis, nostrisque successoribus annualiter persolvendæ, a Prædecessore tuo Adam Beato Petro oblatum, sub Romanæ Ecclesiæ, ac nostra protectione..... communimus, statuentes, ut quascumque..... idem Hospitale impresentiarum..... justis modis præstante Deo potuerit adipisci, firma tibi, tuisque successoribus, et illibata permaneant. Decernimus ergo, ut nulli.... præfatum Hospitale temere perturbare..... fatigare; sed illibata omnia, et integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione et sustentatione . . . . . profutura. Salva sedis Apostolicæ auctoritate si qua igitur in futurum..... commonitus nisi præsumptionem suam congruo..... subjaceat. Cunctis autem eidem loco sua jura..... pacis inveniant. Amen. Amen. Amen.

In Circulo — *In Monogrammate*

Vias tuas Domine demonstra mihi. — Bene valete.

Ego Alexander Catholicæ Ecclesiæ Episcopus SS. — † Ego Bernardus Portuensis, et S. Rufinæ Episcopus SS. — † Ego Hubaldus Presbiter Card. tit. S. Crucis in Jerusalem SS. — † Ego Johannes Presb. Card. SS. Johannis, et Pauli tit. Pamachii SS. — † Ego Albertus Presb. Card. tit. S. Laurentii in Lucina SS. — † Ego Jac. Diac. Card. Sanctæ Mariæ in Cosmidin SS. — † Ego Hugo Diac. Card. S. Eustachii juxta templum Agrippæ SS. — Dat. Verolis per manum Gratiani Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Subdiaconi, et Notarii Nonis Junii Indictione III. Incarnationis Dominicæ anno MCLXX., Pontificatus vero Domni Alexandri PP. III, anno XI.

Pendet sigillum plumbeum.

An. 1170. = Convenzione fra i Milanesi e i Vercellesi, sopra il transito o pedaggio del ponte o porto del Tesino. *Carta nella raccolta intitolata* I Biscioni, *nell'archivio di Vercelli.*

Idem. = Sentenza de' consoli di Milano in una causa fra l'abate di Chiaravalle e la famiglia del Pozzobonello. *Carta nell'archivio di sant'Ambrogio di Milano.*

An. 1171. = Breve di papa Alessandro III, diretto a Galdino arcivescovo di Milano, intorno alla elezione del primicerio. *Saxius. Series archiep. ubi de Sancto Galdino.*

Idem. = Sentenza di Galdino arcivescovo di Milano in una lite fra la badessa del monistero di san Michele di Borgonuovo presso a Vimercato, ed il preposto di quella pieve. *Saxius supracit.*

Idem. = Altra in una causa fra la chiesa pievana di san Siro di Faito e la chiesa di san Maurizio di Osco. *Carta nell'archivio arcivescovile delle Visite.*

Digitized by Google

An. 1171. = Bolla di papa Alessandro III in favore del monistero di Morimondo. *Ughel. Tom. IV ubi de Archiep. Mediol. in Robaldo.*

1172. = Sentenza de' consoli di Milano favorevole all'abate di sant'Ambrogio. *Carta nell'archivio ambrosiano.*

Idem. = Bolla del sopradetto sommo pontefice, conceduta a Filippo preposto della basilica di sant'Eustorgio di Milano, ed a' suoi fratelli. *Carta nell'archivio del monistero di santa Maria delle Veteri in Milano.* = Dilectis Filiis Filippo Præposito Ecclesiæ Sancti Eustorgii, ejusque Fratribus tam præsentibus, quam futuris canonice substituendis in perpetuum. Quotiens illud a nobis petitur, quod Religioni, et honestati noscitur convenire, animo nos decet libenti concedere, et potentium desideriis congruum suffragium impertiri. Ea propter, Dilecti in Domino Filii, vestris justis postulationibus clementer annuimus, et prefatam Ecclesiam in qua Divino mancipati estis obsequio sub B. Petri et nostra protectione suscipimus, et præsenti scripti patrocinio communimus. Statuentes, ut quascunque possessiones, quæcunque bona eadem Ecclesia in præsentiarum juste, et canonice possidet, aut in futurum concessione Pontificium, largitione Regum, vel Principum, oblatione Fidelium, seu aliis justis modis præstante Domino poterit adipisci, firma vobis, vestrisque Successoribus, et illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis. Hospitale, quod constructum est ad honorem Dei, et Pauperum substentationem in Suburbio Portæ Ticinensis; ordinationem, et institutionem, regimen, Dominium, et investituram Hospitalis, et Superstantiæ, quemadmodum a Venerabili Fratre nostro Galdino Mediolanensi Archiepiscopo Apostolicæ Sedis Legato, hec omnia vobis concessa sunt, et scripti sui munimine roborata, vobis confirmamus. Ecclesiam Sancti Petri, Ecclesiam Sancti Stefani, cum decimationibus et aliis pertinentiis suis. Decernimus ergo, ut nulli omnino Hominum liceat præfatam Ecclesiam temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed illibata omnia et integra conserventur eorum, quorum gubernatione, et sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Salva sedis Apostolicæ auctoritate, et Diocesani Episcopi canonica justitia. Si quæ igitur in futurum Ecclesiastica, secularisve Persona, hanc nostræ Constitutionis paginam sciens, contra eam venire tentaverit, secundo, tertiove commonita, nisi præsumptionem suam digna satisfactione correxerit, potestatis, honorisque dignitate careat, reamque se Divino Judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a Sacratissimo Corpore, et Sanguine Dei, et Domini Redemptoris Nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco sua jura servantibus sit pax D. N. J. C., quatenus et hic fructum bonæ actionis percipiant, et apud districtum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen. Amen.

In Circulo — *In Monogrammate*

Vias tuas Domine demonstra mihi. — Bene valete.

Ego Alexander Catholicæ Ecclesiæ Episcopus SS. — † Ego Hubaldus Hostiensis Episcopus SS. — † Ego Gualterius Albanensis Episcopus SS. — † Ego

Digitized by Google

Johannes S. R. E. Presb. Card. S. Anastasiæ SS. — † Ego Guilelmus Presb. Card. tit. S. Petri ad Vincula SS. — † Ego Boso Pr. Cardinalis S. Pudentianæ tit. Pastoris SS. — † Ego Petrus Pr. Card. tit. S. Laurentii in Domaso SS. — † Ego Johannes Presb. Card. tit. S. Marci SS. — † Ego Oddo Diac. Card. S. Nicolai in Carcere Tulliano SS. — † Ego Cinthyus Diac. Card. S. Adriani SS. — † Ego Manfredus Diac. Card. S. Georgii ad Velum aureum SS. — † Ego Hugo Diac. Card. S. Eustachii juxta templum Agrippæ SS. — † Ego Vitellus Diac. Card. SS. Sergii, et Bacchi SS. — † Ego Petrus Diac. Card. S. Mariæ in Aguiro SS. — Dat. Anagniæ per manum Gratiani S. Romanæ Ecclesiæ Subdiaconi, et Notarii. V Cal. Aprilis, Indictione VI, Incarnat. Dominicæ Anno M. C. LXXII, Pontificat. vero Domini Alexandri Papæ III. Anno XIIII.

Plumbum filis sericis appensum extat.

An. 1173. = Privilegio conceduto dai rettori della Lega di Lombardia a Trasmondo abate di Chiaravalle. *Carta nell'archivio del monistero di Chiaravalle.* = Rectores Lombardiæ. Claibellus Cremonensis; Rogerius Vicecomes, Mediolanensis; Johannes Brixiensis; Albertus Placentinus; Albertus Novariensis; Malastrevva Parmensis; Trullus Laudensis; Eleazarus Reginus; Marcellus Mutinensis; Burdenus Bergomensis; Transmundo Abati Carevallis, et ceteris Abbatibus ejusdem Ordinis. Cum essemus Laude pro negotiis publicis congregati, representatum est Nobis autenticum instrumentum antecessorum nostrorum Rectorum Lombardie, quod personalem, et singularem legem, quam amore Dei, vestreque Religionis intuitu de immunitate juramenti de calumpnia vobis fecerant continebat; rogantibus vobis, atque petentibus, ut quod illi statuerant Nos quoque similiter firmaremus. Quia ergo id solius Divinitatis obtentu vobis, et domibus vestris intelleximus esse concessum, Nos etiam hoc ipsum ob meritum vestrum personali lege concedimus, et firmamus: statuentes, ut in nullo loco Lombardie juramentum calumpnie vel facere, vel exigere debeatis. Si quis autem contra hoc nostre concessionis indultum illud a Vobis extorquere voluerit, liceat Vobis causam vestram ad judicium transferre Rectorum, et absque illius gravamine justitie vestre assequi complementum. Datum Laude anno Domini MCLXXIII, X Kal. Martii.

Idem. = Sentenza de' consoli di Milano pel monistero di sant'Ambrogio. *Carta nell'archivio del medesimo.*

Idem. = Altra sentenza de' consoli di Milano per lo stesso monistero. *Carta nel medesimo archivio.*

Idem. = Sentenza simile in un'altra causa. *Carta nella Raccolta diplomatica del sig. dottor Sormani.*

Idem. = Convenzione fra Algisio preposto della chiesa pievana di Varese, e frate Alberto da Bregnano spedaliere, per la erezione di un nuovo spedale presso a Varese, in un luogo detto le Nove Fontane. *Carta nella Raccolta di-*

Digitized by Google

plomatica del signor dottor Sormani. = Anno Dominice Incarnationis Millesimo, centesimo, septuagesimo tertio, die Martis, qui erat quintus decimus Mensis Maii, Indictione sexta. In nomine Sancte, et Individue Trinitatis, et Beati Martiris Victoris, omniumque simul Sanctorum: in presentia multorum bonorum Hominum, quorum nomina inserta sunt, Divina inspiratione, et Canonico ordine Conventio, inter Domnum Presbiterum Algisium Pre..... Ecclesie Sancti Victoris de Varisio, consilio, et firmamento Domni Guifredi Archipresbiteri de Clivio, et Domni Arderici Archipresbiteri de Schianno, et Domni Presbiteri Alberici, et Domni Presbiteri Johannis Salicis, et Petri Clerici de Sirano, et aliorum suorum Fratrum ipsius ecclesie; et ex parte altera Fratrem Albertum, qui dicitur, De Bregnano, facta est; quod illa..... Domus Hospitalis, et Ecclesia, quam ipse Frater Albertus, cum aliis suis Fratribus, intra confinia Plebis de Varisio, pro ut disposuit, Ad Novem Fontanas, est edificaturus, a presenti die, et hora, postquam conditum, et edictum fuerit, perpetue, et indefinite, debeat esse, atque teneri sub obedientia Varisiensis Prepositi, qui videlicet pro tempore in concordia fuerit in ipsa Ecclesia: ita ut illud Hospitale, et Ecclesia, Altari Sancti Victoris de Varisio..... semper permaneat, et in Testo Sancti Victoris ad Missam teneantur dari a Magister Hospitalis, et illius Domus, omni anno duo Candelabra accensa, videlicet de duos libris cere, que libre sint de duodecim untiarum, per unamquemque libram, sine fraude; et a Domno Varisiensi Preposito, cum aliis tribus suis Fratribus hebdomadariis, scilicet, ita ut sint quatuor, in Vigilia Festivitatis illius Sancti, in cujus honorem ipsa Ecclesia fuerit edificata, debeat adesse, et officiare ipsam Ecclesiam decenter, et illis debeat dari honorifice potum ex mero vino; in Festivitatis vero die, debeant similiter, illam Ecclesiam officiare, et ibi reficiantur a Magistro, et Fratribus Hospitalis, cibo, et potu, secundum quod convenerit diei illi honorifice, Magister vero, vel qui primus fuerit illius Hospitalis, debeat dare Varisiensi Preposito manum obedientie; et si Magister Hospitalis cum suis Fratribus, voluerint ad ipsam suam Ecclesiam Presbiterum clamare, de Ecclesia de Varisio, a Prelato debeat exigere, et habere, qui similiter manum det obedientie ipsi Prelato, si tamen sit ipse Presbiter, qui habitum, et vitam illius Hospitalis ducere velit, stando ibi per annum in probatione, et si infra annum disciplicuerit majori parti Fratrum, et Magistro, liceat eum dimittere, aliumque de Varisiensi Ecclesia recipere ut supra; et si in Ecclesia de Varisio non invenirent, nec a Preposito habere possent, talem ut supra; virtutem habeant Magister, et Fratres accipiendi aliunde, qui similiter obediat Varisiensem Prepositum, ut dicitur superius; et si interim non invenirent, et Presbiterum, vel Clericum ad officiandum ipsam Ecclesiam, secum tamen vellent de Ecclesia Varisiensi accipere, et Magistrum in ipso Hospitali prodigum, vel ita discordem adesset, quod majori parti Fratrum displiceret, et ibi non conveniret in illa Sancta Domo; et hoc in arbitrio Varisiensis Prelati, et Majoris partis Fraternitatis Hospitalis, Vicinorum quoque de Varisio, eorum communi consilio dimittatur, et alium convenientem, et honestum eligant, et confirment ibi, cui Fratres teneantur obedire, pro ut Magistro, regulariter, et Canonice visum fuerit vult namque quod supra constitutum est..... Actum in Choro supradicti Sancti Victoris de Varisio feliciter. Unde duo Bre-

Digitized by Google

via unius tenoris edita sunt. — Ego Guiscardus ex mandato, et vice Domini mei Galdini Archiepiscopi, Apostolice Sedis Legati. — Ego Adelardus Lector ex mandato Domni Algisii Cimiliarche, et Cancellarii SS. — Ego Philippus Diaconus SS. — Ego Guiscardus Diaconus SS. — Ego Albericus Subdiaconus SS. — Ego Rogerius ex mandato Domini Ottonis Subdiaconi SS. — Ego ..... Subdiaconus, et Modoetiensis Ecclesie Minister SS..... mandato Ottonis De Samoirago, Bregontii ....., Alberti de Girano, Angeli Medici, Ottonis Girami, Victorini Tiberii De Vedano, Vincentii Clavotti, Guatiis Ciseris, Guglielmi Rustigonis, Guffredi Gaffaronii, Guidonis Marini, Gotardi De Moneta, Amizonis De Piscina, Bregontii Pelizarii, Johannis Tatti, Ugonis De Fossato, Malguardi Judicis, et aliorum quamplurium liberorum Hominum Testium. Aderant ibi similiter de Fratribus Hospitalis Gulielmus De Gualigita, Gianselmus De Fatta dictus Millius, Carlevarius Verrigius, et Ugo Morbus, et Bottinus. — Ego Petrus Judex, et Missus Domini Frederici Imperatoris tradidi. — Ego Melior Judex De Applano, et Missus Domini Frederici Imperatoris.

An. 1173. = Convenzione fra il preposto della chiesa pievana di Castel Seprio ed i signori e capitani di Castiglione fatta da Milone arciprete e vescovo di Torino, ed Alberto preposto di san Naborre. *Carta nell' archivio dei Beneficiati della Metropolitana.* = In nomine Sancte, et Individue Trinitatis. Inter Domnum Guiscardum Mediolanensis Ecclesie Diaconum Ordinarium, Plebis de Castro Seprio Prepositum, pro se, et Fratribus suis, et ex alia parte Domnum Onfredum De Castillione, et Philippum, pro se, et reliquis Dominis De Castillione, super Ecclesiis Beati Petri, et Beati Laurentii, que in eodem Loco Castillioni site sunt, coram Domino Galdino Sancte Mediolanensis Ecclesie Archiepiscopo, Apostolice Sedis Legato, hujusmodi agitabatur controversia. Proponebat siquidem prefatus, Prepositus, predictas Ecclesias de Castillione omni jure ad prefatam Plebem de Castro Seprio pertinere, et tamquam Capellas eidem Plebi subesse debere. E contra vero prefati Domini hoc inficiantes, easdem Ecclesias ita liberas esse asserebant, quod ad solum Domnum Archiepiscopum nullo mediante pertinebant. Cum igitur super hoc utraque pars suos produxisset Testes, et Causa satis discussa fuisset, placuit utrique parti, et pariter per transactionem compromiserunt in Domnum Milonem Sancte Mediolanensis Ecclesie Archipresbiterum, Taurinensem Episcopum, et Domnum Albertum Primicerium Lectorum, Sancti Naboris Prepositum. Qui ex mandato, et auctoritate Domni Archiepiscopi Causam ipsam suscipientes, preceperunt; Ut Capitanei De Castillione libere, quem velint, et unde velint, eligant Sacerdotem, sive Clericum, Ambroxianum dumtaxat, et idoneum, non Professum, quem Prepositus De Castro Seprio, si idoneus fuerit, investiat, et ab eo manum obedientie recipiat; vel si prefati Domini non Sacerdotem, sed Clericum tantum, aut forte Secularem, vocaverint, prenominatus Prepositus, qui pro tempore fuerit, eum tonsuret, et ad Sacros Ordines representet, qui accepto Crismate a Plebe babtizet. Expensas autem Plebis, que facte fuerint pro Apostolico, vel ejus Misso; aut pro Archiepiscopo, vel eius Misso; au pro Comune Mediolani, pro rata suarum facultatum persolvat. In festivitat vero Beati Johannis Evangeliste, cereos duos trium librarum pro censu Plebi

Digitized by Google

annaliter prestet; ed in reddendo censu, cum Clerico suo honorifice recipiatur. Festa veri Beati Petri, et Beati Laurentii, cum tribus Ordinariis honorifice faciat, sicut alii Sacerdotes ejusdem Plebis faciunt. Si quos etiam ad exequias Mortuorum invitare voluerit, primo Ordinarios Plebis invitet, deinde extraneos si ei placuerit. Ad Scrutinium quoque, et ad Letanias Plebis, idem Presbiter vadat. Ad hebdomada vero in Plebe facienda liber sit, et immunis. Preterea Sacerdos, qui in ipsa est Ecclesia non removeatur, nec manum obedientie dare cogatur. Sed si permanere voluerit a Preposito investiatur, ita tamen ut supradicta omnia fideliter exequatur. Alia vero super imposita, vel executio a Preposito ejusdem Plebis in prefatis Ecclesiis non fiat. Et sic finita est Causa. Actum in Domo Domni Episcopi, anno..... Millesimo, centesimo, septuagesimo tertio, mense Julii, Indictione sexta. — Ego Milo Taurinensis Episcopus, et Mediolanensis Archipresbiter a me facto SS. — Ego Albertus Primicerius Lectorum, et Sancti Naboris Prepositus a me facto SS.

An. 1173. = Convenzione fra l'abate di san Celso di Milano, e l'abate di Morimondo. *Puricel. Nazar. Cap. CVI.*

Idem. = Sentenza di Galdino arcivescovo di Milano in una lite fra Oprando abate di san Simpliciano di Milano e Pietro preposto di Appiano, per alcune decime. *Carta nell'archivio del monistero di san Simpliciano.*

An. 1174. = Sentenza de' Consoli di Milano. *Carta nella raccolta diplomatica del sig. dottor Sormani.*

Idem. = Breve di papa Alessandro III, dove riferisce, ed approva la sentenza data da Milone arciprete di Milano, e vescovo di Torino, per alcune differenze nate fra il monistero e la canonica di sant'Ambrogio. *Puricell. Ambros., num.* 533.

Idem. = Convenzione fra Oberto arciprete di Monza, i consoli di quel Borgo, e Gherardo Tintore, per regolamento di un nuovo spedale ivi fondato dal predetto Gherardo. *Acta Sanctorum, ad diem VI Junii ubi de Sancto Gherardo.*

Idem. = Diploma di Federigo imperatore, conceduto al monistero di Morimondo. *Ughel. Tom. IV, ubi de Archiep. Mediol. in Algisio.*

An. 1175. = Sentenza de' consoli di Milano contro i consoli de' Pascoli di porta Vercellina. *Carta nell'archivio Ambrosiano.*

Idem. = Lascito di Gibuino preposto di san Giorgio *In Palazzo* a favore del clero della sua chiesa. *Saxius supracit., ubi de Sancto Galdino*

An. 1176. = Lettera scritta dai Milanesi alla città di Bologna, intorno alla vittoria da essi riportata contro l'imperator Federigo. *Radulfus. De Diceto, pagina* 591.

Digitized by Google

An. 1176. = Sentenza de' consoli di Milano per la strada, che va da Garbagnate a Seguria, o Seguro. *Carta nella raccolta diplomat. del sig. dott. Sormani.*

• 1177. = Sentenza de' consoli de' negozianti di Milano, per una viottola in Monza. *Carta nell'archivio di san Giovanni di Monza.*

Idem. = Bolla di papa Alessandro III, a favore di Oprando abate del monistero di san Simpliciano di Milano. *Murator. Antiq. medii ævi. Tom. III, p.* 219.

An. 1178. = Convenzione fra i preti della chiesa di sant'Apollinare, e quella di santa Maria *In Valle,* nella città di Milano. *Puricell. Ambros., num.* 583.

Idem. = Sentenza de' rettori della società delle città d'Italia alleate, a favore delle comunità di Limonta e Civenna, suddite del monistero di sant'Ambrogio. *Id. Ib., num.* 573.

Idem. = Sentenza di Algisio arcivescovo di Milano in una lite fra la chiesa del santo Sepolcro di Ternate, e i consoli di quel luogo. *Id. Ib., num.* 574.

Idem. = Sentenza de' consoli di Milano per certi beni in Garbagnate. *Carta nella raccolta diplomatica del signor dottor Sormani.*

An. 1179. = Diploma di Federico imperatore, a favore del monistero di sant'Ambrogio di Milano. *Puricell. Ambros., num.* 575.

Idem. = Sentenza de' consoli di Milano a favore di Colomba badessa del monistero d'Orona. *Carta nell'archivio del monistero di sant'Agostino in Porta Nuova.*

Idem. = Donazione di Anselmo da Ro ordinario della Metropolitana per celebrare in essa la festa dell' Invenzione della santa Croce. *Murator. Antiq. medii ævi. Tom. IV, pag.* 857.

• Bolla di papa Alessandro III, in favore del monistero di Morimondo. *Ughel. Tom. IV, ubi de Archiep. Mediol. in Robaldo.*

An. 1180. = Lettera di Algisio arcivescovo di Milano alla città d'Alessandria, intorno al vescovo di essa. *Ughel. Tom. IV, ubi de Episcopis Alexandriæ.*

• 1181. = Diploma di Algisio arcivescovo di Milano conceduto allo spedale di sant'Ambrogio del luogo di Molina, presso a Barasso, nella Pieve di Varese. *Carta nell'archivio della chiesa pievana di Varese.* = Algisius dei gratia Sanctæ Mediolanensis Ecclesie Archiepiscopus. Dilecto in Cristo Filio Alberico. Magistro Hospitalis Ecclesie Sancti Ambrosii de Molina, ejusque Fratribus tam præsentibus, quam futuris, in perpetuum. Justis petentium postulationibus dignum est facilem prebere assensum, et ea que a rationis tramite non discor-

Digitized by Google

dant effectu sunt persequente adimplenda. Ea propter Dilecti in Cristo Filii, devotionem et umilitatem, quam erga Nos, et Mediolanensem Ecclesiam geritis attendentes, eamque plurimum commendantes in Domino, cognoscentes quoque ex tenore instrumenti fundatoris, Ecclesiam Sancti Ambrosii de Molina, in qua Divinis mancipati estis obsequiis, in ministerio Pauperum jugiter deservitis, ad Mediolanensem Ecclesiam, nulla alia persona, vel Ecclesia interposita, tantum spectare; vestris justis petitionibus grato concurrentes assensu, predictam Ecclesiam, et Personas vestras, in nostra, et Sancte Mediolanensis Ecclesie protectione, et defensione, suscipimus. Statuentes ad presens, ut nulli omnino Homiuum, Clerico, vel Laico, in nostra commorante Diecesi liceat, vel per manum obedientie, vel quocumque alio modo, aut quicquam aliud exigere, nisi Sacerdoti de Baraxo, qui jus Parochiale habet, et annuatim ab Ecclesia quinque solidos in Festo Sancti Martini, ut constitutum est, debet habere; Plebi Varisiensi, cui quandam obedientiam, seu reverentium, et prandium, et partem candelarum in Festo Sancti Ambrosii facere debetis, et dare; salva in omnibus auctoritate nostra, et Sancte Mediolanensis Ecclesie. Si qua igitur Ecclesiastica, Secularisve Persona, nostro commissa regimini, contra hanc nostre Constitutionis paginam venire non timens, in quibuslibet aliis, preter ea que superius dicta Sacerdoti de Baraxo, et Plebi Varisiensi concessa sunt, vos aggravare temptaverit, et secundo, tertiove commonita satisfactione congrua suam non correxerit temeritatem, a Sacratissimo Corpore Domini nostri Jesu Christi fiat aliena, et in extremo examine Divino ultioni subjaceat, Omnibus autem eandem constitutionem servantibus pax multiplicetur, et gratia in perpetuum. Amen. — Dat Anno Domini Millesimo, centesimo octuagesimo primo. XVI Kal. Maji, Indictione XIV.

An. 1181. = Sentenza data dall' arcivescovo Algisio, nel suo palazzo di Stazzona, a favore del monistero di sant'Ambrogio. *Puricell. Ambros., num.* 577.

Idem. = Vendita fatta da Guglielmo abate di san Celso di Milano, al monistero di Morimondo. *Ughel. Tom. IV, in archiep. mediol. ubi de Algisio.*

Idem. = Sentenza de' consoli di Milano a favore del monistero di san Vittore. *Carta nell'archivio di quel monistero.*

An. 1182. = Sentenza di tre delegati apostolici in una lite fra l'arcivescovo, ed alcune chiese di Milano, per l'uso delle dalmatiche. *Carta nel Codice di Beroldo, che si conserva nella libreria della Metropolitana.* = In nomine Domini nostri Jesu Christi. Amen. Cause, que in contentionem deveniunt, qualiter concordia, vel juditio terminentur, fidei committitur litterarum, ut habeat secutura Posteritas, quid evidenter agnoscat, et ne super hiis, que decisa sunt, oblivione temporis possit ullatenus oberrare. Propterea Nos Dei gratia Tebaldus Placentinus, et Petrus Lunensis Episcopi cum a Domino, et Beatissimo Patre nostro Lutio Summo Pontifice delegati essemus, ad cognoscendam, et deffiniendam causam, quæ vertebatur inter Algisium Venerabilem Archiepiscopum Mediolanensem ex una parte, et Sancti Georgii, et Sancti Lauren-

Digitized by Google

tii, et Sancti Stephani, et Sancti Ambrosii Prepositos, et quosdam alios Clericos, quorum unus erat Magister Gualterius pro Ecclesia Sancti Nazarii ex altera parte super usu Dalmaticarum, et Albarum, quas in suis Ecclesiis competere dicebant; sed Dominus archiepiscopus diffidebatur; receptis Testibus antique Consuetudinis tantum secundum tenorem litterarum Domini Pape; visis etiam attestationibus utriusque Partis, et perlectis, quas Dominus Papa Nobis bullatas transmisit, multis etiam allegationibus utriusque Partis diligenter auditis, et intellectis; utraque Parte presente, talem in scriptis pronuntiamus Sententiam. Scilicet, ut Diaconus, et Subdiaconus prædictarum Ecclesiarum in Missis novorum Sacerdotum et in Festivitatibus Ecclesiarum suarum, et in vocabulis altarium suorum, et in Vigiliis, ad quas Festivitates, et Vigilias Dominus Archiepiscopus, vel Ordinarii non accedunt, Dominum Archiepiscopum condemnamus suprascriptis nomine Ecclesiarium suarum, ut usum Dalmaticarum, et Albarum eis non proibeat immo concedat. In omnibus vero matutinalibus Missis usum Dalmaticarum, et Albarum suprascriptis nomine Ecclesiarum suarum penitus denegamus, et Dominum Archiepiscopum ab eorum petitione absolvimus, et ne eis in prefatis Missis utantur eos pro predictis Ecclesiis jam dicto Domino Archiepiscopo condemnamus. Actum est hoc Anno Dominice Incarnationis Millesimo Centesimo octuagesimo secundo die Dominico, quartodecimo die Novembris. Indictione prima, in Civitate Mediolani, intus Ecclesiam Sancti Stefani in Brolio.

Interfuerunt Testes. Dominus Guala Pergamensis Episcopus, et Fratres sui, scilicet Guillelmus De Sancto Vincentio, et Guascus Canonicus Sancti Alexandri. Milo Taurinensis Episcopus. Dominus Suzo, Archipresbiter Sancte Marie de Monte, Magister Filippus Ordinarii Majoris Ecclesie Mediolanensis, Dominus Guiscardus Vicecomes, Ugo De Ozano, Magister Rolandus Cancellarius, Otto Vicedominus, Oldo Crivellus, Guiscardus De Arzago, Magister Faxatus, Magister Arduinus, Albertus Menclotius, Lanterius de Lampuniano; omnes Ordinarii supradicte Majoris Ecclesie. Dominus Otto De Dervio Camerarius Domini Archiepiscopi, Ugo De Pirovari, Magister Stefanus Falconerius, Dominus Ambrosius Abbas Sancti Victoris, Obertus Balbus Monachus ejusdem Monasterii, Dominus Albertus Primicerius Lectorum, idemque Prepositus Sancti Naboris, Presbiter Suzo Sancti Michaelis Cappellanus Domini Archiepiscopi, Presbiter Beatus Ecclesiæ Sancti Salvatoris, Presbiter Junius Sancti Stephani Ad Fontes, Presbiter Guido Sancti Silvestri, Magister Puteus Presbiter Sancti Pauli In Compito, Magister Durantus, Magister Johannes Scriptor Archiepiscopi. Dominus Johannes Judex, Gulielmus Judex, qui dicitur Calziagrixia, Passaguerra Judex, Suzo de Marliano, Jordanus Stefanardi, Resonatus De Lampuniano, Bellottus De Apiano, Dominus Advocatus de Taurino, Andriottus De Ostiollo, Rogerius Salarius, Ardericus Spata, Johannes Testa, Guidottus De Feria, Pretiatus De Aliate, Johannes De Aliate, Girardus De Marliano, Laurenzonus Prealoni, Martinus Domini Archiepiscopi, et Anselmus de Brodello. — † Ego Tebaldus Dei Gratia Placentinus Episcopus SS. — † Ego Petrus Dei gratia Lunensis Ecclesie Minister SS. — Ego Arnabous Sacri Palatii Natarius huic Sententie interfui, et ex amonitione præfatorum Episcoporum eam scripsi.

Digitized by Google

An. 1182. = Concordia stabilita da Algisio arcivescovo di Milano fra la chiesa pievana di Varese, e l'arciprete di santa Maria del Monte. *Carta nell'Archivio della suddetta chiesa pievana.* = Anno Dominice Incarnationis Millesimo, centesimo octuagesimo secundo, die decimaquarta exeunte Madio, in Christi nomine. Incipit memoria earum rerum, quas Varisiensis Ecclesia habebant in Ecclesia Beate Marie de Monte; videlicet. In Vigiliis Pentecostes, pulsatis Matutinis, usque ad finem Vesperarum ejusdem diei, tota cera, et omnes candele, que offeruntur super altare, sine argento cere immisso, erant Clericorum Varisiensium, Cintuaria, et pretium pro eis datum, due partes Varisiensium Clericorum, et tertia Archipresbiteri de Monte. Similiter de pannis, ut de Cintuaribus. Ac sciendum est, quod prima Missa in aurora facta, spectabat ad Archipresbiterum, alie omnes ad Varisiensem Ecclesiam; et sicuti dictum est de Oblationibus in Vigiliis Pentecostes, ita intelligendum de Vigiliis Assumptionis, et in Festivitate Omnium Sanctorum, pulsatis vesperis post Meridiem arbitrio Prepositi, usque ad expletionem Majoris Misse alterius diei, at in hunc modum Ecclesia Varisiensis habuit, et tenuit, usque at tempus hujus instrumenti in Ecclesia Beate Marie de Monte. Sed quoniam inde multe dissentiones oriebantur, Dominus Algisius Prepositus Varisiensis Ecclesie cum comuni consilio Capituli sui, et in presentia Domini Algisii Reverendi, et Venerabilis Sancte Mediolanensis Ecclesie Archiepiscopi, et Alberti Menglotii Ecclesie Sancte Marie de Mediolano Ordinarii, atque consilio, et firmamento Presbiteri Gulielmi Magistri Chori, et Presbiteri Arderici Archipresbiteri de Sclano, et Presbiteri Johannis, qui dicitur Salix, et Presbiteri Gerardi De Barasio, et Magni De Casciago, et Guiscardi et Gulielmi De Bossio, et Ottonis De Barasio Clericorum predicte Ecclesie de Varisio, qui omnes ibi aderant, et in presentia eorum hoc instrumentum factum fuit, tale fedus cum Domino Petro De Buxolo Archipresbitero dicte Beate Marie de Monte inter se pepigerunt, videlicet. Predictus Prepositus cum Capitulo suo debeat eligere de Capitulo duas Personas, et Archipresbiter unam de suis; et iste tres Persone debent prestare juramentum salvationis, scilicet quod colligent, salvabunt, et consignabunt Preposito, et Capitulo, et Archipresbitero, vel Nunciis eorum omnem oblationem denariorum, cere, candelarum, et panni, atque Cintuarium; et ipsi debent inter se taliter dividere. Due partes debent esse Archipresbiteri, et tertia Varisiensis Ecclesie. Et pro hac tali concordia Prepositus cum Capitulo reliquit Archipresbitero decem et Octo sestarios frumenti ad minorem mensuram, quos Varisiensis Ecclesia habebat in Ecclesia Beate Maria de Monte singulis annis, et de omnibus partibus, quas Varisiensis Ecclesia habebat in dicta eadem Ecclesia Beate Marie, que erant de sex ferculis, tria fercula que vult retinuit, et tria reliquit. Et omnia ista superius nominata sine fraude fiant; nam sic inter se convenerunt.

Actum in Palatio supradicti Archiepiscopi de Varisio, et in presentia ut supra, unde due carte earum, unius tenoris facte, fieri rogaverunt.

Idem. = Bolla di papa Lucio III, in cui conferma una transazione seguita fra il preposto di santo Stefano di Rosate ed il preposto di santa Maria di Crescenzago per la decima di Cunigo. *Carta nell' archivio dell' abate commendatario di santa Maria di Crescenzago.*

Digitized by Google

An. 1183. = Decreto di Federico imperatore, che addomandasi comunemente la pace di Costanza, pubblicato colle varie lezioni dal signor Muratori. *Antiq. medii ævi. Tom. IV. pag.* 307.

Idem. = Diploma di Algisio arcivescovo di Milano a favore del monistero di sant'Ambrogio di Firenze. *Ughel. ubi de Episcop. Florent.*

An. 1184. = Sentenza data per ordine di Uberto Crivello cardinal legato a favore degli abitanti di Limonta. *Puricell. Ambros. num.* 584.

Idem. = Diploma di Federico imperatore, con cui investisce Obizone marchese d'Este dei marchesati di Milano e di Genova. *Muratori. Antichità Estensi. Lib. I. Cap.* 6.

An. 1185. = Diploma dello stesso imperatore a favore della città di Milano. *Puricell. Ambros. num.* 587.

Idem. = Diploma del medesimo a favore dell' abate e de' monaci di sant'Ambrogio. *Puricell. Ambros. num.* 592.

Idem. = Bolla di papa Urbano III, a favore di Oliverio preposto di sant'Eustorgio, e de' suoi fratelli. *Nell'archivio di santa Maria delle Veteri.*

Idem. = Conferma dell'alleanza fra le città della lega Lombarda. *Murator. Antiq. medii ævi. Tom. IV., pag.* 319.

An. 1186. = Diploma di Federigo imperatore conceduto al monistero di Chiaravalle presso Milano. *Carta nell'archivio di quel monistero citata dal Puricelli MS. nella Biblioteca ambrosiana. C. in fol. in num.* 76.

Idem. = Diploma del medesimo a favore de' Milanesi, a' quali concede le Torre della Ghiara d'Adda. *Murator. Antiq. medii ævi. Tom. IV., pag.* 229.

Idem. = Fondazione di un nuovo canonicato degli ordinarj della chiesa milanese, fatta da Milone vescovo di Torino ed arciprete della Metropolitana. *Murator. Antiq. medii ævi. Tom. IV., pag.* 855.

Idem. = Bolla di papa Urbano III, a favore del monastero di Morimondo. *Citata dall'Ughelli, dove tratta degli arcivescovi di Milano.*

Idem. = Breve dello stesso pontefice scritto ai consoli e borghesi di Monza, perchè non molestino i frati dello spedale di san Biagio. *Citato dall'Argellati. Bibl. Script. Mediol. dove tratta di Urbano III.*

Idem. = Bolla del medesimo a favore del monistero di Cremella. *Citata dallo stesso Autore. Ib.*

Digitized by Google

An. 1186. = Bolla del medesimo al preposto ed ai canonici regolari di Crescenzago, per la fondazione della nuova canonica di Bernate. *Gabriel. Penn. Histor. Canon. Regul. pag.* 462, *et seq.*

1187. = Bolla del medesimo a Corrado preposto della nuova canonica di Bernate ed a' suoi frati. *Joan. Philip. De Novaria Chron. Canon. Regul.*

Idem. = Sentenza di due cardinali delegati dal papa in una causa fra Anselmo vescovo di Como ed Ambrogio abate di sant'Ambrogio di Milano favorevole al secondo. *Puricell. Ambros. num.* 606.

An. 1188. = Bolla di papa Clemente III, a favore della chiesa di Monza. *Zucchi Glorie di Monza, pag.* 79.

Idem. = Bolla dello stesso pontefice a favore del monistero di Morimondo. *Puricell. MS. supracit.*

Idem. = Bolla del medesimo a favore di Nazaro preposto di sant'Ambrogio, e de' suoi fratelli. *Codex in Bibl. Metrop. sign.* † *num.* 90.

Idem. = Sentenza di Filippo da Lampugnano arciprete della Metropolitana a favore dell'abate di sant'Ambrogio. *Carta nell'archivio ambrosiano.*

Idem. = Sentenza di Milone arcivescovo di Milano, circa il juspatronato della chiesa di san Sepolcro. *Carta nell'archivio della stessa chiesa.*

Idem. = Disposizione testamentaria di Alberto da Somma suddiacono della santa chiesa romana, che fonda il XIII canonicato in sant'Ambrogio. *Carta nell'archivio de' canonici ambrosiani.*

Idem. = Sentenza de' giudici della corte di Federigo imperatore, i quali decidono, che l'isola di Fulcherio era una regalia. *Murator. Antiq. medii ævi. Tom. II, pag.* 79.

An. 1189. = Concordia fra il monistero di Morimondo e la pieve di Casorate fatta da Filippo arciprete della Metropolitana. *Ughel. ubi de Archiepiscopis Mediol. in Milone.*

1190. = Diploma di Milone arcivescovo, con cui conferma la concordia stabilita fra due capitoli di Bergamo. *Ughell. Ib.*

Idem. = Sentenza del medesimo in una lite fra i monaci e i canonici di sant'Ambrogio. *Puricell. Ambros. num.* 613.

An. 1191. = Sentenza di Paolo abbate di san Pietro di Lodi vecchio, e di Oberto preposto della chiesa di Bergamo nella stessa causa. *Pur. Ib. n.* 617.

Digitized by Google

An. 1191. = Bolla di papa Celestino III, con cui conferma la transazione fatta fra la canonica di Crescensago e la pieve di Segrate; per la decima di Crescenzago. *Carta nell'archivio dell'abate commendatario di Crescenzago.*

Idem. = Diploma di Enrico detto comunemente il Sesto imperatore a favore dei Pavesi, dove descrive i confini del loro territorio. *Gattus De Gymnasio Ticinensi. Cap. XIV, pag.* 109.

An. 1192. = Sentenza di Milone arcivescovo fra i lettori e i decumani della Metropolitana. *Carta nell'archivio de' beneficiati della stessa chiesa.*

» 1193. = Diploma di Milone arcivescovo a favore dell'abate di sant'Ambrogio. *Puricell. Ambr. num.* 621.

» 1194. = Diploma dello stesso arcivescovo a favore di Guidone preposto di sant'Eustorgio e de' suoi fratelli. *Saxius Series Archiep. in Milone.*

Idem. = Diploma del medesimo a favore di Ugone arciprete della chiesa de decumani, cioè di san Gabriele, per la quale erano nate alcune controversie fra essi e i lettori della Metropolitana. *Carta nella raccolta diplomatica del chiariss. signor dott. Sormani.*

Idem. = Decreto di Drusco legato imperiale a favore del luogo di Trivillio. *Carta nell'archivio di Trivillio.* = Druschus Sacri Legatus Imperii in Italia. Universis Imperii Fidelibus in Lombardia salutem, et sinceram dilectionem. Scrire volumus universos Fideles Imperii ad quos hec pagina pervenerit, quod nos ex privilegio Serenissimi Domini Imperatoris Henrici, ceterisque Antecessorum Suorum Divorum Imperatorum privilegiis, solemniter et manifeste cognovimus Abbatem, Congregationem, et omnes Homines de Trivillio Grasso speciali jure ad Cameram Domini Imperatoris pertinere, et Fodrum Domino Imperatori, vel Nuntiis Legatis suis debere persolvere. Ita quod ipse Serenissimus Dominus Imperator Henricus auctoritate privilegii sui ab omnibus aliis personis, quantum ad Fodrum pertinet, eos absolvit. Cum igitur ipsi tanta privilegiorum auctoritate gaudeant, ut nemo in eos aliquam Fodri exactionem exercere debeat preter solam auctoritatem Imperialem, cui servire tenentur. Mandamus Imperiali qua fungimur auctoritate districte precipientes, ut nulla Civitas, nullum Commune, nulla Potestas, nulla denique Persona alta, vel humilis aliquas in eos vel in bona eorum exactiones, vel angarias presumat exercere, nisi prius veniat ad presentiam Imperialis Excellentie, vel nostram, aut aliorum Legatorum Imperialium, et convenientibus probet rationibus quicumque habere se credit in eos Jurisdictionem. Interea autem in pace, et tranquillitate, et absque gravamine dimittatur. Quod si qua Civitas, vel Comune, Potestas, vel Persona contra predicta privilegia, et contra hoc nostrum mandatum Imperialis precepti venire attemptaverit, Imperialem se noverit indignationem incurrere, et banno Imperiali subiacere. Datum Papie. Anno Dominice Incarnationis Millesimo centesimo nonagesimo quarto, quintodecimo die mensis Martii.

Digitized by Google

An. 1195. = Diploma di Enrico VI imperatore a favore del monistero di Morimondo. *Ughel. in Archiep. Mediol. Tom. IV, ubi de Milone.*

Idem. = Editto di Giovanni Lilo d'Asia legato dell' imperatore, con cui mette al bando dell' imperio i Milanesi. *Murator. Antiq. medii ævi. Tom. IV, pag.* 481.

Idem. Conferma della Lega Lombarda rinovata in Borgo San Donnino. *Ib., pag.* 485.

An. 1196. = Istrumento della elezione di un nuovo arciprete di Monza fatta da Oberto da Terzago arcivescovo di Milano. *Carta nell'archivio di Monza.* = Quoniam vita hominum est fragilis, et eorum memoria labilis, et quicquid in tempore geritur cito labitur, et plura hominibus, quæ geruntur, et fiunt cordi retinere difficile est; Idcirco ego infrascriptus Jacob. Rabia judex hac missus Dni Henrici imperatoris ea, que infrascripto die in hoc speciali negotio inter Ecclesiam beati Johannis Baptistæ de Burgo Modoetia, scilicet super gradum ejus, a Dno Oberto Civitatis Mediolan. venerabili Archiepiscopo, et etiam tunc prænominatæ Ecclesiæ Sancti Johannis existente Archipresbytero, acta, et dicta sunt in actis publicis reduxi. Qui stans, et manens super prænominatum gradum in publico dixit, et statuit coram universis hominibus, Clericis, et laicis, et populo Burgi Modoetiæ, et me isto Jacobo audiente, et intelligente, et verba ejus pro posse notante: Ego Archiepiscopus Mediol. sum, et adhuc Archipresbyter Ecclesiæ beati Johannis de Modoetia sum. Et volo eligere Archipresbyterum, qui regat istam Ecclesiam Sancti Johannis, et res ad istam Ecclesiam pertinentes ad onorem Dei, et homnium Sanctorum ejus, et ad onorem istius Sancti. Quem eligere volo, et eligam conscilio majoris partis, et etiam trium partium fratrum meorum, et Canonicorum istius Ecclesiæ. Et hanc electionem hic palam fatio non hauctoritate, seu jurisdictione Archiepiscopat. sed hauctoritate, et jurisdictione Archipresbyteratus istius Ecclesiæ. Unde voco, et clamo, et eligo Dnm Heriprandum qui dicitur de Raude canonicum istius Ecclesiæ fore Archipresbyterum. Et inde factum est publicum instrumentum ad perpetuam memoriam retinendam. Anno Dominicæ Incarnationis millesimo centesimo nonagesimo sexto quinto die Martii. Indic. quartadecima. Interfuerunt Ihs de Arena, et Martinus Zua, et Johannonus Ferrari, et Jacob. Grassus, tunc consules istius Burgi, Dominicus Lorenzonus, et Otto Penna, et Bergam. Bertari, et Catiardus Pelluccus, et Secamilica Cagapellus, et Similinus de Lixono, et Johannes, et Otto, qui dicuntur Medici, et Dnus Guifredottus Grascell. tunc consul. Mediol., et Albertus Spata similiter de Mediolano, et Croto, qui dicitur Lorenzonus, et Carlevarius de Oltiammis, et Ariprandus Grassus, et Guido, qui dicitur de Carate, et Guilielmus de Montebretto, et Albertus, et Johannes, qui dicuntur de Vetulo, et Adam, qui dicitur de Cenate, et Montinus de Megloe. Et alii complures testes, Et inde duæ cartæ uno tenore sunt scriptæ. — ✝ Ego Jacob. Rabia judex notarius sac. pallatii, et Imperatoris missus hanc cartam scripsi.

Digitized by Google

An. 1196. = Breve di papa Celestino III, con cui conferma alla chiesa pievana di Varese i diritti ch'ella aveva sopra alcuni feudi ecclesiastici. *Carta nell'archivio di quella chiesa.*

Idem. = Diploma di Enrico VI imperatore a favore de' monaci di sant'Ambrogio. *Puricell. Ambros., num.* 623.

Idem. = Trattato di pace conchiuso tra i Milanesi e i Comaschi. *Trascritto in parte da Rafaele Fagnano M. S., dove tratta della famiglia da Landriano.*

An. 1197. = Diploma di Filippo Da Lampugnano, con cui conferma la regola della congregazione de' canonici regolari di Crescenzago. *Carta nell'archivio dell'abate commendatario di Crescenzago.* = Philippus Dei gratia Sancte Mediolanensis Ecclesie Archiepiscopus Dilecto in Christo Fratri Wilielmo Preposito Ecclesie Sancte Marie de Crescentiaco ejusque Fratribus tam presentibus, quam futuris in perpetuum. Pastoralis Officii cura, quam licet indigni gerimus nos admonet, et hortatur Ecclesias, et Ecclesiasticas Personas diligere, et eorum incrementa, quantum cum deo possumus, utiliter promovere. Ea propter dilecti Filii vestris justis annuentes petitionibus, et eis grato concurrentes assensu, attendentes etiam fidem obedientiam, et sinceram devotionem, quam nobis semper, Ecclesie nostre Matris vestre impendere usi fuistis, Ecclesiam vestram, in qua jugiter Divino estis mancipati obsequio sub S. M. E. et nostra suscipimus protectione, et ea que in privilegiis Venerabilium Predecessorum nostrorum Oberti, et Algisii bone memorie continentur vobis indultis, presentis scripti patrocinio communimus. Specialiter quoque libellum de Ordine, ac religione vestra a vobis confectum, secundum Apostolicum ordinem, et religionem, sub obedientia bone memorie Otonis, et Lanfranci Prepositorum, jam dudum servastis, auctoritate S. M. E. et nostra confirmamus, et nostri scripti patrocinio comunimus. Prohibentes, et firmiter precipientes, ut nulli omnino hominum Ecclesiastico, vel Laico, liceat Ordinem, aut Religionem vestram in scriptis redactam infringere, diminuere, vel prevaricari; ita ut quod Preposito de Crescentiago, et illis Prepositis de Ordine vestro, qui pro tempore fuerint liceat de conscilio Capituli de Crescentiago ordinanda ordinare, scribere, et confirmare: salva in omnibus, et per omnia Mediolanensis Ecclesie auctoritate statuentes etiam ut quascumque possessiones, quecumque bona in presentiarum juste possidetis, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum, vel Principum, oblatione Fidelium, seu aliis justis modis, prestante Domino, poteritis adipisci, vobis, vestrisque Successoribus firma permaneant, et illibata. Sepulturas quoque illius loci liberas esse statuimus, ut eorum, qui se illic sepelliri voluerint, devotioni nullus obsistat; nisi forte sint excomunicati, aut interdicti. Preterea liceat vobis decimas nostre Dyocesis, quas Laici possident, et inde suos habent libellos redimere; vel si donate fuerint, et alias Fidelium oblationes tam pro vivis, quam pro defunctis, absque alicujus contradictione suscipere In subiectionis vero signum nobis, nostrisque Successoribus libram unam cere annis singulis persolvetis. Alia vero superimposita vobis a nobis, nostrisque Successoribus fieri non liceat. Si qua igitur Ecclesiastica Secularisve

Digitized by Google

Persona nostro regimini comissa hanc nostram constitutionem, seu confirmationem infringere temptaverit, vel si quis de Fratribus vestris Ordinem vestrum in scriptis redactum per superbiam, et contemptum observare despexerit, secundo, tertiove commonitus, vel commonitá, si non satisfactione debita congrue emendaverit, maledictionem centesimi octavi psalmi incurrat, et in extremo examine divine subiaceat ultioni. Cunctis autem eidem loco jura servantibus pax multiplicetur, et gratia Amen. Actum est hoc Milesimo centesimo nonagesimo septimo Indictione XV. in Pallatio Dni Archiepiscopi de Bribia X. die mensis Julii. — † Ego Philippus Mediolanensis Archiepiscopus SS. — † Ego Petrus Archipresbiter SS. — † Ego Suzo Sancti Alexandri in Zebedia Diaconus jussu Dni Jacobi Mediol. Archidiaconi SS. — † Ego Ugo Presbiter SS. — † Ego Oldo Presbiter SS. — † Ego Jacobus Presbiter SS. — † Ego Obertus Mediol. Ecclesie Diaconus SS. — † Ego Wilielmus Diaconus SS. — † Ego Justamont Diaconus SS. — † Ego Petrus Diaconus SS. — † Ego Lanterius de Lampugnano Subdiaconus SS. — † Ego Ugo Subdiaconus SS. — † Ego Albertus Subdiaconus SS. — † Ego Henricus Mediolanensis Cancellarius SS.

Apparet chordula viridis sigillo amisso.

An. 1197. = Convenzione fatta per ordine dell'arcivescovo Filippo fra l'arciprete dei Decumani della Metropolitana ed un cherico. *Carta nell'archivio de' beneficiati della stessa chiesa.*

Idem. = Nuova convenzione tra i Milanesi e i Comaschi circa il luogo di Montorfano. *Paulus Rhaudensis De sua Familia.*

An. 1198. = Trattato di pace fra i Milanesi e i Lodigiani. *Murator. Antiq. medii ævi. Tom. IV, pag.* 367.

Idem. = Molte lettere di papa Innocenzo III del presente anno e dei seguenti, che riguardano le cose milanesi. *Balut. Epist. Innoc. III.*

Idem. = Breve dello stesso pontefice a Filippo arcivescovo di Milano, incaricandogli la decisione delle nuove controversie fra i canonici e i monaci di sant'Ambrogio. *Carta nell'archivio di que' monaci.*

SECOLO XIII.

An. 1201. = Privilegio conceduto da Filippo arcivescovo di Milano ai frati Umiliati della Brera del Guercio, per fabbricare una chiesa ed un cimitero. *Carta nel Codice diplomatico degli Umiliati nella libreria del collegio dei padri Gesuiti di santa Maria in Brera.* = Philippus Dei gratia S. M. E. Archiepiscopus Dilectis Filiis Johanni Bello, ejusque Confratribus, et toti Congregationi Domus site in Braida olim de Guertio, nunc vestra in perpetuum. In eo sumus loco, et officio per Divinam misericordiam constituti, ut his, que debita

Digitized by Google

devotione, ad laudem, et honorem Omnipotentis Dni statuuntur, et ordinantur nostre auctoritatis robur debeamus gratis impertiri, et quantum cum Domino, et honore nostro possumus eorum statum utiliter promovere. Hinc est Dilecti in Dno Filii, quod multimode Religionis, ac devotionis vestre probitate ne attendentes, vestris justis feliciter annuimus petitionibus, eis grato concurrentes assensu. Oratorii licentiam, et auctoritatem, quod in Braida vestra prefata facere disposuistis vobis prestamus. Statuentes ut admodo liberum habeat Cimiterium, nec sit alicui tributo, vel honeri ullo in tempore subiecta excepta libra una cere, quam nomine census, et in subjectionis signum in Festo Beate Marie de Septembri nostre decernimus annuatim dari Capitulo. Vobis plenam, et liberam concedimus facultatem, tamquam Patronis ipsius Ecclesie, et Fundatoribus Divina in ea Offitia a quocumque Presbitero dum tamen Ambroxiano recipiendi. Possessiones autem, et jura, que in presentiarum rationabiliter possidetis, vel de cetero dante Domino Ecclesia predicta, seu Vos ipsi poteritis quibuslibet justis modis adipisci, vobis, et Successoribus vestris auctoritate S. M. E., cui licet immeriti presidemus, et nostra confirmamus, et presentis Scripti patrocinio comunimus. Decernimus itaque, ut nulli omnino hominum in nostra ditione commorantium liceat hanc nostre concessionis Statuti, et confirmationis paginam infringere, aut ei ausu temerario contrahire. Si quis autem id attemptare presumpserit, et commonitus non resipuerit, iram Dei Omnipotentis, et nostram se noverit incursurum. — † Ego Philippus Mediolanensis Archiepiscopus. — † Ego Guillielmus Balbus S. M. E. Archipresbiter SS. — † Ego Wilielmus Archidiaconus SS. — † Ego Johannes de Pozolo de mandato Dni Ugonis de Ozino Mediolanensis Ecclesie Presbiteri SS. — † Ego Oldo Presbiter SS. — † Ego Jacobus Mediolanensis Ecclesie Presbiter SS. — † Ego Milo Cymiliarcha Mediolanensis Ecclesie SS. — † Ego Obertus Mediolanensis Ecclesie Diaconus SS. — † Ego Justomont. Mediol. Ecclesie Diaconus SS. — † Ego Petrus Menclotius Mediolanensis Ecclesie Diaconus SS. — † Ego Henricus Mediolanensis Cancellarius SS. — † Ego Miroaldus Vicecomes Mediol. Ecclesie Subdiaconus SS. — † Ego Ribaldus Burrus Mediolanensis Subdiaconus SS.

Pendet chordula serica viridis cum fragmentis Sigilli in cera rubea.

An. 1201. = Sentenza di Alberto vescovo di Vercelli e Pietro abate di Locedio delegati apostolici nella causa tra i monaci e i canonici di sant'Ambrogio. *Puricell. Ambros. Num.* 653.

1206. = Lettera di Gullielmo Balbo arciprete della nostra Metropolitana e di Eriprando Visconte suddiacono della medesima delegati apostolici circa il vescovato d'Alessandria scritta al sommo Pontefice. *Ughell. ubi de Episcop. Alex.*

Idem. = Sentenza di Lottario vescovo di Vercelli, Girardo abate di Tiglieto ed Uberto prete di Mantova delegati apostolici nella causa fra l'arcivescovo Filippo e Milone Cimiliarca della metropolitana. *Carta registrata nel codice di Beroldo, che conservasi nella libreria della metropolitana.* = In nomine Domini. In Curia Archiepiscopatus Civitatis Mediolani, die Veneris sexto decimo mensis Junii,

Digitized by Google

indictione nona. In presentia Dominorum Guillielmi Dei gratia Mediolanensis Ecclesie Archipresbiteri, et item Guillielmi ejusdem Ecclesie Archidiaconi, Uberti Lenti, Justamontis De la Turre, Alberti Amiconis, Girardi de Basilica Petri Diaconi, Heriprandi Vicecomitis, Ugonis De Cardano, Miroaldi Vicecomitis suprascripte Ecclesie Ordinariorum, atque Ambrosii De Vimercato. Cum coram Domino Lothario Vercellensi Episcopo, et Domino Girardo Abbate de Telieto, et Presbitero Uberto Mantuanensi, Provisoribus Ecclesiarum Lombardie a Domino Innocentio Summo Pontifice constitutis, causa verteretur inter Dominum Philippum Dei gratia Sancte Mediolanensis Ecclesie Venerabilem Archiepiscopum ex una parte, et Dominum Milonem Cimiliarcham ejusdem Ecclesie Ordinarium ex Alia, super refectione Vestium, et omnium paramentorum Ecclesie Sancte Marie, que ad Sacratarium ejusdem Ecclesie spectant, et in ipso Sacratario reponuntur; que omnia predictus Dominus Cimiliarcha dicebat prefatum Dominum Archiepiscopum suis propriis sumptibus facere debere, aut fieri facere: ad quod probandum ipse Dominus Cimiliarcha plures produxit Testes, qui non fuere sufficientes. Auditis itaque rationibus utriusque partis, et Testibus ab ipso Domino Cimiliarcha productis diligenter inspectis, tunc jamdictus Dominus Episcopus, Abbas, et Sacerdos per sententiam statuerunt, ut prefatus Cimiliarcha Vestes reficiat suis expensis, et Cruces, Thuribula, et alia vasa Sacratarii, que refectione indigent, vel aliquo modo indigebunt, exceptis iis que ad sumptum Archiepiscopi pertinere in Beroldo continentur. Archiepiscopus autem cibaria prestet Operariis. Si autem nova materia in ipsa refectione opus sit, auri, vel argenti, que excedat summam de solidis decem non cogatur de suo emere, sed de Sacratario recipiat. Et sic finita est causa. Millesimo Ducentesimo sexto, die, et Indictione prefata. — Ego Ambrosius, qui dicor Percossus Notarius Domini Henrici Imperatoris huic sententie interfui, et mandato predictorum Episcopi, et Abbatis, ac Presbiteri, Provisorum ut supra scripsi. — Ego Presbiter Joannes dictus Boffa Rector Ecclesie Sancti Viti Porte Ticinensis suprascriptam sententiam vidi, et legi, et eam de mandato Domini Henrici Scacabarotii Archipresbiteri ipsius Ecclesie exemplavi, et transcripsi de Beroldo, veteri, et in isto Beroldo novo posui, nihil addens, vel minuens quod sensum mutet preter litteras, vel sillabas plus, minusve. Anno a Nativitate Domini Millesimo ducentesimo sexagesimo octavo, die Mercurii, decimo ante Kal. Decembris. Indictione . . . . .

An. 1208 = Diploma del cardinale Uberto da Pirovano arcivescovo di Milano, con cui assegna alcune decime, per la ristorazione delle due chiese di san Pietro e di san Materno. *Saxius Series Archiep. ubi de Uberto De Pirovano.*

• 1209. = Lettera di Ottone IV re de' Romani al podestà, ai consoli e a tutta la comunità di Milano, raccomandando loro il suo legato. *Carta presso il Corio sotto il presente anno.*

• 1210. = Diploma di Ottone IV imperatore a favore de' conti di Castello novaresi, dove conferma i loro beni, e diritti, molti de' quali sul Milanese.

Digitized by Google

Carta nell'archivio della famiglia de' conti di Castello, e Gattico Novarese. Cronica Flos Florum M. S. in Bibl. Manachorum S. Ambrosii ad hunc annum.

An. **1210.** = Diploma dello stesso imperatore a favore dell'abate e monaci di Chiaravalle presso a Milano. *Carta nell' archivio di sant' Ambrogio di Milano.*

Idem. = Diploma del medesimo a favore del monistero di sant'Ambrogio di Milano. *Açesius Series Abatum Sancti Ambrosii In Diplomat. pag.* 81

Idem. = Diploma come sopra a favore del luogo di Trivillio. *Carta nell'archivio dello stesso luogo.*

Idem. = Diploma come sopra a favore della città di Milano, che conferma i privilegi ad essa conceduti da Federico I e da Enrico VI imperatori. *Carta nell'archivio ambrosiano.* = Ea, que a Predecessoribus nostri circa Fideles suos facta sunt, per quod ipsorum profectui consolatur, et utilitati, rata, et firma habere volentes, significamus universis Imperii nostri Fidelibus, quod nos ad imitationem antecessoris nostri Frederici Divi Romanorum Imperatoris Augusti, sicuti Regali privilegio suo eum fecisse cognovimus, dilectis Fidelibus nostris Potestati, sive Consulibus, qui pro nunc sunt, vel pro tempore fuerint, et toti Communi Mediolanensium concedimus Rivoltam, Caxiratem, Agnianellum, Pandinum, Mixanum, Varate, Calvenzanum, Arzagum, Paradinum, Turnium, Comazanum, Gardellam, Diveram, Roncadellam, Pradam, Vidalengum, Pagazanum, Caravazum, Potenza, Bregnanum, et omnia alia loca hujusmodi adjacentia, que Commune Mediol. quondam habuisse, et tenuisse inter Abduam, et Olium dignoscitur, et ut abhinc in antea in eis omnem jurisdictionem, et consuetudines, bonasque usantias habeat, tam in fodris, quam in coltis, et munitionibus, aliisque rationibus, et honeribus, ad res, et personas pertinentibus, sicut in aliis locis Mediolani Comunitatis habere consuevit, et tenere predicta . . . . Imperiali auctoritate confirmamus, cassatis quidem et in integrum omnino revocatis omnibus privilegiis a nobis, sive a predecessoribus nostris alicui alii Civitati, vel loco, vel persone collatis super prenomitatis locis. Ad commodum quoque ipsorum Mediolanensium, sicuti iterum in alio publico istrumento fecisse didicimus Fredericum gloriosum Romanorum Imperatorem statuimus, et firmiter precipimus, ut nulla Civitas, nulla persona magna, vel parva flumen Lambri a Melegnano infra usque in Padum impediat, utque cuilibet licitum sit ire, et redire, et navigare per ipsum Lambrum, et ripas Lambri, et ut nemo novum pedagium, vel novam ibi exigat exactionem. Et si aliqua Civitas, locus, vel persona impediverit, vel aliquid fecerit, quo pe . . . . scatur, vel navigetur totum quod impedimentum fuerit auferat, et destruat, ita ut sine obstaculo quilibet ire, et navigare possit, et cuilibet licitum sit auferre totum id, quod impedimentum prestare invenerit. Pro devotione etiam Fidelium nostrorum Mediolanensium hoc adjicimus, ut nullus pontem, vel cluxam, vel molendinum in aqua

Digitized by Google

Lambri facere presumat, vel aliquid aliud impedimentum, vel ipsum flumen avertere a Melegnano usque in Padum. Si quod autem factum fuerit nostra auctoritate licitum sit cuilibet auferre. Ad imitationem quoque Henrici predecessoris nostri Divi Romanorum Imperatoris jam dictis Fidelibus nostris Mediolanensibus locum de Bregnano cum pertinentiis, et aqua que dicitur Serriola ad eundem locum decurrente confirmamus. Item ad amplioris gratie nostre augmentum, omne datum, et concessum a predecessoribus nostris factum ad utilitatem, et commodum Communis Mediolani eis confirmamus. Statuimus igitur, et Imperiali auctoritate precipimus, ut nullus Episcopus, Dux, Marchio, Comes, Vicecomes, Capitaneus, Consul, vel Rector, nulla Civitas Potestas, nullum Commune, nulla denique persona humilis, vel alta, secularis, vel ecclesiastica predictos Fideles nostros Mediolanenses in his nostris concessionibus, et confirmationibus, et in ipsorum possessione, et tenuta pertinentibus; et aque decursibus, sicut predictum est, audeat gravare, vel aliquo modo impedire, vel molestare, quia quod facere presumpserit in ultionem sue temeritatis centum libras auri puri pro pena componat, Medium Camere nostre, reliquum passis injuriam: ad cujus rei certitudinem hoc presens privilegium inde conscribi jussimus, et sigillo nostro communiri. Hujus rei testes sunt Aliprandus Vercellensis Episcopus, Jacobus Taurinensis Episcopus, Vidottus Astensis Episcopus, Villielmus Marchio Montisferrati, Villielmus Marchio Malaspine, Mamfredus Marchio de Saluciis, Hotto, et Henricus Marchiones de Saona, Fridericus Marchio de Baden, Comes Georgius de Vidin, Comes Hermanus de Sarzpruc, Redolfus de Hiselo, Thericus de Stamelen, Churadus Pincerna.

An. 1210. = Diploma come sopra a favore del monistero di Morimondo. *Ughel. In Archiep. Mediol, ubi de Uberto De Pirovano.*

1211. = Lettera di Gerardo Da Sessa cardinale e legato in Lombardia diretta ai vescovi di questa provincia a favore degli Umiliati. *Nella Raccolta diplomatica del chiaris. sig. dott. Sormani.*

Idem. = Editti di un arcivescovo di Milano e legato apostolico, probabilmente Gerardo Da Sessa, intorno alla disciplina ecclesiastica. *Sormani pag.* 211., *et seqq.*

An. 1214. = Concordia fra la nobiltà ed il popolo di Milano stabilita da Uberto Da Vidalda podestà. *Presso il Corio sotto l' anno presente.*

Idem. = Facoltà conceduta da Enrico Da Settala, eletto arcivescovo di Milano, ad Ariberto abate di Arona, di rilasciare alcuni beni ai Novaresi. *Zaccaria. Della Badia di Arona pag.* 145., *et seq.*

An. 1215. = Statuti fatti dalla badessa del monistero Maggiore pe' sudditi di Arosio e di Bugunto. *Nell' archivio dello stesso monistero.* = In nomine Domini. Anno Dominice Incarnationis millesimo ducentesimo quinto decimo.

Digitized by Google

Hec sunt Statuta, et Ordinamenta facta per Dominam Victoriam Divina favente miseratione Monasterii Majoris Abbatissam, et per ejus Vicarium, et Nuntium, et ipsius Monasterii ad hoc specialiter destinatum publicata, et recitata, et publice observari precepta per Dominum Amederium Cottam Fratrem prefate Domine Abbatisse in Locis de Aroxio, et de Bugunto, et in eorum Curte. Convocatis prius Vicinis ipsorum Locorum, et multis ex eis presentibus; quorum Locorum, et Curtium honor, et districtum, et jurisdictio omnis integraliter, et in solidum ad prefatam Dominam Abbatissam, et Monasterium pertinet etc. In primis statuit, et firmiter observandum precepit, ut de cetero nullus ipsorum Locorum faciat Homicidium in predictis, vel in eorum Territorio; et qui contra fecerit det pro banno dominico, sive herili, eidem Domine Abbatisse, et Monasterio solidos sexaginta. Item ut nullus ipsorum Locorum faciat assaltum, vel feritam, de qua sanguis exeat in prefatis Locis, vel eorum Territoriis in aliquam Personam, et qui contrafecerit eidem Domine Abbatisse pro banno solidos sexaginta componat. Item ut nullus ipsorum Locorum adulterium facere presumat in predictis Locis, vel in eorum Territoriis; et quicunque Masculus, vel Femina contrafecerit eidem Domine Abbatisse pro banno solidos sexaginta solvat. Item ut nullus predictorum Locorum in ipsis Locis, vel in eorum Territoriis perjurium facere presumat, et qui contra fecerit pro banno eidem Domine Abbatisse solidos sexaginta solvat etc. Item ut nullus predictorum Locorum audeat querimoniam deponere de aliquo alio Districtabili Domine Abbatisse, vel cum eo causam facere, seu litigare sub alio aliquo Consule, vel Judice, vel Arbitro, preterquam sub ipsa Domina Abbatissa, vel ejus Nuntio, et qui contra fecerit solidos sexaginta eidem Domine Abbatisse pro banno solvat etc. Item ut nullus ipsorum Vicinorum venire contempnat ad rationem faciendum coram Missis predicte Domine Abbatisse, seu Consulibus vel Decanis ab ea, vel ejus Nuntio electis; vel in Vicinantia ad Consilium; quando Malliola sonaverit, vel preceptum fuerit a Consulibus, vel eorum Nuntiis, et qui contra fecerit det eidem Domine Abbatisse pro banno solidos sexaginta, si Caput case fuerit. Item statuit, quod nullus predictorum Locorum portet plantas, vel scarliones, aut tortas ad vendendum extra predicta Loca; et qui contra fecerit det solidos quinque medietatem predicte Domine Abbatisse, et reliquam medietatem ipsis Vicinis etc. Item statuit, ut si quod Fodrum, vel Datium impositum fuerit in predictis Locis a Commune Mediolani, quod Consules, cum Conscilio Vicinorum talliare debeant in suo Consulatu per duo tempora anni, scilicet ad Sanctum Petrum, et ad Sanctum Michaelem, bona fide etc. Item ut nullus ipsorum Vicinorum laboret in die feriato, in quo Malliola sonaverit pro feratico die; et qui contra fecerit componat denarios duodecim, medietatem ut supra. Item ut Pristinarii predictorum Locorum faciant totum Panem Casarengum de unciis quadraginta duabus; et si contra fecerint, faciendo majorem, vel minorem ultra uncias duas componat solidos duos, medietatem ut sopra. Item ut Consules ipsorum Locorum faciant Vicinantiam quibuslibet quindecim diebus etc. Item ut nullus istorum Locorum coquere debeat Panem frumenti, occasione vendendi; et qui contra fecerit componat solidos quinque medietatem ut supra etc. Salvis in omnibus supradictis

Digitized by Google

Statutis, vel Ordinamentis omnibus honoribus, et juribus, et plena et solida jurisdictione predicte Domine Abbatisse, sive predicti Monasterii Majoris, tam in addendo, mutando, meliorando, et ordinando, quam exigendis penis, vel aliis omnibus, que de jure facere potest, et in omnibus utilibus ipsis locis, et Curie.

An. 1216. = Lettera della repubblica di Milano a papa Onorio III per congratularsi della sua elezione in sommo pontefice. *Martene Thesaur. Anecdot. Tom. I, pag.* 852.

1218. = Sentenza di Lanfranco preposto di san Nazaro, e di Corrado Gambaro canonico della stessa chiesa delegati apostolici in una lite fra, l'abate di san Vittore ed il preposto di san Nabore. *Carta nell' archivio del monistero di san Vittore.* = Anno Dominice Incarnationis Millesimo ducent. decimo octavo. Decimo die ante Kal. Aprilis Indictione sexta. In nomine Domini. Ista sunt precepta que faciunt Dominus Lanfrancus Prepositus Sancti Nazari in Brolio et Dominus Chunradus Gambarus ejusdem Ecclesie Canonicus a Summo Pontifice Delegati ad diffiniendam causam, que vertitur inter Prepositum Sancti Naboris, et Fratres ejus nomine ipsius Ecclesie Actorem, seu Actores ex una parte, et Abbatem Sancti Victoris Ad Corpus, et Fratres ejus, nomine illius Monasterii ex alia, qui ambo compromiserunt adtendere, et observare omnia precepta, que supradicti Delegati D. Pape eis facient in eorum concordia, vel unus illorum in concordia alterius. Inprimis precepit ut D. Anricus Abbas Monasteriis Sancti Victoris ad Corpus det prenotato Preposito, et Fratribus ejus, usque ab quatuor, ita ut tantum sint quatuor insimul de illis, qui prestant manum obedientie illi Preposito omni anno in die Anniversarii qu. D. Arnulfi Mediolanensis Archiepiscopi quatuor cereos, unum de sex unciis Preposito, vel alii quod gesserit vicem ejus, et tribus Fratribus ejus de quatuor unciis pro unoquoque, et singulos Imperiales illis quatuor. Et in hora prandii bonum panem frumentinum, et bonum vinum sine fraude, et duas petias pisas, unam lucii, et aliam truite, ita quod quelibet sit tredecim unciarum de gelu, et cum piperata, et zafrano, alias duas similes recentes, et de ipso pondere, et mensura. Et petias istas debeat dare duobus, et duobus, seu binis, et binis. Et fabas cum oleo, et porros cum piste solevato. Et intestina Pisarum cum cepis, et cum pipere, et marrones coctos cum cortice in aqua. Et hoc totum debeat facere illis, qui veniunt ad illud Anniversarium, seu pautioribus, si pautiores fuerint, et si nullus venerit, non teneatur facere aliquid de supradictis. Et hoc totum teneatur facere ipse Abbas, et Successores ejus nomine dicti Monasterii supradicto Preposito, et Fratribus ejus, et Successoribus eorum singulis annis de cetero usque in perpetuum. Et hec omnia preceperunt observari ab ipso Abbate, et Successoribus ejus nomine dicti Monasterii sub pena librarum viginti Imperialium, quam in tempore compromiserant per cartam atestatam, et ab ipso Preposito, et Successoribus eorum, et Fratribus ejus. — Quia sic finita est causa. Actum in Ecclesia Sancte Marie Majoris Mediolani. — Interfuerunt ibi Testes Jacobus Fil. Ser. Henrici de Cimiliano Canonicus Sancti Nazarii,

Digitized by Google

et Guido de Costronovo Fil. qu. Yannuarii Custos Mediol. Ecclesie, et Rodus Fil. qu Girardi de Mezana Canonicus de Mezana, et Magister Fratrum Canonicorum Decumanorum. — Ego Guifredus Fil. qu. Castelli de Castello de Paroch. Sancti Mathie in Moneta Notarius Sacri Palatii interfui, et scripsi.

An. 1219. = Diploma di Federigo II re de'Romani a favore del monistero di Morimondo. — *Ughel. ubi de Archiep. Mediol. in Henrico De Septala.*

• 1220. = Cessione della basilica di sant' Eustorgio fatta dal preposto e da' canonici della medesima nelle mani di Ugone Vicario di Enrico Da Settala arcivescovo; e concessione della medesima ai PP. dell' Ordine de' Predicatori. *Puricel. Nazar. Cap. CIX. Num.* 26.

• 1221. = Compra fatta per le signore Bianche sopra il Muro, ora monache della Vittoria. = *Carta nell'archivio di quelle religiose.*

Idem. = Lettera scritta da Ugone vescovo d'Ostia e di Veletri legato apostolico al podestà e consiglio di Milano, ch' avea bandito l'arcivescovo. *Martene Collectio Vet. Script. et Monum. Tom. I.*

Idem. = Lettera de vescovi di Lodi e di Bergamo al predetto cardinal legato sopra lo stesso affare. *Martene Ib.*

Idem. = Lega conchiusa fra i Milanesi e i Vercellesi. *Carta nella raccolta diplomatica di Vercelli, intitolata* I Biscioni.

An. 1223 = Diploma di Enrico da Settala arcivescovo di Milano a favore de' lettori della metropolitana. *Ughel. supracit.*

• 1224. = Diploma dello stesso arcivescovo, con cui dona alle povere religiose dell' ordine di Spoleto ed a Giacoba loro badessa la chiesa di sant' Apollinare. *Saxius Series Archiep., ubi de Henrico De Septala.*

Idem. = Atto del possesso della chiesa di sant' Apollinare, dato alle sopraddette religiose da Guglielmo preposto di san Nazaro, e da frate Leone dell' ordine de' frati Minori, delegati dall' arcivescovo. *Id. Ib.*

An. 1225. = Diploma di Enrico arcivescovo, che concede alle stesse religiose la facoltà di ergere un monistero presso la chiesa di sant' Apollinare ad esse ceduta. *Id. Ib.*

Idem. = Breve di papa Onorio III, con cui conferma quanto avea fatto l'arcivescovo colle monache di sant'Apollinare. *Carta nell'archivio di quel monistero.*

Idem. = Concordia fra la nobiltà ed il popolo di Milano fatta dal podestà Aveno Da Cisate. *Presso il Corio sotto quest' anno.*

Digitized by Google

An, 1225. = Bolla di papa Onorio a favore de' monaci di Chiaravalle. *Carta nell' archivio di quel monistero.*

• 1226. = Due brevi dal medesimo diretti ai frati Umiliati della Brera del Guercio. *Carte nel Codice diplomatico degli Umiliati, nella libreria del collegio di Brera.* = Honorius Episcopus Servus Servorum Dei Dilectis Filiis Rectori, Fratribus, ac Sororibus de Brayda Guerzii Ordinis Humiliatorum Mediolani Salutem, et Apostolicam Benedictionem. Ex parte vestra Nobis fuit humiliter supplicatum, ut, cum laboribus manuum vestrarum disposueritis vivere, ac propter hoc juxta vivendi regulam ab Apostolica Sede Ordini vestro traditam jejunandi, et silentium observandi rigorem tenere interdum absque incomoditate valida non possistis, super hoc dispensare vobiscum misericorditer dignaremur. Nos igitur vestris precibus benignius annuentes Prudentiæ tuæ, Rector, et Successorum tuorum dispensandi proinde super his tempore laborandi auctoritate præsentium licentiam indulgemus. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam nostræ concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit indignationem Omnipotentis Dei, et Beatorum Petri, et Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. — Dat. Laterani, Idibus Decembris, Pontificatus nostri anno undecimo. — Honorius Episcopus Servus Servorum Dei. Dilectis Filiis Rectori, Fratribus, et Sororibus de Brayda Guerzii Ordinis Humiliatorum Mediolani Salutem, et Apostolicam Benedictionem. Cum ab exordio vestri Ordinis quidam ex vestris Fratribus diversas observantias, variasque vivendi formulas sibi minus provide præscripserint, felicis memoriæ Innocentius Papa Prædecessor noster, velut Pastor providus, volens ab Ordine vestro errata corrigere, resecare superflua, distorta dirigere, confovere honesta, et ad unam vivendi normam per providentiam Sedis Apostolicæ Fratres omnes Vestri Ordinis revocare; institutiones vestras fecit examinari prudenter, et tandem Regulam, quam ipse correxerat, vobis, et aliis Ordinis vestri Fratribus tradidit inviolabiliter observandam. Nuper vero quidam Fratres Domus vestræ ad nostram præsentiam accedentes, quandam nobis ex parte vestra formulam præsentarunt a principio institutionis Domus vestre, ut asserebant, conceptam ad cujus observatiam vos ex voto astruebant astrictos: quæ non solum in quibusdam præfati Prædecessoris nostri Regulæ obviabat; sed etiam quiddam minus Chatolicum sapiebat. Licet autem de transgressione mandati Apostolici non solum argui, sed etiam juste puniri possistis, quia tamen ex simplicitate potius, quam ex fastuosæ præsumptionis malitia credimini deliquisse, animadversionis rigorem in clementiam convertentes, hac vice abstinemus a pœnis, et in spiritu mansuetudinis vos tractamus. Quapropter per Apostolica vobis scripta mandamus, et districte præcipimus; quatenus Canonicam vivendi Regulam ab memorato nostro Prædecessore Ordini Vestro traditam inviolabiliter observantes abyciatis omnino suprascriptam formulam, cui vos temere obstrinxistis; a cujus observantia vos auctoritate Apostolica duximus absolvendos, cum non licuerit Vos voto alicui contra mandatum Apostolicum obligare. Dat. Laterani, Idibus Decembris, Pontificatus nostri anno undecimo.

Digitized by Google

An. 1225. = Diploma di Federigo II, imperatore conceduto al monistero di Chiaravalle. *Carta nell'archivio del medesimo.*

1227. = Editto del medesimo imperatore, con cui restituisce la pace ai Milanesi. *Murator. Antiq. medii ævi. Tom. III. pag.* 909.

Idem. = Risposta di papa Gregorio IX alle monache di sant'Apollinare di Milano, che si erano seco lui rallegrate della sua esaltazione al sommo pontificato. *Carta nell' archivio di sant' Apollinare.*

Idem. = Diploma di Enrico arcivescovo, con cui conferma la cessione della basilica di sant' Eustorgio fatta ai frati dell' ordine de' Predicatori, e unisce i canonici di quella basilica ai canonici di s. Lorenzo. *Puricel. Nazar. Cap. CIX.*

An. 1228 = Diploma dello stesso arcivescovo, con cui concede alle monache di sant' Apollinare un orto vicino al loro monistero. *Saxius Series. Archiep., ubi de Henrico De Septala.*

Idem. = Breve di papa Gregorio IX al Vescovo di Cremona, con cui gli ordina di sottomettersi come suffraganeo alla chiesa milanese. *Ughel. In Episcop. Cremon.*

Idem. = Statuti fatti da Ardengo Visconte abate di sant'Ambrogio pe' suoi sudditi di Origio. *Carta nell' archivio Ambrosiano.*

An. 1229. = Lettera di Gofredo Da Castiglione milanese cardinal legato scritta agli Umiliati della Brera del Guercio, con cui conferma loro la facoltà già avuta da Filippo arcivescovo, per edificare una chiesa ed un cimitero. *Carta nel codice diplomatico degli Umiliati nella libreria del collegio di Brera.*

Idem. = Editto di Gofredo Da Castiglione cardinale e legato Apostolico circa la disciplina ecclesiastica, pubblicato dall'arcivescovo Enrico Da Settala con alcune aggiunte. *Carta nell' archivio di Monza.* = Henricus miseratione Divina Sancte Mediolanensis Archiepiscopus Dilectis Filiis, Preposito, et Capitulo . . . . . .

De vita, et honestate Clericorum.

I. Statuimus ut in omnibus Ecclesiis Conventualibus, nisi magna necessitate coacti ab Episcopo approbata . . . non possint, vivant, Clerici in communi. Alioquin tertia pars redditiuum sequestretur ad minus, dividenda singulis diebus inter eos, qui interfuerint Divinis Officiis, et pro Hospitibus recipiendis,et eleemosinis erogandis; et ad hoc per Episcopus censura Ecclesiastica compellantur.

II. Suam Septimanam Hebdomadarius per se, non per alios facere teneatur: alioqui per mensem beneficio sit suspensus, salvis consuetudinibus eorum, qui sunt . . . . . , vel vitio occupati.

Digitized by Google

III. Clerici Concubinarii Focarias suas infrà octo dies post amonitionem abyciant, et eas a coabitatione abjurent, nec Filios secum retineant. Et qui contra fecerit sententiam excommunicationis incurrat, quam si contempserit jure ipso privetur beneficio.

IV. Districte precipimus Episcopis, et aliis Ecclesiarum Prelatis, ut constitutiones editas super vita, et honestate Clericorum, et monacorum servent, et faciant in suis Ecclesis inviolabiliter observari.

V. Monachi Regulam S. Benedicti, Canonici Regulares Regulam S. Augustini observent, et suas institutiones per Ecclesiam approbatas.

VI. Circa ornatum Ecclesiarum solicite intendant, tam in iis, que circa altaria exercentur, quam in aliis. Corpus autem Domini cum omni custodia, si servari contigerit, in tutissimo loco reponatur. In elevatione campana pulsetur, et si per Civitatem portetur vel Villam, portans cum Stolla ad collum incedat, et portet honeste, et qui contra fecerit tribus diebus Veneris in pane, et aqua jejunet.

VII. Item statuimus, quod de cetero nullus Clericus in eadem Civitate, vel Plebe, seu Plebania, nisi Capelle sint tenues in reditibus, vel annexe Plebi, duo beneficia obtineat; et si quis habuerit, infra mensem eligant quam maluerint. Quod si quis tenere presumpserit noveri se excommunicationis vinculo astrictum.

VIII. De Ecclesiis Parochialibus, vel Dignitatibus, districte precipimus ab Episcopis, et aliis Prelatis, et Subditis observari quod in Lateranensi Generali Concilio statuerunt. Prelati vel Ministri Ecclesiarum juramento astringantur per Episcopum, vel suum Prelatum majorem. Thesaurum Ecclesie, vel res immobiles, absque licentia Episcopi, vel sui Superioris, alienare non posse.

IX. Item statuimus, quod non possit eligi vel institui in loco, vel beneficio Sacerdotis, nisi sit Sacerdos, vel talis, qui in proximo . . . . , et possit Sacerdos fieri, vel nisi aliquis ex Clericis ipsius Ecclesie talis sit qui velit, et possit in proximo fieri Sacerdos. Et si aliter factum fuerit ex nunc cassamus, et contrafacientes penam suspensionis incurrant. Quam si contempserint excommunicentur. Si autem Ecclesia ita tenuis sit in facultatibus, quod ibi non possit esse Sacerdos, et hoc in provisione Episcopi, ille qui percipit proventus ipsius Ecclesie, tantum assignare teneatur vicino Sacerdoti, ut in congruis temporibus ibi deserviatur. Alioquin privetur beneficio. Prelati quoque Ecclesiarum cogantur ad Sacerdotium, et si inobedientes fuerint, suspendantur. Quod si etiam contempserint excommunicentur.

X. Hoc Usurariis statuimus quod nisi ad penitentiam venerint, stent mandatis Ecclesie de usuris restituendis, in cimiterio non sepeliantur. Si forte ibi sepulti fuerint quousque ibi permanserint in Ecclesia non celebretur. Et si possunt comode inveniri qui usuras . . . . . stipulentur sibi restitutionem fieri. Alioquin Presbiter recipiat cautionem, et . . . Heredes damnet de restitutione facienda, et inde teneatur Heres Sacramento . . . . . volumus, nisi ubi specialiter prohibetur, per Episcopos posse absolvi excommunicatos, vel interdictos.

XI. Interdicimus autem Templariis, Hospitalariis, et aliis exemplis, ne pu-

Digitized by Google

blicos Usurarios ad Ecclesiasticas sepulturas admittant, nec interdictos, vel excommunicatos ad Divina Officia, vel sepulturas nec alienos Parochianos ad Sacramenta Divina recipiant in suorum prejudicium Sacerdotum. Et si amoniti per Episcopum contra predicta venire presumpserint penam suspensionis incurrant, salvis privilegiis ipsarum, quibus exhibitis legiptime se defenderint.

Ideoque Caritati vestre in virtute Obedientie, qua fungimur auctoritate districte mandamus; quatenus predicta omnia solempniter publicantes eadem et Vos ipsi observetis, et faciatis a vestris subditis inviolabiliter observari; ita quod in novissimo districti examinis die coram tremendo Judice, qui reddet unicuique secundum opera sua, dignam possitis reddere rationem.

Dat. Laude. XII. Kal. Junii.

Quas constitutiones omnes per Venerabilem Patrem Dominum G. (Gaufredum) Tituli Sancti Marci Presbiterum, et Cardinalem, Apostolice Sedis Legatum, in virtute Spiritus Sancti, et Obedientie, cum aliis subsequentibus districte precipimus ab omnibus inviolabiliter observari.

I. Sub eadem districtione precipimus Prepositis, et Sacerdotibus Parochianis, et quibuslibet Ecclesiarum Prelatis, quod si quos intellexerint partecipationem cum Hereticis habere, vel de heresi aliquo modo suspectos esse infra octo dies ex quo ad notitiam eorum pervenerint, nobis notificent, et esponant. Et illud idem sub eadem districtione precipiant subditis suis, ut si quos tales inter eos esse noverint qui infamia tali laborent, infra biduum sibi denuncient. Et ipsi Prelatis hoc audito Nobis referant infra prefixum terminum octo dierum. Idem De Laicis suarum Parochiarum qui infames itidem habeantur, fieri volumus, et sub dicta pena precipimus, ut eos in publico notare possimus.

II. Eodem modo precipimus Prepositis, et omnibus Parrochianis Sacerdotibus, quod tam per Subditos suos, quam per se ipsos scire studeant et laborent, sit quod factum sit in suis Parochiis divortium matrimonii sine auctoritate Ecclesiæ; et si quod ibi matrimonium illicite sit contractum, et si quis Notarius inde fecerit instrumentum, et his intellectis infra dies octo ea Nobis indicare teneantur.

III. Prepositis, et Archipresbiteris, et Clericis obtinentibus beneficia cum cura animarum statuimus, ut ad Sacros Ordines promoveri compellantur. S. . . . Canonicos Sanct. . . . . obstante Titulo Ecclesie Majoris Mediolani. Nec propter hoc fiat eis prejudicium, quo minus possint ad beneficium ipsius Majoris . . . . . pervenire, salvo sibi omni jure, quod eis competit ratione titulationis.

IV. De Clericis concubinariis districte precipimus sicut statuit Dominus Cardinalis; hoc adjuncto, quod quicunque sciunt Clericos aliquos in peccato illo manifeste persistere Nobis vel Prepositis suis, et Prepositi sui nobis infra octo dies referant.

V. De usurariis statuimus ut ab eodem statutum est; et adjuncto quod quicunque sciverit Clericos aliquos usurarios, vel cuicunque turpi lucro, et . . . . deditos, Nobis infra octo dies referant.

VI. De simoniacis statuimus, et sub pena excommunicationis districte precipi-

Digitized by Google

mus, ut qui se labe Simonie sentiet involutum infra octo dies ex quo die statutum audierit promulgatum, se ipsum Prelato suo indicet, et accuset, et si maluerit ad Nos veniat indicaturus hoc idem. Qui vero Confratrem suum ejusdem videlicet Porte secum, vel ejusdem Plebis, vel Ecclesie esse tali labe pollutum, idipsum Nobis infra dies octo ex quo mandatum istud audierit sub eadem pena denunciare teneatur. Quicunque vero sciverit aliquem, vel aliquos publice infamia Simonie laborare, id Nobis referre pariter teneatur. Prelatus autem qui de hoc accusationem alterius acceperit infra octo dies Nobis referre pariter teneatur. Quicunque vero sciverint aliquem vel aliquos publice infamia simonie laborare, id quoque Nobis infra prefixum terminum denuncient, et exponant, ut rei veritas cognoscatur. Qui vero mandatum hoc nostrum de Simoniacis contempserint, noverint se post decem dierum spatium esse excommunicationis vinculo innodatos. Idem de Simoniacis Monacis statuimus observandum. Salvis aliis, que inter eos in proximo proponentur.

VII. Illud Capitulum Domini Cardinalis de tertia parte in communi ponenda ita intelligimus, et determinandum decernimus; ut in qualibet Ecclesia Conventuali duo eligantur per Capitulum, qui juramento astricti tertiam partem omnium redditiuum tam Communitatis, quam Prebendarum assignent, et illud totum in communi ponatur, et dividatur per aliquem, vel per aliquos, ad hoc constitutum a Capitulo diebus singulis inter eos tantum, qui interfuerint Divinis Officiis, et insuper provideatur inde Hospitibus, et Pauperibus. Quicunque autem illam tertiam partem non solverit designatam sibi infra, prope Festum S. Martini, vel aliquod impedimentum super hoc prestiterit, sit interdictus, et excommunicationis vinculo innodatus.

VIII. De Clericis ludentibus ad aleas, vel taxillos, et tabernas sine justa necessitate ingredientibus, et joculationi, et saltationi et choreis intendentibus, Nobis per eos qui sciverint accusandis, et pena suspensionis debita puniendis; et si sic non cessaverint excommunicandis.

An. 1230. = Giuramento dato da Canavisio Degli Ermenulfi ai canonici di sant' Ambrogio, dai quali era stato eletto per podestà delle loro terre di Asiano, Moirano, e Garbagnate marcio. *Carta nell' archivio de' canonici di Sant'Ambrogio.*

• 1231. = Diploma di Guglielmo da Rizolio Arciv. di Mil. a favore del monistero di sant'Appollinare. *Saxius Series Archiep. ubi de Gullielmo De Rizolio.*

• 1232. = Lettera di Gregorio Da Montelungo legato apostolico, con cui concede indulgenza a chi facesse limosina alle povere vergini, che abitavano alla Vecchiabia, ora monistero della Vecchiabia. *Carta nell'archivio di quel monistero.*

Idem. = Carte spettanti alla fondazione di un nuovo monistero di monache nell'antico spedale di sant'Eustorgio, ora detto *Delle Veteri. Nell'archivio di*

Digitized by Google

quel monistero. = Gregorius de Montelungo Apostolicæ Sedis Legatus Dilectis in Christo E. Ministræ, ac Sororibus Domus Ordinis Sancti Augustini sitæ extra Portam Ticinensem Mediolani juxta Sanctum Eustorgium Salutem in Domino, Justis petentium desideriis dignum est Nos facilem præpere consensum, et vota, quæ a rationis tramite non discordant effectu prosequuta complere. Ea propter Dilectæ in Christo Filiæ vestris postulationibus grato concurrentes assensu Hospitale, quod fuit Sancti Eustorgii, Vobis, ut asseritis a Præposito Ecclesiæ Sancti Laurentii Mediolani cum domibus, horto, possessionibus, vinea decimis, et aliis juribus suis, de assensu Capituli sui, prout spectabat ad eos pia liberalitate concessum, sicut illud juste, ac pacifice possidetis, et in confectis exinde instrumentis tam ipsorum Præpositi, et Capituli, quam Venerabilis in Christo Patris . . . . . Electi Mediolanensis dicitur plenius contineri vobis, et per vos Domui vestræ auctoritate qua fungimur confirmamus, et præsentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo etc. Mediolani X. Kal. Aprilis.

Dilectis in Christo Filiabus Eufrasiæ Ministræ ac Sororibus Hospitalis Sancti Laurentii Ordinis Sancti Augustini Mediolanen. Salutem, et Apostolicam benedictionem.

Ex parte vestra fuit nobis humiliter supplicatum, ut cum dilecti Filii . . . . Præpositus, et Fratres Sancti Laurentii Mediolan. Hospitale Sancti Laurentii Civitatis ipsius cum vinea posita juxta illud pro ut pertinebat ad ipsos vobis, quæ dudum juxta Fratres Prædicatores apud Ecclesiam Sancti Eustorgii manebatis, quod devotum ibidem impendatis Domino famulatum, pie ac provide duxerint concedendum. Concessionem ipsam a Venerabili Fratre Nostro . . . . . Mediolanensi Archiepiscopo approbatam confirmare misericorditer dignaremur. Nos igitur vestris devotis precibus inclinati concessionem præfatam sicut rationabiliter, et provide facta esse dignoscitur auctoritate Apostolica confirmamus. Nulli ergo etc.

Dat. Anagniæ V. Idus octobris Pontificatus nostri anno sexto.

An. 1232. = Statuti fatti da Berardo Dal Pozzobonello arciprete di Monza pe'suoi sudditi di Cremella. *Carta nell'archivio di Monza.* = Anno Dominicæ Incarnationis Millex. ducentex. trigesimo secundo, die Veneris quarto die Augusti, Indictione quarta. Cum Domnus Bernardus De Puteobonello Archipresbyter Ecclesiæ S. Johannis de Modoetia primo anno sui Archipresbyteratus advenisset ad Locum de Cremella, et convocasset ante se omnes Homines Loci de Cremella, et suæ Castellantiæ, et totius suæ Curtis de Cremella, et coram eo se rapresentassent in Castro Loci de Cremella, videlicet in Brorio, quod tenetur per Ambrosium Clericum, et Beneficialem Ecclesiæ, et Capellæ illius Castri, infrascripti Homines, videlicet . . . . . de Cremella, et Rogerius de Vairano de Loco Mardegore Consules, et Pagani de Cremella, et ejus Castellantia, et Petraccius de Sezzanore, et Zanebotius Servitor ejus, et Jemianius Sibelli de Caxago, et Johannes Filius quond. Lafranchi, et Codecarius, et Sorzaus, qui dicitur de Tornago, et Andriatus Fil. quond. Guidoni Tabernarii, et Grifattus Ferrarius de Torrexella, Juvanius Belli casa, et Johannes Fil. Obizzo . . . . . et Borghettus de la Porta, et Martinus Boffalardus, et Stra-

Digitized by Google

nudus Petri Omizzonis, et Martinus, qui dicitur de Barzago, et Girardus Fil. quond. Homedeizzati, et Albertollus Fil. quond. Zanebelli de Pozzollo, et Michael Filius Beltrami qui dicitur de Barzago omnes de ipso Loco Crèmella: et Airoldus, qui dicitur Zanebellus de Loco Mardegore, et Sozzo Magister, et Ottorinus de Larama ambo de Loco Codegore, et Petrus Beaqua de Panteganore, et Johanes, qui dicitur Cajarus, qui habitat ad Beuram omnes isti de ipso Loco Cremella, et ejus Castri: et Anselmus de la Marcita de Loco Luzana, et Guillielmus de Galexio, et Petrus Sapa ambo de Loco Gallenio; et Januarius Rubeus, et Arnolfus Finifertus, et Thedoldinus, et Monitarius, et Brochetus, et Johanebellus de Lanza de Zobbio; et Albertinus Niger, et Andrea de Resonata, et Polzaghettus, et Stephanus, et Angelus et Bonsajure, et Michael de la Nuce, et . . . . , et Alcherius Filii Lanfranchi de la Mussa, omnes de isto loco Dolzago. Prædicti omnes Homines superius nominati de Loco, et Castellantia, et Curte de Cremella juraverunt ad S. Evangelia corporaliter tacta fidelitatem isto Domino Archipresbytero, et Fratribus suis videlicet, DD. Gerardo Pavaro, et Anderado de Mandello, et Lanfranco de Melzate Canonicis prædictæ Ecclesiæ de Modoetia ibi præsentibus et aliis Fratribus eorum absentibus, sicut Districtabiles suo Domino, videlicet, quod erunt Fideles prædicto Domino Archipresbytero, et Fratribus suis, et dictæ Ecclesiæ de Modoetia, et quod non erunt in consilio, neque in facto, quod ipsi vel aliquis eorum amittant sensum, neque membrum, vel vitam, vel possessiones, vel redditus, vel terras, vel jus aliquod ipsius Ecclesiæ. Et si scirent aliquem, vel aliquos aliquid de prædictis facere velle, bona fide in quantum poterunt prohibebunt, et quam citius poterunt eisdem Domino Archipresbytero et Fratribus suis manifestabunt, et bona fide eos adjuvabunt, et defendent. Et si consilium ab eis, vel aliquo eorum petierit, vel petêt ipse D. Archipresbyter bona fide eis dabunt. Et si aliquid eis, vel alicujus eorum præceperint ipsi, vel Nuntio eorum, vel præciperet ipse D. Archipresbyter privatum tenebunt, et alicui non manifestabunt, sine parabola illius D. Archipresbyteri, vel sui Nuntii.

Et hiis peractis jam dictus D. Archipresbyter, ad quem nomine prædictæ Ecclesiæ de Modoetia, sive ipsi Ecclesiæ Onor et Districtum, et Jurisdictio Loci, et Castellantiæ, et Curtis de Cremella pertinent statuit, et decrevit, et præcepit prædictis omnibus Hominibus et Comunibus Locorum ut de cetero non eligant aliquem Decannum, vel Consulem, nec Camparium, nec Porcarium, nec aliquem alium Offitialem in prædicto Loco de Cremella, nec in ejus Castellantia, nec in Curte, nec in aliquo Loco ipsius Curtis, et Castellantiæ; seu permittant, et contenti sint, ut ipse D. Archipresbyter, vel ejus Nuncius eos eligat, et sacramentum eis ordinet, et eos jurare faciat, et ab eo singulis annis eos recipiant. Et si contra facturi fuerint, det Locus sive Universitas Loci pro qualibet vice qua contrafecerint, eidem D. Archipresbytero libras decem pro banno; et quælibet singularis persona quæ contrafecerit det pro banno singulis annis solidos sexaginta Tertiolorum.

Item statuit, et ordinavit, et decrevit, ut ille, qui electus fuerit, et se de ipso Consulatu, et Officio intromiserit det eidem D. Archipresbitero solidos sexaginta Tertiolorum.

Digitized by Google

Item statuit, quod Universitas nulla prædictorum Locorum, seu aliquis Homo de prædictis Locis de cætero vendat, vel vendere faciat vinum minutatim ad modum Tabernæ, seu pro Thaxca, seu extra domum in prædicto Loco, seu Castro Cremellæ, seu aliquo Loco prædictorum Locorum, vel ejus, seu eorum Finitate, sine licentia prædicti D. Archipresbyteri, vel ejus Nuncii. Et si contra factum fuerit ab Universitate det Universitas pro banno libras decem Ter; et si vero a singulari Persona contrafactum fuerit det pro banno Sol. LX. Ter.

Item statuit ut nullus Homo major annis duodecim alicujus loci praedictorum Locorum ludat, neque præstat ad Bisclaciam, sive ad aliquem ludum, qui conputetur Bisclacia in aliquo Loco, seu Finita istorum; et si contra fecerit, et pro banno Sol. LX. Ter.

Item statuit ut nullus Homo, neque Fæmina alicujus Loci prædictorum Locorum deponat querimoniam de aliquo Homine, vel Faemina ipsorum Locorum, seu de ipsa Curte Cremelle in causa, seu pro causa civili; et si contra fecerit det pro banno Sol. LX. Ter.

Item statuit si quis major annis duodecim Masculus vel Fæmina furtum fecerit alicujus rei valentis denar. VI. Ter. in prædicto Castro de Cremella det pro banno Sol. LX. Ter. Si vero in Villa Cremelle, vel alterius Loci prædictorum Locorum, seu Finita det pro banno Sol. XX. Ter.

Item si aliquis Homo, vel Fæmina aliquem Furem cæperit, et eum non consignaverit prefato D. Archipresbitero, seu prædictæ Ecclesiæ Nuncio, det pro banno Sol. LX Ter.

Item statuit, si aliquis de aliquo Loco prædictorum, Locorum seu Castellantiæ in prædicta Curte, seu Castellantia meditate homicidium fecerit, det pro banno libras decem Ter. prædicto D. Archipresbytero: si vero rixa fecerit det pro banno Sol. Centum Ter. si vero plagam fecerit, de qua sanguis exierit, det pro banno Sol. LX. Ter. Si per capillos aliquem cæperit, vel aliquam det pro banno Sol. XX Ter. Totidem si in terra traxerit. Si assaltum fecerit det pro banno Sol. LX Ter.

Item si aliquis de prædicto Castro, vel Loco Cremellæ, vel alio loco prædictorum Locorum de prædicta Curte, seu Castellantia, in ipso Loco, seu Curte Cremellæ: vel aliquo prædictorum Locorum adulterium comiserit, det pro banno Sol. centum Ter.

Item statuit. Si aliquis Homo, vel Fæmina de prædicto Castro seu aliquo prædictorum Locorum citatus, seu amonitus fuerit ab ipso D. Archipresbytero vel ejus Nuncio ad rationem alicui faciendam, et non venerit die, vel termino statuto, det pro banno Sol. XI Ter. in secundo. vel tertio convocatus non venerit det pro banno Sol. sex. Ter.

Item statuit. Si aliquis da prædicto Castro seu Loco Cremellæ, aut aliorum Locorum Maniponnita fecerit, det pro banno sol LX. Ter. Si vero conjurationem, vel conspirationem fecerit, det pro banno sol. LX. Ter. Et si Universitas alicujus prædictorum Locorum aliquam conjurationem, seu conspirationem fecerit, det pro banno libras decem Tertiolorum.

Et ibi omnes isti Homines prædictorum Locorum et Castellantiæ, et Curtis præfata omnia Statuta receperunt, et eis omnibus consenserunt, et rata et

Digitized by Google

firma se velle habere omni tempore dixerunt, et protestati sunt ut per se, et pro Comunibus istorum Locorum, Castellantiæ, et Curtis. Et ibi dictus D. Archipresbyter præcepit prænominatis Consulibus Locorum, et Castellantiæ, et Curtis de Cremella, ut manifestent, et dicant ei, si aliquis, vel aliqui contra fecerunt, vel dixerunt infra octo dies, ex quo contra fecerint, vel dixerint. Et hæc omnia facta sunt salva pena majore, et salvo jure aliorum Statutorum, ac Ordinum faciendorum.

Affuerunt ibi Domnus Guido Filius qu. D. Giulli, vel Gullielmus, de Puteobonello de Contrata Sactæ Mariæ Beltradæ Civitatis Mediolani, et Alghixius Fil. qu. Airoldi Muntani de Munte Canonicus de Aliate, et Ambroxius Fil. qu. Ambroxii de Sancto Johanne, de Loco Dolzago Clericus, et Capellanus seu Beneficialis Ecclesiæ Ss. Sisini, Martirii, et Alexandri de isto Loco Cremella, rogati Testes.

Item postea die sequenti die Jovis in isto Brorio, et coram istis Testibus Arnolfus, et Johannes de Maria, et Jacobus del Molendino omnes de isto Loco Gallexio, et Rolandus qui dicitur de S. Petro, et Martinus de Via Bevulca ambo de isto Loco Cremella juraverunt, et fecerunt similem Fidelitatem isto D. Archipresbytero et suis Fratribus, sicuti Districtabiles suo Domino, seu Dominis, quod præfacta omnia statuta, et dicta receperunt, et rata et firma se velle habere omni tempore, et dixerunt, et protestati sunt, ut super in omnibus, et per omnia.

Item sequenti die, die Veneris in isto Brorio, et coram istis Testibus Petrus Oltilie de Fossato, et Martinus Armani ambo de Loco Cremelle juraverunt similem Fidelitatem isto D. Archipresbytero, et istis suis Fratribus, sicut Districtabiles suo Domino, quod præfata omnia statuta ac dicta receperunt, et rata, et firma se velle habere omni tempore et dixerunt, et protestati fuerunt ut supra in omnibus, et per omnia. — Ego Johannes Filius qu. Forzani qui dicebatur Belicasa de Loco Cremellæ Notarius Sacri Palatii, ac Missus Domini Ottonis Imperatoris huic rogit. interfui, et scripsi, et istam giosullam apposui.

An. **1232.** = Statuti fatti da Ardengo Visconte abate di sant' Ambrogio pe' suoi sudditi d' Inzago. *Carta nell'archivio Ambrosiano.*

• **1233.** = Facoltà conceduta da Berardo Da Pozzobonello arciprete di Monza agli Umiliati ed Umiliate di sant'Agata di quel borgo per fabbricarvi una chiesa ed un cimitero. *Carta nell'archivio di Monza.* = In nomine Domini Bernardus Dei gratia Sanctæ Modoetiensis Ecclesiæ Archipresbiter Dilectis Filiis Tutobello ministro domus Humiliatorum et Humiliatarum ejusdem Burgi, quæ dicitur de Sancta Agatha, et toti Congregationi ejusdem domus. In eo sumus loco, et offitio per Dei misericordiam constituti, ut his, quæ debita devotione ad laudem, et honorem omnipotentis Dei statuuntur, et ordinantur nostræ auctoritatis robur debeamus gratis impertiri, et quantum cum Deo, et honore nostro possumus eorum statum ex caritate utiliter promovere. Hinc est Dilecti in Domino Filii, quod multimodæ religionis, ac devotionis vestræ probitatem attendentes, vestris justis annuimus petitionibus; et eis grato con-

Digitized by Google

currentes assensu Oratorii licentiam, et auctoritatem, quod in curia vestra, seu in sedimine vestro facere disposuistis Vobis ad honorem Omnipotentis Dei, et semper Virginis Mariæ de consensu capituli nostri præstamus. Statuentes ut a modo liberum habeat cæmeterium vobis, vestræq; familiæ omnibusque Ordinis Humiliatorum et non aliis, nisi de nostra speciali licentia; nec sit alicui tributo, vel oneri ullo tempore subiecta, excepta libra una ceræ, quam nomine census, et in subiectionis signum in festo Beatissimi Johannis Baptistæ nostro decernimus annuatim dari Capitulo. Vobis de nostra, et Capituli nostri licentia, et bona voluntate plenam, et liberam concedentes facultatem, tamquam patronis ipsius Ecclesiæ, et fundatoribus, divina in ea offitia a quocumque Presbytero dumodo tamen catholico recipiendi. Possesiones autem, et jura, quæ in presentiarum rationabiliter possidetis, vel de cetero dante Domino poteritis quibuslibet justis modis adipisci Vobis, et Successoribus vestris auctoritate Sanctæ Modoetiensis Ecclesiæ, cui licet inmeriti præsidemus, et nostra confirmamus, et præsentis scripti patrocinio comunimus. = Dat. quintodecimo die ante Kal. Novembris.

An. 1233. = Breve di papa Gregorio IX., con cui concede al monistero di sant' Apollinare di Milano lo spedale di san Biaggio di Monza. *Bonavilla. Cronica de' Frati Minori. Part. II. Cap. I.*

Idem. = Breve dello stesso pontefice scritto all' arcivescovo ed al clero di Milano, con cui li loda per le forti risoluzioni prese contro gli eretici. *Bullarium Franciscanum. Tom. I.*

Idem. = Lettera di papa Gregorio IX ai rettori delle città della Lega Lombarda, ove notifica ad essi i capitoli della pace conchiusa fra essa e l' imperator Federigo. *Marator. Antiq. medii ævi. Tom. IV, pag.* 325.

Idem. = Risposta di que' rettori al sommo pontefice. *Id. Ib. pag.* 331.

An. 1234. = Breve dello stesso pontefice ad una società di milanesi formata contro gli eretici. *Carta nell' archivio di S. Eustorgio.*

Idem. = Breve dello stesso pontefice all'arcivescovo di Milano per la fabbrica di una nuova chiesa e convento de' frati Minori in Gallarate. *Bullarium Franciscanum. Tom. I.*

Idem. = Atto della presentazione delle credenziali fatta nel pubblico consiglio di Milano dagli ambasciatori di Enrico re de' Romani. *Registrato in un codice della biblioteca ambrosiana in fogl. sign. B. n.* 19. = In nomine Domini. Anno Dom. Incarn. MCCXXXIIII. die Dominico XV. die ante Kal. Jannuarii, Indictione octava, in Pallatio Communis Mediolani, in Consiglio Communis Mediolani Dominus Anselmus De Instien Mareschalchus Domini Henrici Serenissimi Regi Romanorum, et Dominus Valcherius Archidiaconus Herbipolensis, et Domini Regis Capellanus, ambo Nuntii, et Legati suprascri-

Digitized by Google

pti Domini Regis, et habentes speciale mandatum securitates, et concordiam, et juramenta faciendi pro prefato Domino Rege, et in ammam ejus, prout in litteris ipsius Domini Regis sigillo signatis continebatur, quarum tenor talis est.

Henricus Dei gratia Romanorum Rex. et semper Augustus Dilectis suis Fidelibus Imperii gratiam suam, et omne bonum. Dilectos Fideles nostros Anselmum De Instigen, Imperialis Aule Marescalcum, et Familiarem Capellanum nostrum, et Magistrum Valkerium De Tanubr Archidiaconum Herbipolensis Ecclesie Nuntios in legatione nostra Universitati vestre duximus transmittendos, quibus etiam exposuimus nostre beneplacitum voluntatis. Unde rogamus, et monemus Prudentiam vestram, mandantes Vobis, quatenus verbis ipsorum, que Vobis ex parte nostra dixerint, vel proposuerint fidem adhibeatis in omnibus, tanquam ea Vobis presentialiter, et personaliter loqueremur. Datum apud Ezlingen, Idibus Novembris, Indictione octava.

An. 1234. = Altre due lettere dello stesso re sopra il medesimo affare. *Ibidem.*

Idem. = Trattato di alleanza conchiuso fra il detto re Enrico e i Milanesi. *Carta registrata nello stesso Codice colla seguente prefazione.* = Principium hujus instrumenti non est hic, quia istud fuit exemplatum ex quodem libro antiquissimo existente ad Officium Statutorum Mediolani in quo similiter deficit principium : sed fuit confectum de anno MCCXXXIIII., ut apparet ex nominibus Legatorum qui juraverunt, de quibus fit mentio in certis litteris Regis Romanorum descriptis infra in folio L. quæ literæ datæ fuerunt Idibus Novembris MCCXXXIIII. : et tamen in effectu nihil deficit nisi nomina Legatorum et Regis, et temporis confectionis hujus istrumenti, quæ omnia comprehendi possunt ex dictis litteris.

. . . . . .

Cum Mediolanensibus, et eorum Amicis et Societate Lombardiæ quæ sunt de Societate, et amicitia Mediolani. Præsentibus D. Comite Manfredo de Curte Nova Potestate Mediolani, et infrascriptis Ambaxiatoribus Brixiæ, et D. Petro De Sancto Petro, et Ardizono Cavalazio Ambaxatoribus Civitatis Novariæ, et D. Mar. de Summarippa Ambasatore Civitatis Laudæ, et ipsis recipientibus pro Communi Mediolani, et pro Universitate Societatis Lombardiæ, juraverunt ad Sancta Dei Evangelia super eorum anima, et in animas prædicti D. Regis, quod ille D. Rex attendet, et observabit, et attendi faciet infrascriptam Concordiam in Omnibus et per omnia sicut scripta sunt et quod facient jurare prædictum D. Regem, et Principes Alemaniæ, ut in Concordia præscripta continetur cujus tenor talis est.

In nomine Domini. Jurabunt Mediolanenses, Brixia, Bononia, Marchio Montisferati, Novaria, Lauda, et aliæ Civitates, aliaque Loca, et Universitates de Societate Mediolani, qui nunc sunt, vel inposterum erunt, et quæ volent, et quibus facere placuerit infrascriptam Fidelitatem, et recipere infrascriptum juramentum Fidelitatis D. Henrico Serenissimo Regi Romanorum, hoc modo, quod non erunt in consilio, vel adjutorio, quod perdat vitam, vel membrum, vel mentem, aut suum honorem, vel fortiam, aut Coronam Regni ; sed se-

Digitized by Google

cundum suum posse prohibebunt, et valebunt ei sicut Regi, et eum defendent et ejus honorem manutenebunt, et hoc in Provincia Lombardiæ. Eo ex abundanti dicto, et intellecto, quod propter Fidelitatem non teneantur ad præstationem aliquam pecuniæ modo aliquo, nec aliquo modo. Item quod non teneantur ad Milites, vel Pedites dandos, vel mittendos extra Lombardiam. Item quod non teneantur aliqua de causa dare obsides, vel pignora, vel securitates. Quam fidelitatem facere debent salvis Societatibus, et Amicitiis Communis Mediolani, et præsertim salva Societate Lombardiæ, Marchiæ, et Romaniæ, Quam Fidelitatem ut supra facere volunt, si dictus D. Rex et Principes Alemaniæ volunt jurare, adjuvare, et manutenere, et defendere Mediolanum, Brixiam, Bononiam, et Marchionem Montisferrati, et Novariam, et Laude, et alias Civitates, et Universitates, et Loca, quæ sunt, vel erunt de Societate, et amicitia Mediolani, dum in Societate, et amicitia duraverint. Et hoc in omni suo, et eorum honore, et podere, et statu, et possessione, et fortia, quo vel qua nunc sunt, et imposterum erunt contra Inimicos, quos nunc habent, vel de cætero habebunt in Lombardia vel alibi, et offendere inimicos eorum secundum posse ipsius Regis, et Principum, præsertum Cremonam, et Papiam, et eorum Sequaces, qui nunc sunt, vel pro temporibus erunt; et quod non facient ipse Rex, vel Principes aliquam Concordiam, vel pactionem, vel conventionem, vel pacem cum Inimicis Mediolani, Brixiæ, Bononiæ, Marchionis Montisferrati, Novariæ, Laudæ, aliarumque Civitatum, et Universitate, et Locorum de Societate, et amicitia Mediolani undumcunque sint, et præsertim cum Cremona, et Papia, vel aliis Civitatibus vel Locis, seu Personis, vel Universitatibus de Societate Cremonæ, vel Papiæ sine voluntate Communis Mediolani, et Societatis, et amicitiæ ejus. De quibus oneribus teneatur prædictus Rex, et Principes, et eorum Successores omnes simul, et quilibet per se. Et hinc inde dicta Sacramenta renoventur singulis decenniis, ita quod in perpetuum durent, et observentur, et in Successoribus, et in Filiis ipsius Domini Regis, quos nunc habet, vel habebit locum habeant, et Regalia sint, et perpetua, et non personalia, nec temporalia, non tantum in persona Regis, vel Filiorum ejus, seu Successorum, ita etiam et Successorum eorumdem. Et eodem modo teneantur de prædictis omnibus præfatus Dnus Rex, et Principes Alemaniæ, cum fuerit Imperator ipse Dnus Rex factus, Juraverunt predictus Dnus Comes Manfredus Potestas Mediolani, et Nobiles Viri Ubertus de Extenate, et Mudalburgus Judex Mediolani de vuluntate Consilii Comunis Mediolani, et prædictorum Ambasiatorum Brixiæ, Novariæ, Laudæ, et eorum mandato super Comune Mediolani, quod prædictis completis per dictum Regem, et Principes Alemaniæ Comune Mediolani, et alia Comunia, et personæ, quæ venient, et quibus placuerit prædicta facere, et recipere, jurabunt illam Fidelitatem, quæ in dicta Concordia continetur. Unde plura instrumenta uno tenore fieri rogata præsentibus ibi pro Notariis Guglielmo de Vicomercato, Curado de Varadeo Not. Pallatii Mediolani,

Interfuerunt Testes Anselmus de Instigem Filius suprascriti Dni Marescalchi, et item Dnus Paganus Burrus Fil. qd. Dni Uberti, et Joannes de Raude Fil. item qd. Dni Joanis: et Boccasius Brema, et Perinus In-

Digitized by Google

coardus, et Jacobus de Terzago, et Jacobus de Modoetia, et Berbontius de Landriano, et Albertus Vicecomes, et Miranus Morigia, et Guido Grassus, et Ricardus Crivellus, et Jo : Pasqualis, et Menadragus de Mandello, et Paganus de la Turre, et Bonifacios Fil. qd. Dni Guglielmi de Pusterla, et Abiaticus Marcellinus Fil qd. Dni Drudi, et Henricus Gambarus omnes de Civitate Mediolani. — Ego Guglielmus Fil. qd. Petrobelli de Vicomercato de Contrata de Cornaredo Civit. Mediolani Not., et modo Scriba Palatii Com. Mediolani interfui, et subscripsi. — Ego Conradus Fil. Jacobi de Varedeo de Contrada de la Pesina Com. Mediolani Notarius, et nunc Scriba Comunis Mediolani suprascriptis interfui, et subscripsi. — Ego Henricus de Camenago Fil. qd. Dni Castelli, qui sto in Curte Vicecomitum Notarius, et nunc Scriba Comunis Mediolani interfui, et subscripsi.

An. 1235 = Rinnovazione della lega lombarda in Brescia. *Murator Antiq. medii ævi Tom. IV. pag.* 331. *et seq.*

Idem. = Brevi di papa Gregorio IX a favore del monistero di sant' Apollinare. *Bonavilla supracit.*

Idem. = Breve dello stesso pontefice al monistero delle Umiliate dell'ordine di sant' Agostino presso sant' Eustorgio ; ora delle Veteri. *Carta nell'archivio di quel Monistero.* = Dilectis in Christo Filiabus Ministræ, ac Sororibus existentibus juxta Ecclesiam Sancti Eustorgii Mediolan. Ordinis Sancti Angustini Salutem, et Apostolicam benedictionem. Cum a Nobis petitur quod justum, est, et honestum, tam vigor æquitatis, quam ordo exigit rationis, ut id per sollicitudinem Officii nostri ad debitum perducatur effectum. Ex parte siquidem vestra fuit nobis humiliter supplicatum, ut cum in Civitate, ac Diœcesi Mediolan. Ambrosianum Officium celebretur, celebrandi juxta quod aliæ Sorores Vestri Ordinis celebrant licentiam vobis concedere dignaremur.

Nos igitur vestris justis supplicationibus benignum impertientes assensum licentiam Vobis concedimus postulatam. Nulli ergo etc.

Datum Perusii IV. Kal Maii Pontificatus Nostri anno nono.

Idem. = Cessione della chiesa di santa Maria *in Valle* fatta da Ugone Cimiliarca, che ne aveva il juspatronato alle monache di Montano, che ivi trasportarono il loro monistero. *Carta nell'archivio di Santa Maria in Valle.* = In nomine Domini Anno Dominicæ Incarnationis Millesimo ducentesimo trigesimo quinto, die Veneris, octavo die Junii, Indictione septima. Coram D. Guillielmo De Rixiolo Dei gratia S. M. E. Archiep., eo approbante, et auctoritatem, et parabolam dante, et præstante, Domnus Ugo De Setara Dei gratia M. E. Cimiliarca suo nomine, et nomine ipsius Cimiliarchiæ concessit, et dedit omne jus eligendi, et jus patronatus, quod habet in Ecclesia S. Mariæ in Valle Portæ Ticinensis, et quidquid juris habet in prædicta Ecclesia, et domibus, et rebus ejusdem Ecclesiæ pertinentibus Dominæ Sibilliæ Abbatissæ Monasterii S. M. de Montano nomine, et ad partem illius Monasterii, et Monialium, quæ sunt, et fuerunt in eo Monasterio ; ita quod Donna Abbatissa, et Moniales, quæ

Digitized by Google

modo sunt, et que in temporibus fuerint, possint et debeant in prædicta Ecclesia S. M., et domibus habitare, et stare, uti, et frui prædictis Ecclesia, et domibus et rebus et juribus, et ut prædictas Ecclesiam, et domos, et res, et jura habeant, et teneant nomine prædicti Monasterii, et possideant, et quasi possideant, sine contradictione prædicti Ugonis De Setara Cimiliarchæ.... ejus Successoris. Pro quo dato, et concessione, prædicta Donna Abbatissa nomine dicti Monasterii promisit, et convenit dicto D. Ugoni de Setara Cimiliarchæ suo nomine, et nomine, suprascriptæ Cimiliarchiæ solempniter stipulanti, quod faciet prædictam Ecclesiam, et Vicinantiam ipsius Ecclesiæ servire in Divinis officiis. Ita tamen, quod non teneatur ibi tenere Sacerdotem. qui inhabitet in domibus illius Ecclesiæ, sed undecunque voluerit ipsa Donna Abbatissa, et Moniales, quæ modo sunt et quæ pro temporibus erunt, habeant seu conducant Sacerdotem, dummodo Ambrosianum, non Professum, qui predictæ Ecclesiæ, et Parochianis ejus deserviat, et eis spiritualia administret. Hoc acto, et expressim dicto, in principio, et medio, et fine predictæ dationis, et concessionis, et obligationis, quod Abbatissa, et Moniales, quæ modo sunt, et pro temporibus fuerint, teneantur reparare, et redificare Ecclesiam, domos ipsius Ecclesiæ suis sumptibus, et expensis. Et si contigerit, quod prædicta Donna Abbatissa, et Moniales, vel earum succetrices recederent de prædicta Ecclesia propria voluntate, quod prædicta Ecclesia, et Domus, et res remaneant in jure, et potestate ipsius D. Ugonis Cimiliarchæ, et ejus Successorum, sicut erant ante suprascriptam dationem, et concessionem. Actum in Palatio veteri D. Archiepiscopi, in Capella nova Sanctæ Agathæ.

Interfuerunt Testes; Ammizo De Solario, et Magister Azo Cepus, et Presbiter Marchixius S. Bartolomei de Curte de Melegnano, et Presbiter Mainfredus S. Salvatoris, et Petrus De Morenzono Custos Majoris Ecclesiæ et Gufredotus Hostiarius, et Franciscus de Caparta.

Ibique statim præcepit dictus Dominus Archiepiscopus Presbitero Martino Capellano S. Clementis de Verzario, ut iret, et dictam Domnam Abbatissam, et Moniales in corporali possessione suprascriptæ Ecclesiæ S. M. in Valle, et suarum rerum poneret.

Ego Probinus Cariatus Fil. qu. Ser. Rodulfi Notarius Contratæ S. Vincentii Ad Setaram exemplavi ab imbreviatura qd. Rodulfi De Pomo Notario, et explevi, et in publicam formam redegi de mandato D. Robaldi Pingisanti Consulis Justitiæ Mediolani, ut constat per cartam unam atestatam, traditam, et subscriptam per Johanem Bellum Fil. qu. Buschi De Vicomercato de Contrata Piscinæ albæ, P. Tic. Notarii, in Milleximo Ducentesimo Sexagesimo primo, die Sabbati, duodecimo die ante Kal. Septembris, Ind. IV.

An. 1236. = Salvocondotto conceduto dalla città di Pavia alle persone e beni del monistero di Morimondo, durante la guerra. *Ughel. In Archiep. Mediol. ubi de Guglielmo De Rizolio.*

Idem. = Protesta di Alberico da Opreno, arciprete di Monza, circa il giuramento di fedeltà da darsi all'arcivescovo. *Carta nell'archivio di Monza.*

Digitized by Google

An. 1236. = Diploma di Guglielmo da Rizolio arcivescovo, a favore degli Umiliati, ordinando a tutti i prelati soggetti a questa metropoli, che permettano a que'religiosi di aver cimitero lor proprio, e Sacerdoti proprj che loro amministrino i sacramenti. *Carta nella Raccolta diplomatica del sig. dott. Sormani, da lui indicata nella Storia degli Umiliati, pag.* 88.

Idem. = Diploma del medesimo a favore del convento delle Vergini della Casa nuova presso la chiusa sopra la Vecchiabia, ora della Vecchiabia. *Carta nell'archivio di quel Monistero.* = Willelmus miseratione Divina Sanctæ Mediolanensis Ecclesiæ Archiepiscopus. Dilectis in Christo Filiabus Conventui Virginum De Domo nova apud Clusam super Vitabiam Salutem in Domino. Congruam officii nostri prosequimur actionem Personis Religiosis exhibendo Nos in suis justis petitionibus favorabiles, et benignos, cum Sacram plantare Religionem, et plantatam fovere modis omnibus debeamus. Cum igitur ex parte vestra sit Nobis humiliter supplicatum, ut quolibet mense in illa Dominica die, quæ præcedit Dominicam prædicationis Domus Sanctimonialium Sancti Apollinaris in loco vestro prædicationem constituere, et cuilibet de Civitate, et Diocesi Mediolani volenti male ablatum incerte tribuere, vobis concedere deberemus. Nos devotionem vestram proinde in Domino commendantes Vobis, et Succedentibus vestris auctoritate Mediolanensis Ecclesiæ cui concedente Domino licet indigni præsidemus, propter vestræ humilitatis paupertatem, nisi alii concesserimus postulata, duximus concedenda. Et de omnipotentis Dei misericordia, et meritis Gloriosissimæ semper Virginis Mariæ, ac Beatissimi Confessoris Ambrosii Patroni nostri confisi, omnibus vere pænitentibus, et confessis, qui ad dictam venerint Prædicationem, vel etiem eadem male ablata inopiæ vestræ tribuerint, quadraginta dies criminalium, et quartam partem venialium, de injuncta sibi pænitentia misericorditer in Domino relaxamus. Ut igitur hujus nostræ constitutionis pariter, et concessionis pagina robur obtineat firmitatis, eandem præsentis scripti patrocinio et nostri appositione sigilli fecimus communiri i Nulli ergo etc.

Dat. MCCXXXVI. XIII. die ante Cal. Novembris.

An. 1239. = Diploma di Federigo II, imperatore, con cui dichiara suo vicario in Italia Enrico, volgarmente Enzo, suo figliuolo illegittimo re di Torre e di Gallura in Sardegna. *Registrato nel Codice di Giovannino Crivello M. S. presso il Viceparroco di San Vincenzo* = Fridericus Dei gratia Romanorum Imperator semper Augustus Jerusalem, et Sciliæ Rex Henrico Turris, et Galluris illustri Regi Sacri Imperii in Italia Legato, dilecto Filio suo gratiam suam, et omne bonum. Ad extolenda justorum præconia, et reprimendas insolentias transgressorum prospiciens a Cælo, Justitia erexit in Populis Regnantium solia, et diversorum Principum potestates. Caruisset namque libenter humana conditio jugo dominii, neque libertatem a se, quam eis natura concesserat homines abdicassent, nisi impunita licentia scelerum in evidentem perniciem humani Generis redundabat, et ex necessitate quadam oportuit Naturam subesse Justitiæ, et servire judicio libertatem. Sed neque exquiri extrinsecus decuit aliam speciem Creaturæ. Sed Homo prælatus est

Digitized by Google

Homini, ut gratiorem prælaturam efficeret identitas speciei. Potissimum tamen ad regimen Populorum Divina Sententia præfecit Imperium, dum ostensa sibi figura Numismatis in redditionem census, ea præ cæteris Regibus Cæsareæ fortunæ fastigium præsignivit; cui diversimodas subdidit Nationes non ob hoc solum ut eis imperando præesset, sed ut ipsis pacis, et justitiæ copiam ministrando præberet. Inter illas igitur multarum occupationum curas, quibus fluctuantis pelagi more pro salubri Reipublicæ statu Spiritus noster continue fatigatur, meditatione sollicita revolventes, quod Regio supradicta pro ut superius est distincta, Provincia utique nobilis, et pars Romani Imperii pretiosa diu pro hostilitate guerrarum, et seditione suorum provisione justitiæ caruisset, propter quod tam Cives, quam Habitatores Italiæ in personis, et in rebus damna non modica novimus fuisse perpessos, et ibidem jura Imperii diminuta, ne talentum nobis in eis creditum negligenter abscondere videamur, ut pote qui rationem villicationis nostræ sumus in examine stricti judicii reddituri, ad hoc direximus aciem mentis nostra, ut ad statum pacificum totius Italiæ Imperialis provisionis instantia salubriter intendamus. Quapropter de tua industria, et fidelitate confisi Te de latere nostro Legatum totius Italiæ ad eos, velut Personæ nostræ speculum pro conservatione pacis, et justitiæ specialiter destinamus, ut vices nostras universaliter geras in ea. Concedentes tibi merum Imperium, et gladii Potestatem, et ut in facinorosos animadvertere valeas vice nostra purgando Italiam, malefactores inquiras, et punias inquisitos, et specialiter eos, qui stratas, et itinera publica ausu temerario violare præsumunt. Criminales etiam quæstiones audias, et civiles quarum cognitio si Nos præsentes essemus ad nostrum judicium pertineret. Liberales quoque audias, et determines quæstiones. Imponendi, et banna, et mulctas, ubi expedierit, auctoritatem tibi plenariam impertimur. Decreta utique interponas, quæ super transactione alimentorum, alienatione rerum Ecclesiasticarum, et etiam Minorum, secundum justitiam interponi petuntur. Tutores etiam, et Curatores dandi quibuslibet tibi concedimus potestatem. Et ut minoribus, et majoribus, quibus universalia jura succurrunt, causa cognita restitutionis in integrum beneficium valeas impertiri. Ad audientiam tuam tam de criminalibus quam de civilibus causis appellationes eferri volumus, quas a Sententiis Ordinariorum Judicum, et eorum omnium qui jurisdictionem ab Imperio nacti sunt in Italia contingent interponi, ut tamen a Sententia tua ad audientiam nostri Culminis possint libere provocari, nisi vel causæ qualitas, vel appellationum numerus appellationis subsidium adimat appellanti. Creandi Judices, et Notarios tibi concedimus plenariam potestatem. Tuæ igitur Filiationi firmiter et districte præcipiendo mandamus, quatenus ad statum pacificum Italiæ, et recuperationem nostrorum jurium, et Imperii in eadem omni fide, et sollicitudine, pro ut gratiam nostram diligis, ac efficaciter, et diligenter intendas, ut inde diligentiæ tuæ testimonio electionis nostræ judicium commendetur, dum talem tanto negotio duximus præponendum, ex cujus fide et industria Serenitatis nostræ salubre propositum de observatione pacis, et justitiæ, et reintegratione jurium Italiæ singulis esprimetur. Dat. in Castris in Episcopatu Bononiæ, XXV. Julii, XII. Indictione.

Digitized by Google

An. 1239. = Vendita fatta dal preposto e da'canonici di san Lorenzo alle signore Bianche, ora *le Veteri* dello Spedale antico dove abitavano. *Carta nell'archivio di quel monistero.*

• 1240. = Fondazione della chiesa di santa Maria *delle Vergini* ora della Vecchiabia. *Carta nell'archivio di quel monistero.*

• 1244. = Breve di papa Innocenzo IV scritto al legato apostolico Gregorio da Montelungo intorno alla elezione, ed alla consacrazione di frate Leone da Perego, arcivescovo di Milano. *Charta in Bullario Franciscano.*

• 1245. = Instrumento della consegna di un calice d'oro spettante al tesoro della chiesa di san Giovanni di Monza, prestato alla Comunità di Milano. *Charta in archivio ejusdem Ecclesia.* = In nomine Domini nostri Jesu Christi. Anno nativitatis ejusdem millesimo ducentesimo quadragesimo quinto die Veneris tertio die Novembris Indictione quarta. Cum Dominus Ubertus De vialata Potestas Mediolani, et Guido de Casate, Guido de Mandello, Philippus de la Turre, Johannes de la Turre, Guilelmus de Sorexina, Probinus Ingoardus, Rizardus de Villa, Justamons Cicata, Lampugnanus Marcellinus, Burrus de Burris, Artuxius Marinonus, Guillelmus de Lampuniano, Antelmus de Terzago, Roxate de la Cruce, Landulfus Crivellus, Niger Grassus, Guizardus Morigia, Mollo Beccaria, Caruzanus Moronus, Atterradus Mainerius, et Bonincontrus Incinus Consiliarii, et Secretarii, et Sapientes Comunis Mediolani plurimum cum precum instantia institissent apud Dominum Ardericum de Sorexina Archipresbyterum de Modoetia, et Canonicos, et Capitulum illius Ecclesiæ, et cum Domino G. de Montelongo Apostolicæ Sedis Legato, ut concederent, et accomodarent eidem Potestati, et Consiliariis, et Sapientibus, seu Comuni Mediolani partem aliquam thesauri illius Ecclesiæ ad possendum impignorare pro pecunia necessaria habenda Communi Mediolani, quæ alio modo inveniri, vel haberi non potest, ut asserebant expresse, et illam Ecclesiam indepnem facere volebant, et cito, illum thesaurum restituere facerent. Ad quorum preces suprascripti Domini Archipresbyter, et Canonici humiliter pro honore, et utilitate Comunis Mediolani condescendentes, præsente, et volente isto Domino Legato obtulerunt, concesserunt istis Protestati, et Consiliariis, et Sapientibus, et Comuni Calicem unum auri de Thesauro Modetiensis Ecclesiæ ponderis unciarum centum septuaginta auri cum auriculis, et cum ornamento multorum lapidum pretiosorum. Et ideo praedictus Dominus Ubertus de Vialata Potestas Mediolani, et isti Consiliarii, et Secretarii et Sapientes data eis licentia et fortia et auctoritate a Consilio quadringentorum, et trecentorum, et centum novo, et veteri, sicut dicebant, reformatum, inscriptum in libro Comunis Mediolani faciendi infrascriptam obligationem, et omnia infrascripta. Promiserunt namque, et guadiam dederunt, et omnia eorum bona et bona, Comunis Mediolani pignori obligaverunt quilibet eorum in solidum dicto Domino Arderico de Sorexina Archipresbytero de Modoetia recipienti suo nomine, et nomine Ecclesiæ, et totius Capituli de Modoetia, et singulorum Canonicorum dictæ Ecclesiæ, quod exigent, reddent, et dabunt absque aliqua diminutione libere, et absolute hinc

Digitized by Google

ad Natale proximum isto Domino Archipresbytero, et Canonicis, seu Capitulo suprascriptum Calicem aureum cum gemmis, et lapidibus pretiosis ornatum omnibus eorum, et Comunis Mediolani, dapnis et expensis, et sine dapnis, et expensis istorum Archipresbyteri, et Canonicorum, et Ecclesiæ. Et renunciaverunt exceptioni non accepti Calicis, et omni alii exceptioni, qua se tueri aliquo modo possent et defendere, et maximè quod non possint dicere se obligatos esse pro Comuni, seu pro rebus Comunis, sed ita teneantur, et conveniri possint in solidum etiam finito et deposito eorum offitio, et fortia, et auctoritate, ac si prædicta omnia in propria cujuslibet eorum proprietate pervenissent, et renunciaverunt benefitio novæ constitutionis, et epistolæ Divi Adriani, et omni alio auxilio, quo aliquo modo se tueri possint usus, et legis, statuti, et ordinamenti facti, vel quod ammodo possit fieri, vel fieret. Sed omni tempore possint cum effectu conveniri non obstantibus aliquibus feriis, vel earum dilationibus faciendis, vel factis. Et promiserunt, ut supra dictus Potestas, et isti Consiliarii, et Sapientes quod nec Potestas nec aliquis prædictorum dabit aliquo modo, vel aliquo ingenio etiam consentientibus istis Archipresbytero, et Canonicis aliquid aliud præter prædictum Calicem, loco illius Calicis, sed ipsum specialem Calicem integrum cum lapidibus, et gemmis absque diminutione aliqua, et ibi dictus Dominus G. de Montelongo Legatus Apostolicæ Sedis auctoritate suæ legationis, et voluntate ipsius Potestatis, et Secretariorum, et Consiliariorum, et Sapientum prædictorum a infrascripto termino in antea eos omnes, et Consilium comune excomunicationis vinculo subiecit, et subposuit ex tunc, si prædicta ut supra ad ipsum thesaurum non essent servata, excepto Potestate prædicto. Ad quorum observantiam, et majorem firmitatem prædicti Secretarii, et Consiliarii, et Sapientes suprascripti nominati juraverunt corporaliter tactis sacrosanctis Evangeliis omnia superius memorata, et quodlibet prædictorum observare, et facere et facere observari per Comune Mediolani. Actum in Campis de Albairate in exercitu contra Fridericum quondam Imperatorem.

Interfuerunt Gregorius Senensis de Padua ostiarius istius Domini Legati, et Marchixius Magnus dictus de Vellate, et multi alii pro secundo Notario adfuit Guidotus de Muralto Brixiensis, qui stat cum Domino Legato, et Regerius Cauda Custos Ecclesiæ de Modoetia.

Ego Girardus dictus de Cremona Notariaus de Modoetia filius quond. Ser. Girardi de Stephano hanc cartam traddidi, interfui, et subscripsi, et ad scribendum dedi infrascripto Notario.

Ego Loderengus filius quod Ser. Bernardi dicti de Lambro dicti Burgi Modoetiæ Sacri Palatii Notarius jussu Girardi dicti de Cremona Notarii hanc cartam scripsi.

An. 1246. = Breve di papa Innocenzo IV con cui approva alcuni statuti fatti dal capitolo della chiesa pievana di Castel Seprio. *Charta in Bullario Franciscano. Tom. I. pag.* 364.

Idem. = Breve del medesimo pontefice, che conferma la donazione dello Spedale di san Giorgio *In Caradon* di Desio fatta dall'Arcivescovo Leone allo

Digitized by Google

spedale di sant'Apollinare di Milano. *Charta in archivio Sancti Apolinaris.* = Innocentius Episcopus Servus Servorum Dei Dilectis in Christo Filiabus Abbatisse et Conventui Monasterii Sancti Apolinaris Mediolanensis, Ordinis Sancti Damiani salutem, et Apostolicam Benedictionem. Cum sicut ex parte vestra fuit propositum coram Nobis Venerabilis Frater noster Archiepiscopus Mediolanensis tam sua, quam dilecti Filii G. Subdiaconi, et Notarii nostri Apostolice Sedis Legati auctoritate, Hospitale Sancti Georgii In Càradon de Dexio Mediolan. ad dictum Archiepiscopum pertinens pleno jure, sui Capituli accedente consensu, cum omnibus juribus, et pertinentis suis, Vobis, et Monasterio vestro duxerit concedendum, prout in litteris super hoc factis dicitur plenius contineri; Nos vestris postulationibus grato concurrentes assensu concessionem hujusmodi, sicut pie, ac provide facta est, et in alicujus prejudicium non redundat, auctoritate Apostolica confirmamus, et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit indignationem Omnipotentis Dei, et Beatorum Petri, et Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Dat Lugduni XV. Kal. Januarii Pontificatus nostri anno quarto.

Subtus infixa sunt fila sericea coloris partim purpurei partim fulvi cum plumbeo sigillo Innocentii IV.

An. 1246. = Breve dello stesso intorno ad una lite fra l'arcivescovo Leone ed il borgo di Varese per l'elezione de'consoli. *Charta in Bullario Franciscano Tom. I, pag.* 404.

1247. = Altro Breve scritto al medesimo arcivescovo intorno alla fabbrica di una chiesa, e di un cimiterio da farsi dalle signore Bianche, ora dette *le Veteri. Charta in archivio Sanctæ Mariæ Veterum.*

Idem. = Altro breve, con cui il papa assegna al governo de' frati Predicatori il monistero *delle Vergini*, ora detto *della Vecchiabia. Charta in archivio hujus Monasterii.*

An. 1248. = Sentenza di Azzone Zeppo, detto delle Cinque vie, vicario generale arcivescovile, a favore del capitolo di Varese. *Charta in archivio Ecclesiæ Varisiensis.* = In Nomine Domini. Anno Dominice Incarnationis Milleximo ducentesimo quadragesimo octavo. Die Mercurii, sexto die Madii, Indictione sexta. Super questione, que vertitur inter Ubertum De Allone Canonicum, et Sindicum Ecclesie de Varisio nomine illius Ecclesie, et Capituli ex una parte, et Dominum Ambrosium De Puteobonello Mediolanensis Ecclesie Ordinarium ex altera, coram Nobis Azone Zeppo, qui dicitur De Quinque viis Vicario Domini Archiepiscopi Mediolani, in qua questione fuit ex parte istius Sindici porrecta infrascripta petitio, cujus tenor talis est. In nomine Domini. A vobis Domno Mainfredo De Arzago Vicario Domini Fratris Leonis Ecclesie Mediolanensis Electi peto ego Ubertus De Allone Canonicus, et Sindicus Ecclesie de Varisio nomine illius Ecclesie, et Capituli, quatenus ex officio vestro compellatis, et per censuram Ecclesiasticam distringatis, et con-

Digitized by Google

dempnetis Dominum Ambrosium De Puteobonello Mediolanensis Ecclesie Ordinarium, ut mihi ad partem ipsius Ecclesie, et Capituli faciat duas Refectiones de annis duobus proxime preteritis, et de cetero quolibet anno. Quas Refectiones ipsi Capitulo sive Canonicis ejusdem Ecclesie facere tenetur occasione Feudi, quod habet, et obtinet in Ecclesia Sancte Marie, et Sancti Georgii de Bimio Superiori. Que Ecclesia ratione illius Feudi, et ejus Beneficiales, qui ibidem per tempora adsunt istas Refectiones facere debent ex longo tempore, et longissima consuetudine olim obtenta, et observata. Que omnia facere debetis, et tenemini secundum jura, et canonicos sanctiones. Qua petitione porrecta, et lite legitime contextata, et positionibus factis, et responsionibus eisdem subsecutis, et Testibus productis, et attestationibus publicatis, Nos infrascriptus Dominus Azo Vicarius Domini Fratris Leonis Sancte Mediolanensis Ecclesie Venerabilis Archiepiscopi ipso Mainfredo absente, in cujus locum successimus, talem in scriptis sententiam promulgamus. In nomine Domini. Visis, et auditis, et diligenter intellectis rationibus, et juribus, et allegationibus, et attestationibus utriusque Partis, et habito consilio Sapientis, condempnamus prefatum Ambrosium De Puteobonello Ordinarium Mediolanensis Ecclesie, et Beneficialem Ecclesie Sancte Marie, et Sancti Georgi de Bimio Superiori, quod de cetero singulis annis det, et prestet, et faciat Refectionem unam Preposito, et Capitulo universo illius Ecclesie Varisiensis in Refectorio dicte Ecclesie, seu Capituli, seu Canonice pro tribus partibus, videlicet: Panis frumentini boni, et bene cocti et albi, et vini boni, et puri ad sufficientiam; et Caponorum videlicet unum inter duos plenum; et Carnium bovis, et porci recentium cum bonis piperatis; videlicet frustum unum sive petiam unam carnis porcine assate, sive rostite cum paniciis inter duos: et hec omnia ad sufficientiam, secundum quod decet, prestet singulis annis ut supra dictum est in Dominica que precedit Festum Natalis Domini, in qua dominica est Festum Beate Marie. Salvo jure illius Ecclesie, seu Capituli super eo, et de eo, quod dictus Dominus Ambrosius dare, et prestare debet eidem Ecclesie, et Capitulo universo predictis occasionibus. Et salvo jure quarte partis predicte Refectionis. Et hanc prestationem pronunciamus fieri debere occasione Feudi Ecclesie Sancte Marie, et Sancti Georgii De Bimio Superiore. Lata fuit hec sententia presentibus infrascriptis Testibus.

Interfuerunt Testes Jacobus Filius quondam Gratiani Mulinarii de Legniano, et Maruinus Fil. qd. Johannis de Venetia; et Johannes qui dicitur Spianollus, qui stat cum Domino Vicedomino Filius Gondisalvi de Penafideli, omnes Civitatis Mediolani.

† Ego supradictus Azo ut supra pronunciavi, et subscripsi — Ego Albertus Filius qd. Ser. Petri de Vetrano de Brolio Civitatis Mediolani Notarius Sacri Palatii, et Scriba Curie Domini Archiepiscopi huic Sententie interfui, et jussu Domini Azonis traditam imbreviavi, et ad scribendum dedi. Ego Andreottus Filius Burri Spigorezii de Contrata Brolii suprascripte Civitatis Notarius jussu istius... Alberti de Vetrano Notarii scripsi.

An. 1248. = Indulgenza conceduta da papa Innocenzo IV, a chi visitava la chiesa di sant'Eustorgio di Milano in occasione della solenne Traslazione dei corpi de' ss. Eustorgio e Magno. *Carta in Bullario Dominicano. Tom.* 1, *p.* 180.

Digitized by Google

An. 1250. = Diploma conceduto dall'arciprete di Monza agli Umiliati, ed Umiliate della casa di Mezzovico in quel borgo per fabbricarvi una chiesa ed un cimiterio. *Carta in archivio Sancti Joannis Modoetiæ.* = In nomine Domini Nostri Jesu Xpi anno a nativitate ejus M. C. C. quinquageximo die Veneris secundo die Decembris, Indictione nona. Dominus Ardericus de Sorex. Dei gratia Modoetien. Ecclesiae Archipresbiter Dilectis Filiis Junio. Ministro Domus, et Congregationis Humiliatorum, et Humiliatarum ejusdem Burgi, que dicitur de medio vicho, et toti Congregationi ejusdem domus. In ea sumus loco, et officio per Dei misericordiam constituti, ut his quae debita devotione ad laudem, et honorem Omnipotentis Dei statuuntur, et ordinantur nostrae auctoritatis robur debeamus gratis impertiri, et quantum cum Deo, et honore nostro possumus eorum statum ex charitate utiliter promovere. Hinc est dilecti in Domino Filii, quod multimodo religionis, et devotionis vestrae probitatem attendentes vestris justis annuimus petitionibus, ut eis grato concurrentes assensu Oratorii licentiam, et auctoritatem, quod in curia vestra, seu in sedimine vestro facere disposuistis, Vobis ad honorem Dei Omnipotentis, et beatissimae Mariae Virginis, et Ecclesiae Modoetiensis, et Beati Jacobi Apostoli de consensu Capituli nostri praestamus. Statuentes ut amodo liberum habeat cimiterium vobis, vestraeque familiae omnibusque ordinis Humiliatorum, et non aliis nixi de nostra speciali licentia. Nec sit alicui tributo, vel honeri ullo in tempore subjecta, excepta libra una Cerae, quam nomine census, et in subjectionis signum in festo Beati Joannis Baptistae nostro decernimus annuatim dari Capitulo. Vobis de nostra, et Capituli nostri licentia, et bona voluntate plenam, et liberam concedentes facultatem, tamquam patronis ipsius ecclesiae, et Fundatoribus divina in ea Officia a quoqunque presbitero dumtaxat catolico recipiendi. Possessiones autem et jura quae in presentiarum rationabiliter possidetis, vel de cetero dante domino poteritis quibuslibet modis omnibus adipisci vobis, et successoribus vestris, auctoritate Sancte Modoetiensis Ecclesiae, cui licet inmeriti pressidemus, et nostro confirmamus et presentis scripti patrocinio comunimus. Actum supra Palatium ipsius Domini Archipresbiteri. Interfuerunt testes frater Johannes de Opreno de ordine Praedicatorum, et Pudolus filius quon. Anselmi de Vicomercato, et Jacometus filius Beltrami de Apiano, et Girar. filius quon. Beltrami de Gualla, et Andreas filius quon. Damiani pillicarii, qui omnes habitant in Canonica de Modoetia.

Ego Albertus quem dicunt Torett. Notarius, et Clericus de Modoetia filius quon. Ser. Gualterii Lugogae, hanc cartam tradidi et rogatus scripsi, jussu istius Domini Archipresbiteri.

An. 1250. = Breve di papa Innocenzo IV, al preposto ed alla canonica di Crescenzago, con cui approva le ordinazioni fatte per la riforma di quella canonica, e per la fabbrica di uno spedale presso ad essa. *Carta in archivio Abbatis Commendatarii Crescentiaci.* = Innocentius Episcopus Servus Servorum Dei. Dilectis Filiis Preposito, et Capitulo Ecclesie Sancte Marie de Crescenzago Ordinis Sancti Augustini Mediol. Dioc. Salutem, et Apostolicam benedictionem. Cum a Nobis petitur, quod justum est, et honestum tam vi-

Digitized by Google

gor equitatis, quam ordo exigit rationis, ut id per sollicitudinem officii nostri ad debitum perducatur effectum. Exibita siquidem Nobis vestra petitio continebat, quod Dilectus Filius Frater Stephanus Hyspanus de Ordine Predicatorum Penitentiarius noster ad Ecclesiam vestram accedens auctoritate nostra ibidem statuit inter alia, quod Prepositus, qui in ea pro tempore foret, ultra summam centum solidorum nullo modo posset recipere mutuo, sine ipsius Ecclesie Capituli licentia speciali, et quod unum Hospitale deberetis construere juxta eandem Ecclesiam ad opus Pauperum Infirmorum. Nonnula alia inibi adens Statuta salubria, et honesta, prout in litteris inde confectis plenius dicitur contineri. Nos igitur vestris supplicationibus inclinati, quod per eundem Penitentiarium proinde factum est in hac parte ratum habentes, id dummodo in alterius prejudicium non redundet auctoritate Apostolica confirmamus, et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino Hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit indignationem Omnipotentis Dei, et Beatorum Petri, et Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Dat. Lugduni VII. Idus Martii Pontificatus nostri anno septimo.

Pendet funiculus aureus, et rubeus absque sigillo.

An. 1250. = Breve del medesimo pontefice, con cui concede agli Umiliati la chiesa della Santissima Trinità nel borgo della porta Comacina di Milano, e la chiesa di Santa Maria *in Campo* nella Diocesi. *Charta in Bullario Franciscano Tom. I. pag.* 555.

Idem. Altro Breve dello stesso, con cui delega l'arcidiacono di Como, per obbligare il podestà ed il comune di Milano a cessare dalle esazioni contro del clero a cagione de' nuovi inventarj. *Charta Ib. pag.* 555

Idem. = Sentenza arbitramentale di frate Leone arcivescovo di Milano, fra i canonici decumani della Chiesa maggiore di Milano, ed il capitelo della chiesa pievana di Brebbia. *Charta in archiv. canonicorum Minorum Ecclesiæ Majoris.* = In nomine Domini. Amen. Anno a Nativitate ejusdem Millesimo ducentesimo quinquagesimo, die Martis, Indictione quartadecima, in Arce Anglerie, presentibus Presbitero Pagano Domus de Crescenzago Fil. qd. Trussi de Bernate, Guilielmo de Arzago Archipresbitero de Fara Fil. qd. Lanfranchi, Anselmo Fil. qd. Petri de Castello de Ligniano, et aliis pluribus rogatis Testibus. Cum Jacobus Preallonus Prepositus Ecclesie Sancti Donati In Strata Laudensi, nomine Archipresbiteri, Capituli Ecclesie, seu Canonice Decumanorum ex una parte, et Presbiter Arcidiaconus Prepositus Ecclesie de Bripia suo nomine, et Capituli predicte Ecclesie ex altera contenderent de Decima Territorii Loci de Monvalle dicte Plebis de Bripia, quia uterque dicebat ad suam Canonicam pertinere proportionaliter; et ambo prædictarum Canonicarum nomine verbotenus se se compromisisse dicerent arbitriis, et arbitramentis Domini Fratris Leonis Dei gratia Venerabilis Archiepiscopi, facta diligenti inquisitione super predicta Decima, et auditis testificationibus Seniorum Hominum dicti Loci de Mon-

Digitized by Google

valle, ut dixit, pronuntiavit per Sententiam arbitrando inter predictos, quod Prepositus Sancti Donati pro Canonica Decumanorum, seu Capitulum predicte Canonice habeant Decimam totam super Terris Territorii Loci de Monvalle, que sunt ipsius Canonice Decumanorum, et non super aliis; et quod de ipsis terris deinceps prestetur Decima Nuncio, vel Nunciis predicte Canonice Decumanorum nomine predicte Canonice, et non allii. Ego Stephanus Gallatius Notarius Sacri Palatii Fil. Uberti Gallatii de Sancto Johanne ad Concam Scriba ejusdem Domini Archiepiscopi interfui, et ejusdem jussu scripsi.

An. 1250. = Decreti di un sinodo diocesano tenuto da frate Leone arcivescovo di Milano. *Charta in archivio Ambrosiano.* = In nomine Domini. Anno Dominice Incarnationis Millesimo ducentesimo quinquagesimo, die lune quinto mensis Decembris, Indictione nona, in Palatio veteri Archiepiscopatus Mediolanensis, presentibus Dominis Magistro Mona de Pirovano Archipresbitero Mediolanen, et Amizone de Porta Romana Archidiacono Mediolanen. et Ugone de Settara Cimiliarca Mediolanen, et . . . . . ario Mediolanen. omnibus rogatis testibus, cum D. Frater Leo Dei gratia Sancte Mediolanen. Ecclesie . . . . . Archiepiscopus Sinodum tam de Civitate Mediolani quam . . . . . congrega . . . . . in ipsa Sinodo legi fecisset, quas et que precepit de cetero inviolabiliter observari, idem D. Archiepiscopus rogavit me infrascriptum Notarium, ut de predicto . . . . . constitutio autem talis est. Frater Leo de Ordine Minorem divina . . . . . Mediolanen. Ecclesie Archiepiscopus. Universis Abbatibus . . . . . Prepositis, Archipresbiteris, et . . . . . Sinodo congregatis, quam per Mediolanum, et ejus Diecesim constitutis, salutem in Domino. Cum ex injuncto nobis officio pastorali teneamus nos precipue virtutibus . . . . . quibus . . . . . Ecclesie bono . . . . . exemplu, ut de talentis nobis commissis dignam possimus in die judicii reddere rationem, quedam olim per nostrum Antecessorem edita . . . . . quasi ab . . . . . presenti pagina in hac Sinodali conventione duximus innovanda, quam plurima cetera inferentes, que ad profectum virtutis, et defensionem fidei ortodoxe, nec non ecclesiastice libertatis . . . . . credimus profutura. In primis siquidem Christi adjutorio invocato duximus statuendum ut Abbates Priores Prepositi, et alii Prelati et eorum subditi Regulares frenis, sellis, p. . . . . libus, calcaribus deauratis, vel argentatis, vel etiam azuratis penitus non utantur, habitu vero, et vestibus congurentibus suis ordinibus, et aliis suis observantiis, et institutionibus regularibus taliter se reforment, ut de cetero scandali materiam, et notam reprehensionis evitent, ut cum ad eos causa visitationis accesserimus, inveniamus quod laude sit dignum. Prelatis autem omnibus secularibus et Capellanis curam animarum habentibus precipimus sub debito obedientie, et virtute Spiritus Sancti, ut desuper guarnatias, seu indumenta clausa deferant, et ut preterquam in scholis capas manicatas non portent, nec clamides meneram, vel spateram, vel pelles varias habentes, nec tabareos scissos, seu etiam clausos, nisi cum eos contigerit equitare, quo casu eis concedimus tantum clausos, scissos vero cunctis Clericis beneficiatis penitus denegamus, nisi fuerint tales, qui sint ad

Digitized by Google

Dominorum suorum obsequium deputati: omnibus autem Prelatis quas diximus clamides cum meneris, et spateris, et infulas albas discohopertas, vel etiam sub biretis, nec non bireta cum mazis in publico proibemus. Precipimus etiam districte sicut possumus, ut de cetero pannis viridibus, rubeis manicis, subtellaribus consuticiis, et capiciis inbotonatis, et alia que prohibita sunt in Conscilio generali de cetero non utantur, et a tabernis, et ludis aleorum, et taxillorum abstineant, nec non omnibus que in eodem Conscilio prohibentur. Monemus etiam primo, secundo, et tertio, et jubemus, ut omnes Clerici coronam, et tonsuram congruentem portent, et alium habitum clericalem, alioquin super excessibus in habitu alio commissis privilegio clericali non gaudeant et si in alio habitu electi fuerint ad dignitatem, vel beneficium, electio non valeat imo . . . . . nec alii Judices nobis subjecti in judicio rerum admittantur; quos etiam invitos faciant tonsurari. Uniuersis quoque Prelatis precipimus sub debito obediente, ut nihil de communi ministrari permittant illis Canonicis vel Clericis suis, qui habitu prohibito uti presumpserint ut supra, vel non portaverint habitum clericalem; si autem fuerint Capellani eos ad sua consortia, vel capitula, seu aniversaria defunctorum aliquatenus non admittant, quorum contumaciam, vel potius apostasiam nobis si necesse fuerit studeant intimare. Monemus etiam primo, secundo, et tertio omnes illos, qui focarias suas, vel concubinas, et filios generatos ex eis secum detinent, ut infra quindecim dies penitus a se tam ipsas, quam filios suos removeant, nec de cetero cohabitent cum eisdem alioquin illos, qui hoc neglexerint adimplere, excommunicationis vinculo innodamus, et excommunicatos publice nuntiamus. Item aprobamus, et precipimus firmiter observanda omnia que continentur in constitutione felicis recordationis SS. PP. nostri Celestini . . . . . Sancti Marchi Presbiteri Cardinalis Apostolice Sedis in Lombardia Legati tam super duabus dignitatibus, vel person. . . . . vel ecclesiis curam animarum habentibus, quam duobus beneficiis in eadem Civitate, vel plebatu minime obtinendis, quam etiam aliis articulis in eadem constitutione contentis. Precipimus etiam illud firmiter observari, quod in ipsa constitutione cavetur, ut etiam pars redituum, et proventuum sequestretur, de qua provideatur deservientibus in Divinis, et pauperibus, et hospitibus supervenientibus juxta posse, et qui articulum istum non servaverit, pro ut jam eis per nostras literas dedimus in mandatis eos excomunicatos publice nuntiamus, nisi ex aliqua certa causa remisisse inveniamus hujus dis. . . . . mandati. Statuimus, ut quando Presbiter portat Viaticum ad infirmos, semper illud in habitu, et de cetero ferat et referat manifeste, ac rev. . . . . super proposito . . . . . velamine ante pectus; instruens diligenter Parochianos suos, ut ad illud cum viderint cum omni reverentia se inclinent. Illum autem qui hujusmodi statuti contemptor extiterit a celebratione Divinorem duximus suspendendum. Item statuimus, et precipimus, ut qui habent beneficia curam animarum habentia deserviant, si sunt Presbiteri, per se ipsos, secundum quod eorum cura requirit, et non per conductitios Sacerdotes, et qui non sunt Sacerdotes studeant quam citius poterunt promoveri. Item statuimus, et precipimus sub debito obedientie, ut Prelati et Presbiteri Civitatis euntes portent more antiquo capas nigras, vel alias decentes. Item ut nullus Clericus pre-

Digitized by Google

bendarius in ecclesia collegiata intret corum ad Officium scilicet matutinum primam, missam, vesperas, et in quadragesima ad completorium sine capa nigra, vel cotta. Item ut quilibet Clericus beneficiatus ad Ecclesiam suam habitet, et deserviat, et qui alibi habitaverint ad suas Ecclesias redeant infra mensem, ibidem residentiam, et debitum servitium impensuri; ita quod ibi iaceant, et comedant, nec eis in locis aliis de communi aliquid ministrent, alioquin ex tunc excomunicamus; nisi fuerint in scholis, vel alias ex juxta causa et necessaria sint absentes, vel ita fuerint impuberes gartiones, quod potius eos sub disciplina et cura parentum expediat educari. A mercaturis autem: et lucris inhonestis, et vetitis omnes debeant abstinere quo . . . vel aliis prohibitis aliquem culpabilem invenerimus eum pena debita puniemus. Item precipimus sub debito odedientie, ac virtute Spiritus Sancti universis Prelatis, ut infrascriptum predictarum nostrarum constitutionum accipiant, et de cetero semel in anno capitulis suis eas legi faciant diligenter. Ad hec quoniam insidiatores, et persecutores catholice fidei publice jam conantur ecclesiasticam deprimere libertatem, contra juramentum quod prestiterunt de ea servanda ipsi temere venientes, ac inducentes Rectores Civitatis nostre ad violandum hujusmodi juramentum; propter quod vobis, et . . . . . nostro perveneruat, ideo eis duximus obviandum. In primis D. Jacobum Rubeum presentem Potestatem ac universos Consiliarios Civitatis Mediolan. publice monemus primo, secundo, et tertio, ut futurum Potestatem, seu Rectorem ipsius Civitatis non faciant jurare de aliquo statuto, vel consuetudine observanda, quod vel que sit contra fidem catholicam, seu ecclesiasticam libertatem. Item monemus primo, secundo, et tertio tam D. Joannem de Ripa Mantue Civitatis in Potestatem nostre Civitatis electum, quam alios omnes, qui ad ejusdem Civitatis regimen de cetero sunt ventuti, ut jurare non debeant de observandis aliquibus statutis, vel consuetudinibus contra ecclesiasticam libertatem editis, vel de cetero promulgandis, et excomunicamus, et anatematizamus omnes illos Potestates qui de cetero statuta aliqua edita contra libertatem eandem juraverint observare, nec non omnes, et singolos qui ad juramentum ipsum prestandum dederint consilium, auxilium, et favorem. Item monemus primo, secundo, et tertio singulos homines Civitatis, et districtus Mediolanen. ut si fuerint in concionibus, consciliis tam comunis Mediolanen. quam societatum Capitaneorum et Valvassorum, quam Mote, ac Credentie, vel Paraticorum, nullus presumat dare consilium, auxilium, vel favorem super aliquibus faciendis, que redundent in Hereticorum favorem, vel injuriam, et lesionem chatolice fidei, et ecclesiastice libertatis; et non solum illos, qui contra hanc nostram constitutionem presumpserint excomunicamus, imo etiam ipsos tanquam suspectos de eretica pravitate notamus, et ex tunc ipsos de consilio, et consensu Fratrum nostrorum feudis omnibus, vel beneficiis, que tam ab ecclesia nostra, vel vasallos nostros ab eadem ecclesia . . . quam aliis ecclesiis, et monasteriis obtinent, nec non jure patronatus, si que in aliquibus habent ecclesiis, omnino privamus. Statuimus etiam, ut eorum filii vel nepotes usque ad quartum gradum ad clericatum, vel ecclesiastica beneficia de cetero nullatenus admittantur; et excomunicamus illos Prelatos, et eorum conventus sive capitula, seu alios quoscumque Clericos, qui predictorum filios, vel

Digitized by Google

nepotes usque ad quartum gradum in Clericos tonsurare, vel eos recipere, sive eis conferre beneficia, vel prebendas presumpserint, vel eos elegerint ad aliquas dignitates; cassantes nihilo minus receptiones, et electiones, et collationes, si qui in ipsos . . . . . sacros canones decretum . . . . . attentare. Qui vero hujusmodi excomunicationem incurrerit ad absolutionem, et communionem Ecclesie nullatenus admittatur, nisi prius ad arbitrium nostrum, et Fratrum nostrorum satisfecerint de damnis, et injuriis, vel offensis. Item statuimus, ut de illis qui contra predicta fecerint, licet non possit non esse notorium, tamen fiat per vos, vel illos, quibus hoc officium commisimus diligens inquisitio annuatim, et eorum nomina in publicam scripturam redigantur, ut post . . . . quod nobis videbitur public. . . . . Item monemus primo, secundo, et tertio illos qui res, et bona, seu jura ecclesiastica invaserint, nec non illos, qui eis in hujusmodi vitium successerunt, ut res illas, et bona, et jura infra duos menses libere, ac quiete dimittant Ecclesiis, et Ecclesiasticis personis, ad quas pertinere noscuntur; alioquin ex tunc hujusmodi presumptores, qui sacrilegi sunt censendi, excomunicationis vinculo innodamus; decernentes, ut posteritates eorum ad ecclesiastica beneficia de cetero nullatenus admittantur, donec sic rapta, vel occupata restituta fuerint cum effectu. Item precipimus sub debito obedientie singulis Prelatis et Capellanis Civitatis nostre, ut quolibet anno semel in aliqua die festiva, quando populus plenius convenerit ad Divina, predictas nostras constitutiones factas super defensione ecclesiastice libertatis per se, vel alium in Ecclesia sua legat pariter, et exponat, ad intelligendum Laicis, quod qui non fecerit noverit se digna, et debita pena plectendum. — Ego Petrus fil. Guillielmi Magistri de Sesto habitator Porte Nove Civitatis Mediol. Notarius jussu istius . . . . . subscripsi. — Ego Jacobus de Andella . . . . . fil. quondam D. Bertrami de Quadrio, qui dicebatur de Andella de Civitate. . . . . autenticum hujus exemplar vidi, et legi, et sic in eo continebatur prout in isto legitur exemplo preter litteras . . . . . et jussu D. Archidiaconi . . . . . conscripsi. — Ego Raynoldus de Civitate . . . . . Notarius hoc exemplum ex autentico exemplavi.

An. 1251. = Breve di papa Innocenzo IV, con cui approva una convenzione fatta tra i Domenicani e gli Umiliati di Milano, dove si tratta dello spedale di santa Fede de' Vallombrosani. *Charta in Bullario Dominicano Tom. I, pag.* 195.

Idem. = Alcune lettere scritte dai Milanesi ai Mantovani circa gli affari di que' tempi. *Murator. Antiq. medii ævi. Tom. IV, pag.* 515, *et seq.*

Idem. = Altra lettera scritta da Lodrisio Crivello milanese, podestà di Brescia ai Mantovani. *Ib. pag.* 497.

Idem. = Bolla di papa Innocenzo IV a favore del monistero di sant' Ambrogio di Milano. *Aresius Series Abbatum Sancti Ambrosii.*

Digitized by Google

An. **1251.** = Breve del medesimo a favore del monistero di Chiaravalle. *Charta in archivio Ambrosiano.*

Idem. = Altro suo breve a favore di una congregazione di vergini e continenti donne in Milano. *Charta in Bullariis Dominicano, et Franciscano.*

Idem. = Altro scritto a frate Leone arcivescovo, perchè obblighi il podestà e comune di Milano a non molestare gli Umiliati. *Charta in Bullario Humiliatorum in Biblioth. Braidensi.* = Innocentius Episcopus Servus Servorum Dei. Venerabili Fratri . . Archiepiscopo Mediolanensi Salutem et Apostolicam benedictionem. Personis omnibus Ecclesie Romane devotis, et illis precipue, que sub religionis habitu conditori omnium pia student conversatione placere te cupimus inveniri promptum in oportuni favoris gratia, que ipsis fore dinoscatur oportuna. Sane ad nostram noveris Audientiam pervenisse, quod Potestas, et Comune Mediolanen. Fratres Primi, et Secundi Ordinis Humiliatorum Officia publica seu Comunitatis gerere, ac exigere pedagia, et ad Portam Civitatis stare, ut blada, et farinam ponderent, seu mensurent per captionem bonorum suorum, et per inhibitionem, quod homines mercimonia cum ipsis non exerceant, neque molent in mollendinis eorum pro sua voluntate conpellant. Cum itaque Nos dictos Fratres nullatenus velimus hujusmodi oneribus prorsus indecentibus aggravari, que redundant in detrimentum libertatis Ecclesiastice, ac vergunt in damnum, et injuriam Ordinum predictorum Fraternitati tue per Apostolica scripta mandamus, quatenus dictos Potestatem, et Comunitatem, quod eosdem Fratres super premissis de cetero non molestent sic ablata eis occasione hujusmodi sine qualibet difficultate restituant, attentius moneas et juxta Officii tui debitum per censuram Ecclesiasticam compellere non omittas. Quod si forte super hoc negligens fueris, aut remissus Dilecto Filio Archipresbitero Modociensi Mediolanensis Diocesis damus nostris litteris in mandatis ut te ad id monitione premissa auctoritate nostra appellatione remota compellat, non obstante si tibi a Sede Apostolica sit indultum quod suspendi, vel interdici; aut excomunicari non possis, sive aliqua indulgentia, de qua in litteris nostris plenam, et expressam oporteat fieri mentionem. Datum Brixie X. Klis Octubris pontificatus nostri anno nono.

Idem. = Lettera di frate Leone arcivescovo, al preposto e canonici di Marliano, pel pagamento de' loro debiti e disposizioni date sopra di ciò da quel capitolo. *Carta in archivio Ecclesiæ Sancti Stephani Marliani.*

An. **1252.** = Breve di papa Innocenzo IV, scritto alla repubblica di Milano lodandola del suo zelo in vendicare la morte di frate Pietro da Verona, inquisitore. *Carta in archivio Sancti Eustorgii.*

Idem. = Compra di alcuni beni nel luogo di Faroa, ora Farga, fatta dai prelati dello spedale o magione, che si andava fabbricando nel sito dov' era stato martirizzato frate Pietro da Verona domenicano, ed il suo compagno, a loro memoria ed onore. *Charta Monasterii Sancti Petri Martyris apud Bar-*

Digitized by Google

lassinam. = In nomine Domini. Anno a Nativitate ejusdem Millesimo ducentesimo quinquagesimo secundo die Dominico quinto die ante Kallendas Novembris Indictione undecima, Venditionem ad proprium liberam, et absolutam ab omni ficti praestatione, et absque ulla conditione, et servitute, et onere praestandis, vel faciendis, aut sustinendis fecerunt Leonardus, et Guidetus Fratres Filii quondam Aliprandi de Summo vico Civis Mediolani de Porta Nova in Fratrem Ubertum Guarengum Civitatis Mediolani, et Fratrem Ottobellum de Asenago de Barnasina Ministros, et Praelatos, sive Superstites Ospitalis, seu Mansionis, quae constructa est, et sit in Territorio Loci de Faroa in honore, et memoria Venerabilium Virorum quondam Fratris Petri Veronensis, et Fratris Dominici de Ordine Praedicatorum in ea videlicet parte, ubi ipsi piae recordationis Fratres pro fide Christi caesi sunt ab infidelibus, et mortis debitum per Martyrium persolverunt; recipientes nomine illius Ospitalis, seu Mansionis, nominatim de perticis septem terrae ex petia una campi jacentis in territorio praedicti loci de Faroa ibi ubi dicitur in Piscinale, cui petiae campi coeret ad super totum a mane illorum de Cuilio, a meridie via, a sero strata dicta Canturina, a monte accessium, et in parte Arderici Renzoni, et Fratrum; et est tota illa petia Campi simul pert. decem octo minus tabulas tres: pro pretio de libris quatuordicem tertiolorum, etc., etc., etc.

Actum Mediolani in Contrata S. Martini ad Nuxigiam in domo istorum Venditorum præsente Alberto Filio Joannis de Tricio de Civitate Mediolani Notario. Interfuerunt ibi testes Astulf . . . Pictor, et Astulfus Filius, ejus, et Martinus Filius qd. Arderici de Fobio de Dognenza de illa Contrata, et Ardericus et Marcus Filii qd. Petri Renzoni de Loco Barnasina.

Ego Albertus Zanonus Fil. qd. Johannis Zanoni de Contrata Sanctæ Mariæ ad Circulum Notarius, et Missus Regis tradidi, et scripsi.

An. 1252. = Conto della biada consegnata dal comune di Milano ai monaci di sant'Ambrogio. *Charta in archivio Ambrosiano.*

Idem. = Trattato conchiuso in Brescia per rinnovare la lega lombarda. *Murator. Antiq. medii ævi. Tom. IV, pag.* 487, *et seqq.*

Idem. = Brevi scritti da papa Innocenzo IV a Frate Leone, arcivescovo, per assolvere i Milanesi dalla scomunica, e per altre cagioni. *Chartæ in Bullar. Franciscano. Tom. I, pag.* 625, 631.

An. 1253. = Decreto di papa Innocenzo IV per la canonizzazione di frate Pietro da Verona, detto san Pietro Martire. *Charta in Bullario Dominicano. Tom I.*

Idem. = Compra di alcuni beni ad utilità della chiesa di san Pietro Martire edificata nuovamente presso il luogo di Faroa, ora Farga. *Charta in archivio Monasterii supradicti Sancti Petri Martiris.* = Anno Dominicæ Incarnationis Millesimo ducentesimo quinquagesimo tertio, die Martis nono die ante Kallendas Januarii, Indictione duodecima. Cartam donationis fecerunt Ser.

Digitized by Google

Girardus Madernus, et Guidetus, et Ugerius, et Magifredus Nepotes ejus de Loco Cixano in manu Fratris Petri de Bianzago percipientem ad partem, et ad utilitatem Ecclesiæ Sancti Petri Martyris, quæ est ædificata supra strata Canturina prope loci de Faroa nominative de petia una terræ, jacente in territorio loci de Faroa ubi dicitur in Brugairolum, cui coæret a mane Sormani, a meridie Sanctæ Mariæ de Medda, a sero Ser. Lafranci Aramani, a monte via Padremasca: est per mensuram justam perticas duas, vel si plus infra ipsas coerentias inveniri potuerit intra hanc donationem permaneat et eo tenore, quod a modo in antea dictus Frater Petrus cum suis Successoribus, nomine illius Ecclesiæ habere, et tenere, et eas possidere debeat, et faciat exinde, quam inferiore, seu superiore, seu confinie, et accessione, sicut . . . donationis nomine, quidquid voluerit in integrum sine alicujus contradictione, et omnia jura, omnesque actiones utiles, et directas, reales et personales, atque ipotecarias, quam, et quas habebant in ipsa, et pro ipsa petia terræ, ei cesserunt, et dederunt, et Procuratorem in rem suam constituerunt, et constituerunt se possidere dictam petiam terræ nomine ipsius Fratris Petri, nomine illius Ecclesiæ, his volentes dominium, et possessionem transferre ex eo dominium, et possessionem in illico finem. Pactum de non petendo, ulterius de non agendo, nec non omnis suis juris remissionem fecerunt, et penitus reliquaverunt ab eisdem Petro nomine illius Ecclesiæ. Quam donationem fecerunt pro amore Dei, et Beati Petri Martyris, et remedio animarum suarum, et insuper promiserunt, et guadiam dederunt istus Girardus, et Nepotes ejus, et quilibet eorum in solidum conveniri possint, et omnia sua bona pignori obligaverunt isto Fratri Petro, nomine illius Ecclesiæ pro defendere, et guarentare dicta petia terræ ab omni onere, omni tempore cum suis propriis, et expensis, et damnis. Actum in Loco Seviso. Interfuerunt ibi testes Joannes Filius qd. Sevisi Ferarii, Regenaldus Fil. qd. Forzani Ferarii, et Stephanus Filius qd. Magifredi Maneræ de Loco Seviso.

Ego Andreas Filius qd. Reconradi Ravizoli de Loco Seviso Notarius tradidi, et scripsi.

An. 1253. = Brevi di papa Innocenzo IV perchè più non si riedifichi il castello di Cortenuova distrutto. *Chartæ in archivio Sancti Eustorgii.*

• 1254. = Breve del medesimo agli inquisitori di Milano, ordinando loro di inanimare i Milanesi a distruggere anche il castello di Mozzanica, che apparteneva al conte Egidio di Cortenuova eretico. *Charta in Bullar. Domin. Tom. I, pag.* 242.

Idem. = Breve dello stesso pontefice contro Manfredo da Sesto eretico, colpevole della morte di frate Pietro da Arcagnago, francescano. *Charta in Bullario Franciscano. Tom. I, pag.* 720. *In Bullario Dominicano. Tom. I, pag.* 244.

Idem. = Breve simile contro Roberto Patta da Giussano, che nel suo castello di Gattedo ricettava gli eretici. *Charta in Bullar. Francisc. Tom. I, pag.* 760, *in Bullario Domin. Tom. I, pag.* 254.

Digitized by Google

An. 1254. = Breve simile, con cui dà facoltà agli inquisitori di Milano di liberare dalla tassa imposta ai luoghi eretici le terre e parrocchie da loro credute innocenti. *Charta in archivio Sancti Eustorgii.* = Innocentius Episcopus Servus Servorum Dei. Dilectis Filiis Fratribus Rainerio Placentino, et Guidoni de Sesto Ordinis Predicatorum Inquisitoribus pravitatis heretice in Civitate, et Diocesi Mediolanensi salutem, et Apostolicam benedictionem. Cum sicut ex vestra insinuatione accepimus Universitates, vel Communitates plurium Burgorum, et Locorum, nec non Viciniarum Civitatis predicte pro receptatione, vel auxilio Hereticorum, plerumque secundum Constitutiones a Nobis super hoc editas Dilectus Filius.... Potestas prefate Civitatis pena pecuniaria condempnarit; Nos vobis absolvendi eos, quos de Universitatibus, vel Communitatibus predictis tanquam Fidei Catholice Zelatores insontes, et expertes hujusmodi reatus esse constiterit, a pene prestatione ipsius, prout proportionaliter contigerit, eosdem liberantes, auctoritate presentium concedimus facultatem, ratum habentes, si quos a pena hujusmodi hactenus taliter absolvisti. Dat. Anagnie X. Kl. Julii. Pontificatus nostri anno undecimo.

Pendet plumbum cum filo cannabis.

Idem. = Statuti della terra di Vidigulfo, formati dai signori della medesima. *Charta in archivio Ecclesiæ Sanctæ Trinitatis Papiæ.* = Anno a Nativitate Domini Millesimo ducentesimo quinquagesimo quarto, Indictione duodecima, die Martis, quarto decimo mensis Aprilis in loco Vigodulfi Zenonus de Presbitero, Zanonus Benzonus, Dionixius Mangiavilanus omnes de dicto loco Vigodulfi concorditer dixerunt, confessi, et protestati fuerunt, quod Ecclesia Sancte Trinitatis Papie pro medietate, et Ecclesia Sancte Marie de campo mortuo pro quarta parte, et Lantelmus De Landriano, et Fratres ejus, et Lucius De Landriano de Mediolano in alia quarta parte habent, et habere debent, et soliti sunt habere infrascriptos honores, jurisdictiones, condiciones, et ohmagia in loco, territorio, curte, et districtu istius Loci Vigodulfi. Primo Vicini ipsius Loci debent eligere Consules, Ferrarios, Camparios, Porcarios; et predicti Domini, sive eorum Gastaldi, eorum nomine, et potestate debent investire, et confirmare; qui Ferrarii debent laborare annuatim predictis Dominis, cuilibet pro sua parte, ut supradictum est de sua Ferraritia per duo arrata sine dacito alique inde dando; et predictus Porcarius debet custodire duos porcos annuatim istis Dominis, sive eorum Gastaldis, eorum nomine, sine aliquo dacito inde dando; et istus Camparius debet jurare ad Sancta Dei Evangelia, Camparitiam dicti Loci bona fide, sine fraude facere, et custodire, et dampna omnia, quæ fuerint in isto Loco, et Territorio, que pertineant Camparitie a denariis duodecim tantum supra, et a mina blave supra consignare, et manifestare illis Personis, quibus fuerint, data, et si nescierit consignare, emendare debet, et componere de suo avere. Item omnes mende, et banna a solidis quinque infra sunt pro medietate Vicinorum istius Loci, et pro alia medietate istorum Dominorum, ut supra dictum est; et blasma vero omnia a solidis quinque supra, tantum istorum Dominorum. Item quod predicti Domini debeant, et possint componere, et fabricare Statuta, et ordinamenta in isto Loco, et super dicti Loci banna imponere, et imposita excutere, et quilibet habitans dictum

Digitized by Google

Locum debet ipsa ordinamenta attendere, et seguimentum istorum Dominorum facere sive eorum Gastaldorum; et ipsi quidem Domini sive eorum Gastaldi debent, et possunt jura reddere in isto Loco, et quilibet Habitans dictum Locum sub ipsis Dominis debet facere rationem, et recipere rationem a qualibet Persona. Qui vero Domini ibi presentes fecerunt, statuerunt, et ordinaverunt infrascripta decreta, et ordinamenta, que preceperunt inviolabiliter observari per Homines dicti Loci, in quorum presentia infrascripta ordinamenta fuerunt lecta, et publicata. Tenor quorum ordinamentorum, et statutorum inferius continetur, et ego Vicinus istius Loci juro ad Sancta Dei Evangelia manutenere, defendere, et conservare bona fide, et posse honores, jurisdictiones, conditionem, et ohmagia que, et quas, et quos isti Domini habent et habere debent et soliti sunt habere in isto loco. Et quilibet Vicinus istius Loci a quindecim annis supra, et a sexaginta annis infra juret predicta omnia, et singula attendere, et observare, et precipue seguimentum istorum Dominorum. Et si quis Homo istius Loci nocturna hora fuerit inventus in domo alicujus alterius Hominis istius Loci habeatur tanquam latro, et puniatur ut latro, et solvat pro banno istis Dominis pro qualibet vice solidos sexaginta Papienses. Et si quis furtum fecerit, aut receperit se sciente in isto Loco, et Territorio a quinque solidis supra solvat bannum quacunque vice solidos sexaginta, et restituat furtum; si vero fuerit a solidis quinque infra solvat bannum solidos quinque Papienses, et restituat furtum. Et si qui commiserit Homicidium in isto Loco, et Territorio solvat bannum libras decem Papienses, et expellatur Homicida de ipso Loco, et omnia sua bona destruantur; et quilibet teneatur capere et captum Dominis consignare quilibet qui commiserit furtum, vel homicidium ut est dictum. Et si quis percusserit aliquem in isto Loco, et Territorio, et sanguis inde exierit solvat pro banno pro qualibet vice solidos sexaginta Papienses; et si sanguis non exierit, ... illos, aut dederit alapam solvat pro banno solidos quinqne Papienses. Et si quis derobaverit, depredaverit, seu scacaverit aliquam Personam in isto Loco, et Territorio solvat pro banno solidos viginti Papienses, et restituat ablata. Si quis sua authoritate voluerit sibi solvere aliquid, quod habere deberet ab aliquo istius Loci sine requisitione facta Dominis, sive eorum Gastaldis, sive Consulibus, solvat pro banno pro qualibet vice solidos decem Papienses. Et si quis querimoniam fecerit de aliquo Vicino suo, nisi sub ipsis Dominis vel eorum Gastaldis solvat pro banno pro quacunque vice solidos decem Papienses. Et si quis dismentitus fuerit aliquem coram Dominis, vel Gastaldis solvat pro banno solidos quinque, et si alibi in Loco, vel Territorio isto solvat solidos duos. Et si quis pasculaverit cum bubus, asinis, de nocte pratum toneatum, sive aliquam blavam, vel erbam solvat pro banno solidos quinque Papienses pro pari, et credatur cuilibet qui invenerit pasculari; et restituat dampnum; et si quis de die solidos tres, et restituat ut est dictum. Et si quis pasculaverit cum ovibus de nocte solvat de qualibet ove denarium unum, et totidem de quolibet porco, et Porcarius teneatur solvere bannum, si fuerit tunc in sua custodia. Et si quis fecerit erbam solvat pro quolibet Fasso solidos duos, si juraverit, et restituat dampnum; et si fuerit Puer bannum denariorum sex, et restituat dampnum. Et si quis inciderit plantam cernutam, vel plantatam si juraverit solvat solidos quinque

Digitized by Google

pro qualibet planta, et si puer fuerit qui non juraverit denarios duodecim Papienses. Et si quis deportaverit ligna cum carro de aliquo boscho non suo solvat pro qualibet vice solidos quinque si juraverit, et restituat dampnum; et si portaverit Fassum solvat denarios sex pro quolibet fasso, et restituat dampnum. Si qua Mulier acceperit ravitias, sive rapas, sive aliqua alia laboreria cum corbella solvat denarios quattuor. Si quis extrepaverit aliquem terminum solvat pro banno solidos quinque. Si quis reversaverit aliquod seminatum sine ratione cognita solvat pro banno solidos quinque Papienses. Si quis iverit cum areca, sive cum carro per aliquod seminatum, si non habet accessum solvat pro banno denarios duodecim Papienses. Et inde hanc cartam fieri rogaverunt. — Interfuerunt Guilelmus de Strata Fil. qu. Lanfranchi; Petrus Serviens Comitis Baldi de Rovoscala, et Galdinus Fil. qu. Boni Johannis Basterii de Mediolano testes — Et ibi ad presens isti Zanonus de Presbitero, Zanonus Benzonus, et Dionixius Mangiavillanus juraverunt ad Sancta Dei Evangelia predicta omnia, et singula, que dixerunt, confessi, et protestati fuerunt concorditer vera esse in omnibus et per omnia ut supra continetur. — Ego Vivianus De Morasco Imperialis Notarius subscripsi. — Ego Jacobus De Ambrosio Imperialis Notarius hanc cartam jussu illius Viviani scripsi.

An. 1254. = Sentenza di scomunica fulminata contro i rettori della città di Milano da Leone arcidiacono di Como, delegato apostolico. *Charta in archivio Sancti Johannis Modoetiæ.* = Anno Dominicæ Incarnationis millesimo ducentesimo quinquagesimo quarto die Martis decimo exeunte Aprili, indictione duodecima. Cum Lampugnianus Marzellinus, Lantelmus Prealonus, Jacob, et Gabrietus, qui dicuntur de Petrasancta, Imblavadus de Mandello, Ubertus de Dona de Landriano, Berriolus de Puteobonello, Azo de Pirovano, Bellonus Mora, Redulfus de Villa, Rizardus de Villa, Spinus Incoardus, Albertus Hotacius, Jacob de Osa, Jacob Porenzonus, Ambroxius Alberius, Miranus Malcolzatus, Arnoldus de Supra acqua, Johannes Pizzallus, Ubertus de Imberzago, Johannes Carbonus, Johannes Sumaruga, Filippus de Lature, Johannes de Lature, Gullelmus de Sorexina, Albertus de Sorexina, Justamons Cigada, Burrus de Burris, Artusius Marinonus, Guillelmus de Lampognano, Rosadus de La Cruce, Niger Grassus, Guido Murigia, Mollus Beccarius, Cavezanus Moronus, Bonincontrus Incinus, Guido de Casate, Maynfredus de Businate, et Landulfus Crivellus, et Atteradus Maynerius omnes Civitatis et Dioc. Mediol. ammoniti essent pluries, et citati per D. Leonem Cuman. Archidiacon. a summo Pontifice delegatum, ut ad respondendum de causa Thesauror. quam contra eos movet Archipr., et Capitulum de Modoetia Mediol. Dioc. certo termino, et etiam termino, et etiam terminis legitime comparerent, et per se, nec per sufficientem responsalem venerint, sed venire penitus contempserint. Memoratus D. Archidiacon. auctoritate suæ delegationis, qua fungitur in hac parte præfatos omnes universos, et singulos licet invitus excomunicationis vinculo innodavit.

Interfuerunt ibi testes D. Presbyter Ottobonus, et Lanfrancus de Cortexiis ambo Canonici de Lenno Cuman. Dioc. et Ribaldus, qui alio nomine dicitur Gorle, qui abitat in Canonica memorata.

Digitized by Google

Ego Johannes de Maza Notarius Cuman. jussu præfati D. Archidiacon. delegati prædicti interfui, et scripsi.

An. 1255. = Lettera scritta dall'arcivescovo frate Leone al podestà ed al Consiglio di Milano, per indurli a restituire il calice del tesoro di Monza, che avevano avuto in prestito. *Charta in eodem archivio.* = Anno Dominicæ Nativitatis Millesimo ducentesimo quinquagesimo quinto, die Lunae, primo die mensis Martii, Indictione XIII. In Palatio Novo Communis Mediolani, praesentibus infrascriptis testibus Dominus Obizo de Osa Canon. Ecclesiae de Modoetia dedit, et rappresentavit, atque porrexit Domino Philippo de Asenellis Potestati, etiam nomine Conscilii Comunis Mediolani litteram unam ex parte Domini Archiepiscopi Mediolanensis sigillata sigillo cereo ipsius Dni, Tenor cujus talis est. Frater Leo de Ordine Minorum divina patientia Sanctae Mediolanensis Ecclesiae Archiep. Nobili viro Philippo de Asenellis honorabili Potestati, et Conscilio Comunis Mediolani. Salutem in Domino. Dilecti Filii Canonici Ecclesiae de Modoetia frustrati spe, de qua Potestati, et Communi praedicto habuere tempore, quo tiranides quondam Frederici II. dicti Imperatoris per partes Ticinelli cum ejus multitudinario exercitu Mediol. Territorium impugnabat, Nobis sua justa querimonia declararunt, quod calicem aureum gemmis pretiosissimis praeditum de thesauro ipsius Ecclesiae Modoetiensis, quem gratanter eidem Comuni, ut poneretur pignus in tantae necessitatis articulo, comodarunt, non sunt postmodum per exactionis debitae medium consecuti, ob quod ipsa Ecclesia gravibus subjacet dispendio, et jacturae; et Nos qui ad mandatum Venerabilis Patris nostri Dni G. de Montelongo tunc Apostolice Sedis Legati eisdem Canonicis suasimus, ut illum calicem comodarent, videmus perinde animam nostram discrimini subiacere. Quocirca prudentiam vestram monemus, et oramus in Dno, attentius deposcimus, et rogamus, quatenus Deum, justitiam, pristinos Mediolanensis Comunis mores, et antiquam constantiam habentes prae oculis, et quod Comuni vestro dampnosum existit ejusmodi longo tempore voragini dimittere usurarum praedictum Calicem; ita quod in thesauro prædictae Ecclesiae per redemptionis beneficium reddigatur, exigatis obice cujuslibet nocivae tarditatis penitus abdicato, ut proverbium vulgare dicens, quod melius tardus quam... in hac parte vendicet sibi locum; et inde possit vestra strenuitas multipliciter commodari. Alioquin ad fomentum juris Ecclesiae memoratae, sicut tenemur astricti, quamquam inviti severitate debita procedemus contra vos, et totam etiam Civitatem. Dat. in arce Anglerie die Mercurii V. ante Kal. Martii MCCLV. XIII. Indictione. Interfuerunt testes Zambellus Cauda de loco Sextozanae filius qd..... et Brengotius filius qd. Gullielmi de Dicto de Burgo Canobio, et Anricus Pelluccus filius qd. Obizonis, et Zarra de Superaquam ambo Civitatis Mediolani.

Ego Lodereng. Filius qd. Bernardi dicti de Lambro de Burgo Modoetia Sacri Pallatii Notarius hanc cartam rogatu Alberti Lugoze publici Notarii scripsi.

Idem. = Breve di papa Alessandro IV ai vescovi di Novara e di Tortona, ordinando loro che debbano mettere i Francescani di Milano in possesso della basilica di san Nabore. *Charta in Bullar. Francisc. Tom. II, pag.* 15.

Digitized by Google

An. 1255. = Breve del medesimo pontefice, con cui conferma l'aggregazione della canonica regolare di santa Maria di Bernodio al Monistero di san Vincenzo di Milano, fatta dall'arcivescovo frate Leone. *Charta Ib. pag.* 48.

Idem. = Breve dello stesso con cui approva l'istrumento del possesso preso da' Francescani di Milano della basilica di san Nabore. *Charta Ib. pag.* 58.

An. 1256. = Breve simile, con cui conferma il decreto fatto dall'arcivescovo frate Leone, che aveva assegnata ai canonici, che dianzi ufficiavano la basilica di san Nabore, in vece di quella, la chiesa di santa Maria di Fulcuino o Falcorina. *Charta Ib. pag.* 107.

Idem. = Altro breve per concedere all'arcivescovo frate Leone l'autorità di vendere o cambiare i beni della sua mensa. *Charta Ib. pag.* 114.

Idem. = Altro breve per concedere a Raimondo della Torre arciprete di Monza ed a' suoi successori il privilegio di portar l'anello. *Charta in archivio Sancti Johannis Modoetiæ.*

Idem. = Altri brevi contro il podestà ed il Consiglio di Milano, che aveva obbligati gli ecclesiastici a pagare i carichi de' fondi nuovamente acquistati. *Chartæ in archivio Monasterii Clarævallis.*

Idem. = Privilegio d'immunità conceduto dalla repubblica di Milano al monistero di Chiaravalle. *Charta in archivio Ambrosiano.*

Idem. = Nota delle biade introdotte in Milano dai monaci di sant'Ambrogio per ordine del giudice delle vettovaglie, e del delegato della chiesa milanese. *Charta in archivio Ambrosiano.*

Idem. = Lettera di frate Leone da Perego arcivescovo di Milano, ad Enrico da Perego, castellano suo del Vergante, a favore del monistero d'Arona. *Zaccaria. Della Cadia di Arona, pag.* 149.

An. 1257. = Breve di papa Alessandro IV, con cui approva l'unione dei Poveri cattolici Agostiniani di Milano colla congregazione generale degli Eremiti dell'ordine di sant'Agostino. *Charta apud Taurellum in seculis Augustinianis.*

• 1261. = Istrumento di cambio fra il preposto ed i canonici regolari Agostiniani di san Giorgio di Legnano, ed il signor Raimondo ed altri della famiglia Della Torre, fatto nel capitolo degli ordinarj. *Charta apud Franciscum Castellum in Opusculo cui Titulus: Quodlibet M. S.*

Idem. = Unione de' predetti canonici regolari di san Giorgio di Legnano alla chiesa di san Primo di Milano. *Ib.*

Digitized by Google

An. 1266. = Vendita fatta dai canonici regolari di sant'Agostino di santa Maria di Campo morto, fatta coll'approvazione de' signori Mantegaza padroni, avvocati e fondatori di quella chiesa. *Charta in archivio Ecclesiæ Sanctissimæ Trinitatis Papiæ.* = Anno a Nativitate Domini Millesimo ducentesimo sexagesimo primo, Indictione quarta, die Jovis, septimo mensis Aprilis, in Papia, in Claustro Ecclesie Sanctissime Trinitatis Dominus Teoldus Prior Ecclesie Sancte Marie Ecclesie de Campo mortuo, habita plena licentia, et libera facultate a Raynerio Mantegatia, et Florio Fil. qd. Manfredi Nigri Mantegazii, et Guidone Filio qd. Guillelmi Mantegatii Civibus Mediolani, eorum nomine, et aliorum de Mantegatiis, qui sunt Patroni, Advocati, et Fundatores ipsius Ecclesie de campo mortuo, et habita plena licentia, et libera facultate a Presbitero Petro, Guidone, et Jacobo Canonicis, et Fratribus dicte Ecclesie de Campo mortuo vendendi, et alienandi honores, jurisdictiones, districtus, et baylias, et terras, et possessiones, quos, et quas ipsa Ecclesia de Campo mortuo habet, et habere videtur in Loco, et in Territorio Videgulfi, sicut in cartis inde factis de ipsa licentia plenius continetur; nomine, et a parte ipsius Ecclesie de Campo mortuo pro pretio librarum centum quadraginta quinque Papensium vendidit, et tradidit Domino Presbitero Petro Preposito Ecclesie Sancte Trinitatis recipienti nomine ipsius Ecclesie Sancte Trinitatis nominative omnes honores, jurisdictiones, districtus, et baylias, et terras, et possessiones cultas, et incultas, sedimina, vineas, prata, bosca, zerba, guasturas, pascua albergarias, ficta, condictias, pensiones, pischerias, venationes, et omnes alias res, et possessiones, tam in honoribus, jurisdictionibus, districtibus, bayliis, et potestariis, quam aliis possessionibus quocumque nomine censeantur quos, et quas, et que ipsa Ecclesia de Campo mortuo habet, et habere videtur in predicto Loco, et Territorio Videgulfi, et sunt ad super totum ipse possessiones Mansi duo, vel circa id, sive plus vel minus fuerint etc. — Interfuere Presbiter Baldus Archipresbiter Plebis Portus Moroni, Oppizo De Tixinuscho. — Ego Jacobus De Ambrosis Imperialis Notarius hanc cartam tradidi, et scripsi.

Idem. = Breve di papa Clemente IV, scritto al vescovo d'Albano legato apostolico in Lombardia, ordinandogli di prosciogliere dalla scomunica Barrale del Balso, che aveva abbandonata la podesteria di Milano. *Charta apud Marten. Thesaur. ad hunc annum.*

Idem. = Frammento de' canoni di un concilio provinciale tenuto da Ottone Visconte arciv. di Milano in Savona. *A Basilica Petri. Novaria Sacra, pag.* 456.

An. 1267. = Lettere di Ottone Visconte arcivescovo di Milano alla chiesa di Alessandria, perchè debba pagare certa somma di denaro ai suoi procuratori. *Charta in archivio Monasterii Sancti Victoris Medæ.*

1268. = Diploma di Ottone Visconte arcivescovo di Milano, con cui approva la fondazione di un nuovo spedale in Milano, detto poi spedale di Donna Buona. *Charta in archivio Hospitalis Majoris Mediol.*

Digitized by Google

An. 1268. = Elezione di un converso dello spedale di san Nazaro de' Porci, fatta dai canonici di san Nazaro. *Charta in archivio Sancti Nazarii.*

An. 1269 = Disposizioni date dalla repubblica di Milano per la fabbrica di un canale, che scaricasse l' acque del fossato nella Vecchiabia. *Caroel. De aquis. Pag.* 391, *et seq.*

• 1271. = Ricevuta del pagamento fatto dai monaci di Chiaravalle, di ciò che loro apprteneva per l'imposta di dieci soldi e cinque denari per ogni centinajo di lire del valore delle facoltà d'ognuno, fatta dalla repubblica di Milano. *Charta in archivio Claravallis.*

Idem. = Decreto del consiglio degli ottocento per delegare alcuni alla custodia delle acque, e singolarmente del naviglio di Gazano fatto di nuovo *Caroel. De aquis. Pag.* 393.

An. 1273. Vendita fatta dalla badessa e dalle monache di di san Vittore di Milano al monistero di Chiaravalle. *Charta in archivio Claravallis.*

Idem. = Ordinazione fatta dal capitolo degli Ordinarj, essendo arciprete Olrico Scaccabarozzo, ed arcidiacono conte da Casate. *Charta apud Castellum supracitatum.*

An. 1274. = Breve di papa Gregorio X, scritto a Raimondo della Torre patriarca d'Aquilea, al priore de' Predicatori, ed al guardiano de' Minori di Milano, dando loro l'autorità di assolvere dalla scomunica il conte Guido di Monforte, prigioniero nella rocca di Lecco. *Charta in Bullar. Domin. Tom I, pag.* 520.

• 1275. = Lettera di Gregorio, legato apostolico, a frate Lodorengo preposto di Mirasole, e generale degli Umiliati, con cui gli concedette facoltà di porre la prima pietra nella chiesa della nuova casa de' suoi frati, detta di Mariano in porta Ticinese. *Sormani Storia degli Umiliati. Pag.* 101.

• 1277. = Decreto del consiglio degli ottocento per riavere alcuni denari depositati presso il prelato di san Calimero. *Charta in archivio Monasterii Bocheti.* = In nomine Domini. Anno a Nativitate ejusdem ducentesimo septuagesimo septimo, Indictione sexta, die Lune, octavo die mensis Novembris. In Pallatio Novo Communis Mediolani congregato Consilio Octocentum, et Consulum Capitaneorum, et Vavassorum, Motte, et Credentie, more solito convocato ad sonum campane, et voce preconia pro hoc speciali negotio explicando. Ibique Dominus Ardezanu: Nanus Judex, et Assessor Domini Ricardi De Langusco Comitis Pallatini de Lomello Potestatis Mediolani, consensu, et voluntate, et licentia dictorum Consulum, et Consiliariorum, et cum eo ipsi Consules, et Consiliarii nomine, et vice Comunis Mediolani fecerunt, et constituerunt, et faciunt, et costituunt Morandum Vinzimaram Civem Medio-

Digitized by Google

lani Sindicum Comunis Mediolani ad procurandum, quod Comune, seu Canevarius Comunis Mediolani habeat a Domina Abbatissa, et Monialibus Monasterii Bocheti illas libras Mille quatuorcentas septuaginta unam, solidos duos, et denarios quatuor Tertiolorum, que fuerunt pretium poderis dicti Monasterii jacentis in Loco, et Territorio de Trizinti, quod vendidit ipsum Monasterium contra suam voluntatem Napoleoni De la Turre, et qui denarii fuerunt depositi penes Prelatum, et Conventum Domus Humiliatorum Sancti Kalemarii, etc.

An. 1277. = Decreti pel buon regolamento dell'acque del Nerone fatti dai personaggi che Ottone arcivescovo, il podestà, il capitano ed il consiglio degli ottocento, avevano destinati a correggere gli statuti. *Charta in archivio Ambrosiano.*

Idem. = Catalogo delle famiglie nobili, delle quali si dovevano scegliere gli ordinarj della metropolitana fatto per ordine di Ottone arcivescovo, e trascritto da Francesco Castelli nel suo manoscritto, intitolato *Status Mediolanensis Ecclesiæ*, che si conserva nella biblioteca ambrosiana: *in fol. Cod. Sign. A. Num.* 112; e registrato anche negli statuti di quel capitolo, che si conservano nella sua biblioteca.

An. 1278. = Convenzione fra la repubblica di Milano ed il marchese Guglielmo di Monferrato dichiarato capitano e signore della medesima. *Apud Benvenutum de Sancto Georgio.*

Idem. = Intimazione della scomunica fatta da Ottone Visconte, arcivescovo al consiglio generale di Milano, ed ai consiglieri, se non avessero restituite le lire mille e cinquecento, che prendevano in prestito dai monaci di Chiaravalle, per pagare i militi del marchese di Monferrato. *Charta in archivio Clarævallis.*

An. 1279. = Decreto fatto dal podestà di Milano, dal capitano del popolo, e dai dodici presidenti della provvisione, con cui il luogo di Trivillio fu dichiarato borgo. *Charta in archivio Trivilliensi.* = In nomine Domini. Anno a Nativitate ejusdem Millesimo ducentesimo septuagesimo nono die Mercurii vigesimo quinto die mensis Octobris, Indictione octava. Cum ex parte Pescali Fregabracii Consulis Loci de Trivillio, et Donati de Donatis Procuratoris Comunis dicti Loci eorum nomine, et nomine eorum dicti Loci porrecta fuisset Domino Lotterio Rusche Potestati Mediolani, et Domino Johanni Pozio Capitaneo Populi Mediolani, et duodecim Sapientibus Viris Presidentibus Provisioni Comunis Mediolani, petitio infrascripti tenoris. In nomine Domini a Vobis Domino Lotterio Ruscha Potestate Mediolani, et Johanne Pozio Capitaneo Populi Mediolani, et duodecim Sapientibus Viris Presidentibus Provisioni Comunis Mediolani petunt et supplicando requirunt Pescalus Fregabracius Consul Loci de Trivillio, et Donatus de Donatis Procurator Comunis dicti Loci, quod cum Comune et Homines dicti Loci steterint et sint fideles.

Digitized by Google

et amici Comunis Mediolani, et ob manutenenduin honorem, et bonum statum Domini Marchionis, et vestrum, et Comunis Mediolani sustinuerunt quamplurima damna, et detrimenta et lesiones in personis et rebus a perfidis Inimicis Comunis Mediolani; quatinus per Vos, et consilium octocentum Virorum Mediolanensium statuatis, et ordinetis, quod Comune et Homines dicti Loci de Trivillio sint Burgenses, et privilegiis Burgensium debeant gaudere; et quod locus de Trivillio de cetero nuncupetur Burgus; et quod per Comune Mediolani de cetero debeant haberi, et teneri, et tractari sicut Burgenses, et ut tractant, et habent alia Burga supposita Comuni Mediolani; et quod Comune, et Homines de Trivillio de cetero possint habere, et facere, et exercere Mercatum quolibet die Lune, qualibet edomada; et quod Comune et Homines Locorum circumstantium possint, et teneantur, et debeant ad dictum Mercatum venire, sicut hinc retro soliti sunt exercere Mercatum quolibet die Lune, nisi a parvo tempore citra propter guerram, licet Comune de Trivillio non esset Burgus, sed Locus; sed illud contingebat propter bonitatem de Trivillio, et quia ibi est magna copia Hominum. Rursus per predictos de Trivillio vobis reducitur ad memoriam, quod a Festo Sancti Martini proxime preteriti citra propter guasta eis illata per Inimicos Comunis Mediolani dampnificati sunt in libris quatuor millibus tertiolorum, et plus; et quod ab eo tempore citra errogaverunt pro Soldateriis tenendis de proprio ere Comunis de Trivillio libras mille tertiolorum et plus. Dominus Guilielmus de Guilizono Judex, et Assessor predicti Domini Lotterii Potestatis vice, et nomine ipsius Domini Potestatis in Consilio octingentorum sive octocentum ad sonum campane more solito convocato et congregato in Palatio Comunis Mediolani fecit ipsam petitionem legi diligenter, et super ea sibi consuli postulavit. Dominus Mapheus Aperioculus surgens in eo Consilio consuluit, quod cum Comune et Homines de Trivillio steterint fidelissimi Comunis Mediolani, et multa damna, et dispendia et labores tolleraverunt in servicio Comunis Mediolani; in recompensatione fidelitatis eorum, et damnorum, et dispendiorum et laborum quos, et que toleraverunt, predicta eorum petitio adimpleatur, et auctoritate Hominum Consilii confirmetur. In reformatione cujus Consilii facto partito concordatum est consilium in dicto suprascripti Domini Maphei, nemine discrepante. Et ibi incontinenti predictus Dominus Guilielmus Judex, vice suprascripti Domini Potestatis exequendo formam suprascripti Consilii, et auctoritate ipsius Consilii, et de voluntate, et consensu omnium Consiliariorum ibi existentium, et ipsi Consiliarii cum eo, vice, et nomine Comunis Mediolani statuerunt, et ordinaverunt, quod Locus ille de cetero nominetur Burgus; et quod Comune, et Homines illius Loci de cetero sint Burgenses et privilegio, et immunitate Burgensium de cetero debeant gaudere perpetuo; et quod de cetero perpetuo debeant haberi, et tractari tamquam Burgenses, et ut tractantur alii Burgi suppositi Comuni Mediolani; et quod de cetero possint et debeant exercere Mercatum quolibet die Lune cujuslibet edomade; et quod Comunia, et Homines et circumstantium Locorum, et Burgorum possint, et teneantur, et debeant, ad dictum Mercatum devenire, sicut retro soliti sunt. Actum in suprascripto Palatio. Interfuerunt ibi Testes rogati Mapheus de Magesate, et Petracius Miracaput, et Rubeus de Cantono omne

Digitized by Google

Civitatis Mediolani. — Ego Ambrosius de la Turre de Dunirago Notarius, et Scriba Camere Pallatii Comunis Mediolani tradidi, et subscripsi, et Imbreviaturam illius carte habet Jacobus Moronus penes se. — Ego Vicecomes de Raixana Notarius Camere Pallatii Comunis Mediolani tradidi interfui, et subscripsi. — Ego obizo Ferrarius de Dugniano Notarius Camere Pallatii Comunis Mediolani tradidi, interfui, et subscripsi. — Ego Jacobus Moronus Notarius Pallatii Camere Comunis Mediolani tradidi, et subscripsi. — In presentia Dominorum Jacobi de Modoetia Judicis. Pagani de Petrasancta et Henrici de Modoetia Illustris Dominus Gulielmus Marchio Montisferati Dominus Civitatis, et Comitatus Mediolani auctoritate sue dominationis, predicta omnia suprascripta approbavit, et sicut potuit melius ratificavit, et valere, et tenere usque in perpetuum; et ego Ubertus de Guidono dicti Domini Marchionis, et sue Curie Publicus Notarius sic suo mandato scripsi. — Ego Beltramus Filius qd. Mori Moroni Civitatis Mediolani Porte Jovis Notarius jussu suprascripti Notarii scripsi.

An. 1279. = Protesta fatta dal monistero di sant'Ambrogio al podestà di Milano, ed al vicario del marchese di Monferrato, signor di Milano e capitano del popolo, per la elezione del podestà nelle sue terre. *Charta apud Aresium in Serie Abbatum Sancti Ambrosii.*

• 1280. = Decreto di un sinodo diocesano tenuto da Ottone Visconte, arcivescovo nel palazzo vecchio dell'arcivescovato. *Charta apud Saxium Series Archiepiscoporum in Othone.*

• 1281. = Lettera di Ottone Visconte arcivescovo, in cui delega Olrico Scaccabarozzo, arciprete della Metropolitana, di porre la prima pietra nella chiesa nuova del monistero di santa Catterina Vecchia. *Charta in archivio Monasterii Sanctæ Margaritæ.*

• 1284. = Decreto con cui Ottone Visconte assegnò le chiese stazionali per tutta la quaresima e la settimana di Pasqua. *Charta in Codice Beroldi servato in Bibliotheca Ecclesiæ Metropolitanæ.* = Otto Dei, et Apostolice Sedis gratia Mediolanensis Ecclesie Archiepiscopus, universis Christi fidelibus per Civitatem, et Diocesim, et Provinciam Mediolanensem constitutis presentes litteras inspecturis salutem in eo qui est omnium vera salus. Sanctorum meritis inclyta gaudia Fideles Christi minime assequi dubitamus, qui eorum patrocinia per condigne devotionis obsequia promerentur, illumque venerantur in ipsis, quorum gloria ipse est, et retributio in eternum. Nos itaque ad consequenda hujusmodi gaudia, et ad Animarum profectum causam dare Christi fidelibus cupientes, providemus, et serie presentium statuimus, et firmiter ordinamus, quod infrascripte Stationes in Ecclesiis infradictis perpetuo, prout inferius describitur observentur. Nos enim de Omnipotentis Dei misericordia, et Beati Ambrosii Confessoris Patroni nostri meritis confidentes omnibus vere penitentibus, et confessis, qui Ecclesias ipsas, et Stationes cum devotione visitaverint XL dies de injuncta sibi penitentia misericorditer in Domino relaxamus.

Digitized by Google

Et fiat prima Statio die Lune post Dominicam Quadragesime ad Sanctum Ambrosium. Die Martis ad Sanctum Marcum. Die Mercurii ad Sanctum Eustorgium. Die Jovis ad Sanctum Stephanum sive ad Hospitale de Brolio. Die Veneris ad Sanctum Apolinarem. Die Sabbati ad Ecclesiam Domus de Monte Carmelli. Die Dominica de Samaritana ad Sanctam Mariam Majorem. Die Lune ad Sanctum Naborem. Die Martis ad Sanctum Babilam. Die Mercurii ad Sanctum Vincentium Ad Pratum. Die Jovis ad Sanctum Protasium In Campo. Die Veneris ad Sanctum Nazarium in Brolio. Die Sabbati ad Sanctum Georgium In Palatio. Die Dominice de Abraam ad Sanctam Theclam. Die Lune ad Sanctum Dionisium. Die Martis ad Sanctum Chalimerum. Die Mercurii ad Monasterium Sancti Victoris Ad Corpus. Die Jovis ad Sanctum Johannem Ad Concham. Die Veneris ad Monasterium Sancti Celsi. Die Sabbati ad Sanctum Marcellinum. Die Dominica De Ceco ad Monasterium Sancti Simpliciani. Die Lune Ad Sanctam Mariam Pedonis. Die Martis ad Sanctum Michaelem Ad Clusiam. Die Mercurii ad Sanctum Sepulchrum. Die Jovis ad Sanctam Euphimiam. Die Veneris ad Sanctum Bartholomeum extra Portam Novam. Die Sabbati ad Sanctum Johannem In Brolio. Die Dominica de Lazaro ad Sanctum Lazarum. Die Lune ad Sanctum Carpophorum. Die Martis ad Sanctam Mariam Fulchorinam. Die Mercurii ad Sanctum Protasium Ad Monachos. Die Jovis ad Sanctum Andream Ad Murum ruptum, sive ad Hospitale Domine Bone. Die Veneris ad Sanctum Damianum In Carrubbio. Die Sabbati al Sanctum Andream In Pusterla nova. Die Dominica de ramis Palmarum ad Sanctum Laurentium Majorem. Die Lune ad Sanctum Martinum Ad Corpus. Die Martis ad Sanctum Domninum Ad Mazam. Die Mercurii ad Sanctam Mariam Secretam. Die Jovis ad Sanctum Barnabam. Die Veneris ad Sanctum Victorem Ad Ulmum, sive Arsum. Die Sabbati ad Sanctum Johannem Ad quatuor facies. Pasche Resurrectionis Dominica ad Sanctam Theclam. Die Lune ad Sanctum Michaelem sub Domo. Die Martis ad Sanctum Eusebium Die Mercurii ad Sanctum Paulum In Compito. Die Jovis ad Sanctum Thomam In Terra amara. Die Veneris ad Sanctum Victorem Ad quadraginta Martyres. Die Sabbati ad Sanctum Alexandrum In Zibidia. Ut autem hec nostra ordinatio ad notitiam perveniat singulorum, et majoris robur obtineat firmitatis, districte precipimus, et mandamus universis, et singulis, in quorum Ecclesiis sunt Stationes hujusmodi stabilite, ut hanc ordinationem nostram infra dies octo recipiant, et eam diligenter etiam Populo pubblicet, et exponnat. In cujus rei testimonium, et perpetuam firmitatem, presentes litteras fieri jussimus, et appensionis nostri sigili munimine roborari. Datum Mediolani die XXVII. Februarii, Anno Domini currente MCCLXXXIIII. XII. Indictione.

Ego Bernardus dictus De la Strata, de Burgo Dexio Lector Ecclesie Mediolanensis, Clericus, et Familiaris Domini Orrici Scacabarotii Sancte Mediolanensis Ecclesie Archipresbiteri, Notarius publicus, de mandato ejusdem Domini Archipresbiteri, ex autentico bullam ipsius Domini Archiepiscopi bullato transcripsi, et exemplavi, signoque meo consueto signavi.

An. 1287. = Diploma di Ottone Visconte arcivescovo, con cui approva la fondazione di un nuovo spedale in Cannobio. *Charta apud Saxium supracitatum.*

Digitized by Google

An. 1287. = Decreti di un concilio provinciale tenuto in Milano dall' arcivescovo stesso. *Rerum Italicarum Tom. VIII.*

• 1288. = Lettere di alcuni vescovi in Roma, che concedone indulgenza di quaranta giorni a chi fa limosina ai frati della Misericordia dell'Ordine di sant'Agostino abitanti in Milano presso a san Michele alla Chiusa. *Charta in archivio Ambrosiano,*

• 1289. = Formola del giuramento prestato alla comunità di Milano da Matteo Visconte, come capitano del popolo. *Corio sotto quest'anno.*

Idem. = Ricevuta del pagamento fatto da' canonici di sant' Ambrogio per l' imposta di un denaro imperiale per pertica, fatta dall' arcivescovo Ottone per difesa della città e del contado. *Charta in archivio Canonicorum Sancti Ambrosii.*

Idem. = Diploma di Rodolfo, re de'Romani, a favore della canonica degli Umiliati di Viboldone. *Charta in archivio Visitationum Archiepiscopalium V. Regionis.* = Rodulphus Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus. Universis Sacri Romani Imperii Fidelibus presentes litteras inspecturis gratiam suam, et omne bonum. Justis devotorum Virorum petitionibus condescendere cogimur, quas nisi favorabiliter audiremus, obaudire quod juste petitur per injuriam videremur. Noverint igitur presentis etatis homines. et future, quod Honorabiles Viri Prepositus, Fratres, et Conventus Fratrum Domus, seu Canonice Sancti Petri de Vicoboldono Ordinis Humiliatorum Mediolanensis Diecesis significaverunt Nostre Regie Majestati, quod ipsi terras, et prata sua irrigare consueverunt libere, et pacifiche juxta suum beneplacitum ex aqua Fluminis Vitabie ad Imperiale dominium, sicut cuncta Flumina per eandem Diocesim defluentia pertinentis, nulla super hoc data, vel soluta exactione, seu prestatione Communi Mediolani, seu alicui alii Persone, Collegio vel Universitati Ecclesiastice, vel Seculari; et quod tam ipsi, quam possessiones eorum nunc usque fuerunt, et sunt, in possessionem, vel quasi, hujusmodi juris, terras, et prata, ex aqua prefati Fluminis irrigandi, a tempore, cujus memoria non extat. Verum Comune Civitatis Mediolani, pretendentes, quod eis omnia Flumina per eandem Diecesim defluentia in Pheudum a Romano Imperio hactenus sint concessa, motu proprio jam ordinaverunt, seu ordinare pluries attentarunt, ut ab omnibus Ecclesiasticis, tam Regularibus, quam Secularibus, et Laycis ejusdem Civitatis, et Diecesis, terras, et prata, ex dicta aqua irrigare volentibus, certa pensio, seu pecunie quantitas persolvatur. Propterea dictum Commune, vel ab eo causam habentes sub predicto pretextu Pheudalis juris a predicta Domo, Preposito, et Conventu multoties exegerunt, et exigunt annuatim certam pecunie pensionem occasione Molendinorum, que habent in predicto Flumine, predicta Domus, et Conventus, secundum quod ordinaverunt exigendum a ceteris tam Ecclesiasticis, et Religiosis, quam Laicis in suprascriptis Fluminibus possidentibus Molendina. Quare supplicaverunt Imperialis Excellentie pietati suprascripti Prepositus, et Fratres quatenus Divini Numinis intuitu, et favore,

Digitized by Google

quem Religio Promeretur, eis dignemur super iis misericorditer providere. Nos itaque ex humanitatis nostre clementia Religiosorum Locorum indemnitatibus precavere favorabiliter disponentes, eorumque jura protegere, et augere ut Imperialis Clypei munimine communiti valeant in spiritualibus felicius militare, et Nos proinde celestia mereamur, Prepositum eundem, et Conventum, et Locum, cum bonis juribus, et rebus suis, in nostram, et Imperii defensionem recipimus spiritualem, dantes, et concedentes eidem Preposito, Conventui, et Fratribus ipsius Loci, ex innata Nobis clementia, et ex nostra Regia protestate, de gratia speciali, ut aquam dicti Fluminis, tam pro Molendinorum utilitate, quam pro pratis, et terris, que et quas in presenti possident, vel in futurum adipisci poterunt Domino concedente ad ipsorum beneplacitum irrigandis libere, et absque ulla pensione, seu prestatione propter hoc dicto Communi, vel alicui alii Persone, Collegio, vel Universitati Ecclesiastice, vel Seculari reddenda, vel solvenda, per terras, possessiones dicte Domus deducere, ac ea perpetuo uti possint. Insuper mandamus, ex nostro Regali Edicto districtius inhibentes, quod nulla Communitas, nulla Universitas, nullum Collegium, nullaque Persona Ecclesiastica, vel Secularis cujuscunque conditionis, status, vel dignitatis existat, alveum dicti Fluminis mutare, nec ipsam aquam alicubi deviare possit in prejudicium dicte Domus, nec in aqua dicti Fluminis, que nunc per terras, et possessiones dicte Domus deducitur, vel in futurum deducetur, jus aliquod habere debeat piscandi, nec etiam alias dictam domum in aliquo molestandi, scilicet pro utilitatibus dicte Domus aqua ipsa tam in ripis, quam in alveis ab omni conditione, et servitute libera perpetuo remaneat, et immunis, predictorum Communis, et aliorum omnium contradictione aliqua non obstante. Nulli ergo Hominum liceat hanc paginam infringere, vel contra presentis privilegii nostri tenorem aliquod facere, nec in aliquo ausu temerario contraire; quod qui fecerit gravamen nostre Majestatis offense se noverit incursurum, et centum libras auri propterea componet, medietate scilicet Camere nostre, et alia passis injuriam applicanda. In cujus rei testimonium presens privilegium exinde conscribi, et Majestatis nostre sigillo jussimus communiri. Testes fuerunt ii. Rodulphus (*leggi* Albertus) Dux Austrie, et Stirie Princeps et Filius noster carissimus, Petrus Basiliensis Episcopus Papiensis noster dilectus Nobilis Vir Joannes Comes De Galone, Strenuus Vir Harmannus De Baldecche, et Honorabilis Vir Magister Landulphus de Mediolano Prepositus Vertamiensis, Physicus, et Capellanus noster dilectus, et alii quamplures Testes fide digni.

Datum Moreti. Tertio Nonas Junii, Indictione secunda, Millesimo, ducentesimo, octuagesimo nono, Regni nostri anno sext decimo.

Signum Serenissimi Domini Rodulphi Romanorum Regis invictissimi.

Cum bulla cerea ipsius Regis pendente ad filum sericum, in qua Bulla sedet Rex coronam gerens, dextraque manu sceptrum cum flora superno, ac sinistra pomum cum Cruce, his ambientibus litteris. Rodulphus Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus.

Anno MCCCX. Indictione VIII. die Jovis III. Decembris in domo Episcopi Papiensis coram D. Durino De Buttigellis Provicario Venerabilis Patris D.

Digitized by Google

Guidonis Episcopi Papiensis, et ejus mandato, D. Emanuel De Imperatore, Imperiali auctoritate Notarius dictum privilegium exemplavit, presentibus D. Fratre Preposto Domus Nove ultra Ticinum, D. Gulielmo Gobbo Preposito S. Joannis in Burgo, D. Fratre Bartolino Monacho S. Martini, et Palmerio De Strata Testibus.

An. 1289. = Elezione di Obizone da Busnate, arcidiacono della metropolitana, e nipote di Pietro vicecancelliere della santa romana Chiesa, in sindaco del capitolo degli Ordinarj. *Charta in archivio Ambros.*

• 1290. = Lettera di Ottone, arcivescovo, a frate Englesio vescovo di Novara, contro gl'invasori de'beni della badia di Arona. *Zaccaria della Badia di Arona pag.* 156.

• 1292. = Disposizione testamentaria di Ottone Visconte, arcivescovo di Milano. *Charta in Codice privilegiorum Hospitalis Majoris, pag.* 307. = In nomine Domini. Amen. Noveritis universi, quod Nos Otho Dei, et Apostolice Sedis gratia Sancte Mediolanensis Ecclesie Archiepiscopus, attendentes, quod diem Messionis extreme piis operibus prevenire debemus, ac eternorum intuitu seminare in terris, quod reddente cum multiplicato fructu recolligere valeamus in celiis; ut bona Nobis Miseratione Divina concessa Anime nostre ac Animabus Nostrorum prodesse valeant ad eternam gloriam promerendam adhibito Nobis consensu Venerabilium Fratrum nostrorum Archipresbiteri, et . . . . . Ecclesie Mediolanensis, ipsis presentibus, et approbantibus hanc piam providentiam nostram, ad gloriam, et honorem Dei, et Beatissime Virginis Marie Matris ejus, ac Beate Martyris, et Virginis Agnetis, sub cujus vocabulo specialem Capellaniam in prefata Ecclesia dudum ordinare disposuimus, et presentialiter ordinamus: volumus, et de sinceritate mentis nostre statuimus, quod Presbiter Ardicus Ferrarius, qui modo deservit de beneplacito nostro altari prefate Martyris, in prefata Mediolanensi Ecclesia, ubi eandem Capellaniam fiximus illius Capellanie fore debeat Capellanus, habiturus de Camera nostra, donec vixerimus libras vigintiquinque Tertiolorum quolibet anno in denariis numeratis, et refectione cibi, et potus in domo nostra familiariter, sicut alii Familiares nostri habere noscuntur. Quo decedente, vel perperam se habente, viventibus Nobis potestas preservetur in Nobis alium instituendi ad ipsam Capellaniam, sub simili redditu, quoties fuerit opportunum. Obeuntibus autem illo, vel illis, illius Capellanie Sacerdotibus post nostrum decessum, volumus, et firmiter ordinamus, quod Venerabilis Vir Lantelmus Vicecomes nunc predicte Ecclesie Mediolani Cimiliarca, et alii Cimiliarche, qui per tempora succederent eidem, eligere debeant novum Sacerdotem, et Capellanum aliud Ecclesiasticum Beneficium non habentem, qui in eadem Capellania Defuncto succedat, quem Electum Cimiliarcha, qui tunc erit presentet Archiepiscopo, qui tunc erit, ut si fuerit idoneus ejus electio per ipsum Archiepiscopum, habito solum Deo pre oculis confirmetur. Si autem non fuerit bonus transeat Cimiliarcha ad electionem, et presentationem alterius, quo usque invenerit, qui merito idoneus censeatur, et tunc ipse idoneus, et presentatus, ut premittitur

Digitized by Google

ab ipso Archiepiscopo confirmetur, in domo ipsius Cimiliarche Presentatoris hospitium habiturus. Statuimus etiam, et inviolabiliter volumus observari, quod post obitum nostrum. Capellanus dicte Capellanie habeat annuatim in Festo Sancti Martini pro prebenda ipsius Capellanie a Magistro, et Conventu Hospitalis Novi Mediolani qui tunc, et successivis temporibus erunt libras sexaginta Tertiolorum in pecunia numerata, de proventu, et redditibus terrarum, decimarum, et possessionum, quas emimus, et ememus de pecunia nostra, et non Archiepiscopatus in loco, fundo, et Territorio de Trivulcio Mediolanensis Diocesis, quas possessiones, decimas, domos, terras, et alia jura, que ibi habemus, et in posterum habebimus, Domino concedente, cure, et procurationi dictorum Magistri, et Conventus ex nunc duximus committendos, ut illas post nostrum decessum laborent, et colant seu, laborari, et coli faciant, et colligant et percipiant fructus, redditus, et proventus quoslibet de eisden, daturi dicto Capellano dictas libras sexaginta, que superius continentur. Volumus autem, et statuimus, firmiter observari, quod predictus Capellanus celebrare teneatur Missam privatam singulis diebus in altari, quod in Capella predicta construi fecimus ad honorem Martyris supradicte, et quod Horas Canonicas dicere non ommittat; Missam quoque dicat de Mortuis pro Anima nostra, et Animabus nostrorum pariter Defunctorum. In Festivitatibus vero, que in Civitate Mediolani solemniter, et communiter celebrantur, Missam prout ipsis Festivitatibus competit, debeat celebrare, et teneatur interesse Divinis Officiis una cum Capitulo, sive Ordinatinone dicte Mediolanensis Ecclesie. Si tamen aliquo justo impedimento Missam celebrare non poterit, vel Divinis Officiis. ut premittitur, interesse, teneatur facere cum effectu, quod alius Sacerdos idoneus in hac parte suppleat vices suas. Que omnia, et singula si neglexerit, contempserit, vel aliter distulerit adimplere qualibet vice, qua defecerit negligentia, vel contemptu, vel alia irrationabili causa, seu excusatione in predictis, vel aliquo predictorum, soldos quinque Tertiolorum eidem Capellano, de consueto sibi redditu subtrahantur. Ad hoc ut uberiori gratia premia mereamur, dum commissam sibi Ecclesiam Divine eruditionis lumine informari studuerimus et ornari volumus; et ordinamus quod post nostrum decessum unus Doctor Teologie honestus, providus, et instructus semper teneatur in aliqua domo sufficienti Ordinarie, sive Capituli, aut Archiepiscopatus Mediolani, qui legat, et doceat gratis in Teologia in facie omnium, qui ad eum veniat audituri. Sub quo ordinamus, et volumus providere, quod si in Domo, seu Progenie nostra De Vicecomitibus sufficiens, et idoneus aliquis fuerit, assumatur, et ad Magisterium hujusmodi omnibus preferatur. Alias autem unus de Capitulo, sive de Ordinariis, si ad hoc sofficiens, et idoneus inventus fuerit, ad idem Magisterium predictum proponatur. Quod si etiam de iis non inveniretur qui sufficeret, ad electionem, et assumptionem alterius undecunque sit per ipsum Capitulum procedatur. Qui Doctor habeat annuatim a predictis Migistro, ac Conventu Hospitalis Novi predicti libras centum Tertiolorum in danariis numeratis ex redditibus, et proventibus suprascriptis; qui si negligentia, vel contemptu vel alia irrationabili causa, et excusatione, se a predicto subtraxerit documento, de remuneratione premissa sibi sentiat subtrahi, prout dictum Capitulum habendo Deum pre oculis censuerit subtrahendum. Preterea volumus, et firmiter ordinamus, quod

Digitized by Google

pro remedio Anime nostre in Anniversario nostro singulis annis libre viginti quinque Tertiolorum de predictis fructibus, et redditibus dividantur in Capitulo, et Ferula Mediolani, Missa celebrata, prout in aliis Anniversariis divisio fieri consuevit. Et ne predictum Hospitale Novum pro commissa hujusmodi cura, laboris premio careat, imo ferventius iis intendat, volumus, et ordinamus, ac statuimus, quod omnes fructus, redditus, et proventus dictarum terrarum, decimarum, et possessionum de Trivultio, qui super abundabunt predictis summis pecunie persolutis, in ipsum Hospitale integre perveniat in usum Pauperum erogandi. Si autem contingeret, quod predicti redditus, et proventus ad solutiones non sufficerent antedictas, ingruentibus tempestate guerra, seu impedimento alio evidenti, providemus, et volumus, quod Magister et Conventus ipsius Hospitalis dictam tributionem, seu solutionem pro rata diminuat fide bona, fraude qualibet abjecta. Quod si fortasse Magister, et Conventus Hospitalis a predictis dessisterent, vel se subtraherent modo aliquo a cura, et procuratione dictarum terrarum, et aliorum supradictorum, et a predictis eos ut supra tangentibus; exequentibus curam, et procurationem illam cum omni onere et honore, ut per omnia, et singula superius exprimitur, Magistro et Conventu Hospitalis Sancti Lazari Mediolani, volumus et decernimus ex nunc esse commissam, sicut commissa et data est Magistro et Conventui Hospitalis Novi predicti, et subsequenter, et similiter eadem cura, et procuratio, et predicta omnia dicto Hospitali commissa committantur successive cum omni onere, et honore, ut per omnia predictum est Magistro, et Conventui Hospitalis Novi Mediolani, si similiter predictus Magister, et Conventus dicti Hospitalis Sancti Lazari ab hujusmodi commissis, si eis committi continget, duxerint dessistendum, vel se aliqualiter subtrahendos. De quibus omnibus fieri jussimus publicum instrumentum per Antegradum Crottum Notarium infrascriptum.

Actum in Capella Beate Agnetis, que contigua est Palatio veteri Archiepiscopatus sub anno Domini currente Millesimo ducentesimo nonagesimo secundo, quinta Indictione, die Dominico, vigesimo quarto Mensis Martii, presentibus Presbitero Joanne De Leventina Sancti Donnini Ad Mazam, et Presbitero Rolando De Novedrate Sancti Marcellini Ecclesiarum Mediolani Beneficialibus; et Bombello Marinono, et Guidone dicto Festa de Monvalle Domicello nostro vocatis Testibus, et rogatis. Ego Antegradus Crottus pubblicus Civitatis Mediolani Notarius, ac Scriba predicti Domini Archiepiscopi interfui, et rogatus hoc instrumentum tradidi, et ad transcribendum dedi Notario infrascripto, et me subscripsi, meoque consueto signo signavi.

Ego Beltramolus De Robiagio Civitatis Mediolani Notarius, jussu suprascripti Notarii subscripsi.

Ego Bernardinus Fossanus publicus Civitatis Mediolani Notarius, Venerandæque Fabricæ Ecclesiæ Majoris Cancellarius ad requisitionem Reverend. Domini Joannis Petri Vicecomitis predicte Ecclesie Prepositi tenorem hujusmodi Testamenti suprascripti, seu Dotis Reverendissimi Patris et Domini Domini Ottonis Archiepiscopi ex magno, vetustoque libro Ordinationum fideliter extraxi; anno Domini Millesimo quingentesimo quinto die 15. Februarii, et me subscripsi. etc.

Digitized by Google

An. 1294. = Concordia fra l'abate di sant'Ambrogio e gli abitanti d'Inzago, fatta per opera di frate Beradussio, converso del monistero di Chiaravalle, agente dell'arcivescovo nel castello di Cassano. *Charta in archivio Ambrosiano.*

1295. = Disposizione testamentaria del cardinale Pietro Peregrosso, milanese, a favore del convento de' Francescani del luogo di Pozzolo, il qual convento era stato da lui fondato. *Charta in archivio illius Cœnobii.*

Idem. = Lettera scritta da Matteo Visconte ai Piacentini per dar loro notizia della morte dell' arcivescovo Ottone *Charta in Annal. Mediol., et Placent.*

Idem. = Diploma di Adolfo, re de' romani, con cui conferma alla repubblica di Milano tutti i suoi privilegi. *Charta in Codice statutorum Mediolani in Bibl. Ambros. in fol. Sign. B. Num. XIX, pag.* 49. *Lunig. Codex Diplomat. Italiæ. Tom III, Part. I.*

An. 1296. = Appellazione de'monaci di Arona al pontefice contro una sentenza di Berardo da Pozzobonello vicario generale di Ruffino da Frisseto, arcivescovo di Milano. *Carta presso il Padre Zaccaria, dove tratta del Monistero di Arona pag.* 158.

Idem. = Consulto di alcuni giureconsulti milanesi intorno alla giurisdizione, che aveva la repubblica di Milano sopra le acque del suo Contado. *Charta in archivio Claravallis, partim edita a Caroello De Aquis, pag.* 394, *et seq.*

Idem. = Breve di papa Bonifacio VIII scritto all'abate di Chiaravalle, ordinandogli di far restituire al monistero di Montegaudio dell'ordine della Certosa i beni ingiustamente alienati, ed altre memorie intorno a quel monistero. *Chartæ in Archivio Ambrosiano.*

An. 1297. = Lettere del cardinale frate Matteo, vescovo di Porto, scritta a Francesco arcivescovo di Milano, accordandogli la facoltà di assolvere Astolfo, abate di sant'Ambrogio, della irregolarità. *Charta in Archivio Ambrosiano.*

Idem. = Investitura di alcuni beni in Tradate fatta dal capitolo degli Ordinarj nel signor Biriano della Pusterla. *Charta apud Castellum in M.S. cui titulus Quodlibet supracit.*

An. 1299. = Lettere vicendevoli della repubblica di Bologna a Matteo Visconte, e di lui a quella repubblica. *Lunig. Codex Diplomat. Italiæ. Tom. III., Part. I.*

Digitized by Google

SECOLO XIV.

An. 1301. = Privilegio conceduto da Francesco, arcivescovo di Milano al maestro ed ai frati dello spedale del Brolo. *Charta in archivio Hospitalis Majoris.* = Franciscus Dei, et Apostolice Sedis gratia Sancte Mediolanensis Ecclesie Archiepiscopus. Religiosis in Christo Filiis Magistro, Fratribus, et Conventui Hospitalis Brolii Mediolanensis Salutem in Domino. Specialis dilectionis affectus, quem ad Hospitale gerimus supradictum, et vestra pia Charitatis opera, quibus continue vigilatis nos inducunt, ut vos illa prosequamur gratia qua possumus ampliori. Sane Sanctissimus in Christo Pater, et Dominus, Dominus Bonifatius Divina Providentia PP. octavus, volens vobis gratiam facere specialem, vobis habendi Cimiterium, in quo Fratrum. et Familiarium, et Pauperum ejusdem Hospitalis decedentium corpora, cum solo vestro proprio Sacerdote, qualibet contradictione, et consuetudine contraria nequaquam obstantibus, sepelire libere valeatis, de gratia spetiali concessit. Verum cum locum non habeatis, ubi Pauperes in Hospitali vestro decedentes valeant sepeliri, Nobis humiliter supplicastis ut Vobis de loco aliquo dignaremur misericorditer providere. Nos igitur Vobis in hujusmodi casu paterno affectu succurrere cupientes, presentium tenore, ad honorem Dei, et Beate Virginis gloriose Matris sue, ac Beatissimi Ambrosii Confessoris Patroni nostri Vobis concedimus, quod de cetero Pauperes in eodem Hospitali decedentes in Brolio nostro, et Archiepiscopatus nostri in loco posito infra confines infrascriptas sepelire, et sepeliri facere valeatis, non immutantes rem, quominus in dicto Brolio Mercatum, et alia fieri valeant sicut prius. Locus vero ille, quem ad sepeliendum dictos Pauperes duximus deputandum est iste, videlicet. Petia una terre in dicto Brolio inter Terragium situm de mane parte ipsius Brolii, longe ab ipso Terragio per zitatas duodecim, et muros Superstantie, et Orti Ecclesie Sancti Stephani, qui muri sunt a . . . . . parte ipsius Brolii longe ab ipsis muris, per zitatas duodecim, in quibus est Cimiterium Hospitalis Novi Beate Marie, et domos Cassine dicti Hospitalis Brolii, et alias domos eisdem coherentes continuas usque stratam, qua itur directo a Ponte Verzarii, et Sevisi in Brolium predictum, et sunt ipse domus a sero parte ipsius Brolii, longe ab ipsis domibus per zitatas . . . et dictam stratam eundo directo, et directa linea usque in Terragium; et reliquum Brolium est a meridie parte ipsius petie terre pro Cimiterio concesse. Et est illa petia terre pro Cimiterio ut supra pertiche tres, vel id circa. In cujus rei testimonium presentes literas fieri fecimus, et nostri sigilli munimine roborari. Datum Mediolani in nostro Archiepiscopali Palatio, anno Domini Millesimo trecentesimo primo, Indictione quarta decima, die decimo mensis Maii, Pontificatus Domini Bonifacii PP. octavi anno septimo.

Digitized by Google

An. 1302. = Diploma dello stesso arcivescovo, con cui dichiara esenti da qualunque aggravio, o laico, o ecclesiastico le monache di sant' Apollinare. *Charta apud Saxium in Serie Archiep. ubi de Francisco.*

• 1303. = Brevi e carte spettanti alla unione del monistero di santa Maria di Fontegio con quello di santa Maria delle Veteri di Milano. *Chartæ in archivio Sanctæ Mariæ Veterum.*

Idem. = Diploma di Francesco, arcivescovo di Milano, con cui confarma le indulgenze già concedute a chi faceva limosina ai frati della Misericordia della casa vicina a san Michele alla Chiusa, detta della Colombetta. *Charta in archivio Ambrosiano.*

An. 1306. = Lettera di Francesco, Arcivescovo di Milano, ad Uguccione Bonromeo, vescovo di Novara, circa due cappelle spettanti alla Badia di Arona. *Charta presso il P. Zaccaria, della Badia di Arona, pag.* 159, *et seq.*

• 1307. = Diploma dello stesso arcivescovo a favore della chiesa e canonica di san Giorgio di Milano. *Charta apud Saxium supracit.*

Idem. = Ricognizione del breve di papa Clemente V contro i cavalieri Templari trasmesso agli inquisitori di Milano. *Charta in archivio Sancti Eustorgii.*

An. 1308. = Decreto del capitolo degli Ordinarj, essendo ancor vacante la sede arcivescovile, con cui si dichiara che gli Ordinarj stessi abbiano l'autorità di dare la prima tonsura. *Charta apud Castellum supracit.*

• 1310. = Lettera del cardinale Arnaldo da Peregrue, legato Apostolico ai monaci ed ai canonici di sant'Ambrogio, raccomandando loro un ministro che il re Enrico mandava a Milano per informarsi delle cose spettanti alla sua coronazione. *Charta apud Aresium supracit.*

Idem. = Concordia stabilita dallo stesso re de' Romani fra i Visconti e i signori della Torre. *Charta apud Muratorium Antiq. medii ævi. Tom. IV, p.* 650, *et seq.*

Idem. = Lettera scritta dal re Enrico al capitolo de' canonici di Monza, ordinando loro di mandare alcuni del loro ceto a Milano colle notizie spettanti alla coronazione. *Charta apud Bonincontrum Morigiam.*

An. 1311. = Spiegazione di un capitolo della soprascritta concordia. *Charta apud Murator. supracit.*

Idem. = Relazione di ciò che avvenne nella coronazione di Enrico VII in favore del vescovo di Vercelli. *Charta apud Ughell. in Episcopis Vercell.*

Digitized by Google

An. 1311. = Consegna fatta ad Astolfo, abate di sant'Ambrogio della corona, con cui fu coronato nella sua basilica il re Enrico VII. *Charta apud Aresium supracit.*

Idem. = Diploma di Enrico VII re de'Romani, con cui conferma i privilegi de'Trivilliesi. *Charta in archivio Trivilliensi.*

Idem. = Lettera dello stesso re scritta al comune di Milano a favore dei Trivilliesi. *Charta Ib.*

Idem. = Privilegio del medesimo, con cui accorda al luogo di Trivillio la protezione dell' impero, e lo riserva alla regia camera, dichiarandolo indipendente da ogni altro, fuorchè dall'impero. *Charta Ib.* = Henricus Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus. Universis Sacri Romani Imperii Fidelibus presentes literas inspecturis gratiam suam, et omne bonum. Ad hoc in sollio Regie dignitatis constituti sumus Divinitus, ut cunctis subjectis, et Fidelibus Imperii ad augmentum honoris, et commodi sui Regalis magnificentie benivolentiam prebeamus. Tunc quoque salubriter, et juste presidere credimus, dum quod justum, et honestum extitit devote postulantibus largimur, et eosdem in suis juribus favorabiliter confirmamus. Prudentes igitur Viros Commune, et Homines de Trivillio Grasso Glaree Abdue in nostram, et Imperii protectionem recipimus, et pro nostra Camera Terram illam servamus, atque tenemus. Ita quod de cetero in perpetuum Terra eadem nulli preter quam Romano Imperio subsit. Quamlibet quoque emptionem, seu permutationem per predictos Commune, et Homines Trivillii factam, et obtentam cum Monasterio Sanctorum Gervasii, et Protasii, seu Simpliciani Mediolani, omnemque liberationem, et absolutionem per ipsum Monasterium, et per alios quorum interest factas Communi, et Terre Trivillii supradicte, prout rite, et provide sunt facte ratas habentes approbamus, et confirmamus easdem. Dantes, et concedentes predictis Communi, et Terre Trivilli honorem, districtum, et jurisdictionem, ac merum, et mixtum Imperium, exercendum per Vicarium, qui per tempora Imperiali auctoritate rexerit in eadem. Omnes quoque predicte Terre Trivillii antiquas, et bonas consuetudines, ac statuta ipsorum justa, nec non quorumcunque privilegia Regum, seu Imperatorum Predecessorum nostrorum predicte Terre, Communi, et Hominibus de Trivillio juste concessa vel indulta confirmamus. Volumus insuper, et jubemus, quod Homines dicte Terre nostre Trivillii cum eorum victualibus mercimoniis, rebus suis, et negotiationibus quibuscunque secure ire, stare, transire, ac redire possint per totum Romanum Imperium, et ea libertate gaudeant, et gaudere, ac potiri possint, et debeant, qua Homines, et Fideles aliarum Terrarum Imperiali Camere subjectarum gaudent, et potiuntur. Preterea Seriolam, et aquam quam Comune, et Homines predicte Terre Trivilli defluere faciunt a Flumine Brembii, ac derivare Trivillium per Territorium ejus, quam aquam se asserunt acquisivisse justo titulo emptionis, quamque presentialiter pacifice possident, et quiete, prout ipsam aquam juste, et pacifice tenent, et possident eam sic confirmamus eis, et Communi predicto Trivillii, et presentis scripti patrocinio communimus. Nulla

Digitized by Google

ergo Civitas, nullus Baro, nullum Castrum, nulla Universitas, nullave Persona Ecclesiastica, vel secularis cujuscunque conditionis, preheminentie, sive status existat, dicte Terre Trivilli, Communi, et Habitatoribus ejus de cetero onus, vel condicium, aut gravamen aliquod, angariam, vel penangariam imponere audeat, vel presumat, nec Fodrum, seu collectam aliquam eis impositam hinc retro exigere audeat ab eisdem, neque eis aut dicte Terre in futurum imponere Fodra, vel gravámina aliqua quoquo modo presumat, preterquam Romanorum Rex, vel Imperator, cui predicti immediate subsint. Omnia vero gravamina eis vel eorum Communi, aut Terre, seu Hominibus imposita, seu inflicta predictis per quodcunque Commune, vel Officialem aliquem, cassamus, irritamus, et sint cassa, et irrita auctoritate nostre Regie Majestatis. Si quis autem hoc violare presumpserit centum libras puri auri componat medietatem Camere nostre reliquam medietatem passis injuriam persolvat. Hujus rei Testes sunt Venerabiles Balduinus Archiepiscopus Treverensis Germanus noster, Theobaldus Leodiensis, Aymo Gebeniensis, Gerlius Basiliensis, Ecclesiarum Episcopi; et Spectabilis Vir Valramus de Luzelemburg Frater noster, et alii quamplures, in cujus rei testimonium presentes literas scribi, et Majestatis nostre sigillo jussimus communiri.

Signum D. Henrici Romanorum Regis invictissimi.

Datum Mediolani, secundo Kalendarum Aprilis, anno Domini Millesimo trecentesimo undecimo, Regni vero nostri anno tertio.

Ego Frater Henricus Tridentinus Episcopus Sacre Imperialis Aule Cancellarius, vice D. Henrici Coloniensis Archiepiscopi per Italiam Archicancellarii, recognovi.

An. 1311. = Ricevuta delle solite sei marche d'argento, che pagava Trivillio ogni volta che il re veniva in Italia. *Charta Ib.*

Idem. = Diploma del re Enrico a favore del monistero di Chiaravalle. *Caroel. De aquis pag.* 380., *et* 389.

Idem. Diploma del medesimo, con cui conferma ai Milanesi tutti i loro privilegi, diritti, libertà e buone consuetudini. *Codex Diplomaticus Italiæ Tom. III. Part. I.*

Idem. = Lettera dello stesso sovrano scritta al comune di Trivillio intorno alla spedizione contro di Brescia. *Charta in archivio Trivilliensi.*

Idem. = Salvocondotto per gli uomini di Trivillio, e per le vettovaglie che da essi trasmettevansi al campo regio sotto Brescia. *Charta Ib.*

Idem. = Lettera del re Enrico ai Trivilliesi, ordinando loro di trasmettere al campo le vettovaglie ad essi imposte. *Charta Ib.*

Idem. = Canoni del concilio provinciale tenuto da Cassone Della Torre, arcivescovo di Milano, in Bergamo. *Charta Rer. Italic. Tom. IX.*

Digitized by Google

An. 1311. = Convenzione de' procuratori di Guido della Torre con altri signori Guelfi, e co' legati della città di quella fazione. *Murator. supracit. pag.* 615.

Idem. = Istrumento con cui il signor Guido Della Torre, ed altri Guelfi milanesi dichiararono loro procuratore Ubertino Porenzone. *Ib. pag.* 617.

Idem. = Atti per rimettere l'acquidotto della Vecchiabia nell'antico suo stato. *Chartæ apud Caroel. De Aquis pag.* 396., *et seq.*

Idem. = Ricognizione di tutti i borghi e terre soggette a particolari signori fatta da sei giudici del Collegio di Milano. *Charta in archivio Ambrosiano.*

Idem. = Diploma di Enrico VII, re de' Romani, circa il regolamento e i privilegi delle zecche d'Italia. *Argellat. De Monetis. Tom. II, pag.* 263.

An. 1312. = Lettera di Guarnerio, conte di Umberg ai Milanesi ed ai Monzesi, dove si contiene il diploma di Enrico VII, con cui lo aveva creato suo vicario generale in Lombardia. *Bonincontr. Morigia Chron. Modoet. Lib. II. Cap. XI. Corio sotto quell'anno.*

Idem. = Trattato conchiuso fra Roberto, re di Napoli, per una parte, e i signori della Torre e gli altri Guelfi milanesi esuli, per l'altra. *Corio sotto quell'anno.*

An. 1314. = Decreto di Cassone della Torre, arcivescovo di Milano, contro Matteo Visconte, e i suoi figliuoli e partigiani. *Corio sotto quell'anno.*

Idem. = Rescritti della città di Bergamo a favore della comunità di Trivillio per formare una nuova strada. *Chartæ in archivo Trivilliensi.*

An. 1315. = Editti pubblicati in Milano sopra le monete. *Chartæ ex Codice alias existenti in archivio officii Panigarolarum signato QQ.*

» 1316. = Fondazione di uno spedale in Trivillio. *Charta in Archivio ejusdem Burgi.*

» 1317. = Bolla della consacrazione di Aicardo, arcivescovo di Milano fatta da papa Giovanni XXII. *Saxius Series Archiep. Mediol. in Aicardo.*

» 1318. = Istrumento di procura fatta dalla città di Milano in due mercanti, per portarsi a Venezia a conchiudere con quella repubblica un trattato di commercio. *Ex Codice Marchionis Joannis Corradi.* = In nomine Domini Amen (Anno) a Nativitate ejusdem millesimo tercentesimo decimo septimo, Indictione quintadecima die Mercurii vigesimoseptimo mensis Aprilis. In Pa-

Digitized by Google

latio novo Comunis Mediolani convocato, et congregato Concilio mille ducentorum Virorum Consiliariorum Comunis Mediolani sono campane, et voce preconia more solito de mandato Nobilis, et Potentis Militis Domini Bonifacii de Aliate (Alice) de Guaschis de Alexandria honorabilis Potestatis Mediolani pro Magnifico Domini Mattheo Vicario (Vicecomite) Dei gratia Imperiali auctoritate Vicario, et Rectore, et Defensore Generali Civitatis, et Districtus Mediolani, in presentia Viri magni, et sapientis Domini Marci de Verdello Vicarii Generalis predicti Domini Vicarii, et Nobilis, et Sapientis Viri Domini Scoti de Guenzilibus (Gentilibus) de Sancto Geminiano Doctoris legum, Judicis, et Defensoris Societatis Justitiæ Mediolani . . . . predicti Domini Potestatis, et Vicarii, Domini Scoti, abbatum, et Antianorum, Capitaneorum, et Consiliarii (Consiliariorum) dicte Societatis, et de voluntate, et conscientia predictorum Consiliariorum in dicto Consilio existentium et ipsi Consiliarii cum consensu, et decreto, et autoritate dictorum Dominorum Potestatis, Vicarii, et Domini Scoti, et Abbatum, Antianorum, omnes simul nomine, et vice comunis, et Hominum Mediolani, fecerunt, et constituerunt et faciunt, et constituunt Discretos Viros Dominum Loterium de Augnerico, et Gulielmum de Pontio Cives, et Mercatores Mediolani, et quemlibet eorum in solidum, ita quod occupantis non sit melior (conditio) suos, et dicti Comunis Nuncios, Sindicos et Procuratores, et Actores et quodcunque melius esse possunt, ad tractandum, et faciendum nomine Comunis, et Hominum Mediolani, cum Comuni et Hominibus Venetiarum pacta, conventiones, compositiones, et transactiones, et concordias de omnibus, et singulis questionibus, contentionibus, et discordiis, que vertuntur, et sunt, et verti, et esse possent inter utrumque Comune, et Homines illorum Communium qualicunque causa, titulo, seu modo, quo, seu qui dici posset, et excogitari, et ad faciendum dicto Comuni, et Hominibus Venetiarum finem, pactum, absolutionem, et liberationem, et quietationem . . . . non petendo et ulterius non agendo, et totius Juris, et Hominum ejusdem remissionem de omnibus, et singulis, que Comune, et Homines Mediolani habere dedent, vel recipere a dicto Comuni, et Hominibus Venetiarum. Ita tamen quod predictis Sindicis non intelligatur data potestas ad remissionem vel finem aliquam faciendam Juris alicujus singularis Persone Civitatis Mediolani, que haberet contra aliquam singularem Personam, Civitatis Venetiarum, sine dato, confessione, vel facto Comunis Mediolani. Et ad contractum celebrandum super ipsa fine, pacto, et remissione; et ad faciendum nomine Comunis, et Hominum de Mediolano dicto Comuni, et Hominibus Venetianis ut supra omnes promissiones, et obligationes, et renuntiationes necessarias in ipsis contractibus ipsorum pactorum memoratorum, compositionum, et concordiarum etc. Item ad recipiendum nomine Comunis, et Hominum Mediolani ab ipsis Comuni, et Hominibus Venetiarum finem, quietationem, absolutionem, liberationem, et pactum de non petendo, et non agendo ulterius, et totius Juris dicti Comunis, et Hominum Venetiarum, remissionem de omni, et toto eo, quod illud Comune, et Homines Venetiarum habere debent, et recipere a dictis Comuni, et Hominibus Mediolani qualicunque de causa, titulo, seu modo, qui dici vel excogitari possit etc. Item promiserunt, et obligaverunt vicissim de ipso fine, et pacto et remissione, et concordia, et observationem

Digitized by Google

ipsorum pactorum, et dictarum compositionum, et concordiarum, et omnes contractus super predictis necessarios, vel utiles, et generaliter ad omnia, et singula facienda, et gerenda, que in predictis, et singulis, et eorum occasione utilia fuerint, et que facere possent, ipsum Comune, et Homines Mediolani si presentes essent. Promittentes super dictis nominibus, et modis super ippotheca omnium bonorum, rerum, et Jurium Comunis, et Hominum Mediolani ratum, gratum, et firmum, omni tempore habituros, et habiturum quicquid eorum Procuratores dixerint, et fecerint, et concesserint in predictis, et circa predicta. Dantes, et concedentes nominibus supradictorum eorum Sindicis, et Procuratoribus liberam, et generalem administrationem, et liberum, et generale mandatum omnium bonorum, et rerum Comunis et Hominum Mediolani pro predictis omnibus, et singulis faciendis, et gerendis, et executioni mandandis, que in predictis, videbuntur eis facienda, et agenda. Actum ut supra in dicto Palatio. Presentibus Martino Roba Filio Domini Jacobi Porte Ticinensis, Parochie Sancti Michaelis ad Clusam, et Jacobino de Briosco Filio qd. Domini Lantelmi Porte Orientalis, Parochie Sancte Marie ad Passarellam Notariis. Interfuerunt ibi Testes Girardus, qui dicitur Gratus Samaruga Porte Ticinensis Parochie Sancti Matthie in Moneta, Filius qd. Domini Odonis; et Alamaninus Rota Filius Domini . . . . . Porte Cumane, Parochie Sancti Prothasii in Campo foris; et Bellatus de Arzago Filius qd. Domini Gullielmi Porte Vercelline Parochie Sancti Petri de Linti; et Curadus de Casate Filius. qd. Domini Jordani Porte Orientalis Parochie Sancti Babille, Tubator Comunis Mediolani Testes. Ego Robertus Burrus Filius Domini Vercelli predicte Civitatis Mediolani Porte Romane publicus auctoritate Imperiali Notarius Camere Palatii Comunis Mediolani predictis interfui et rogatus tradidi, et subscripsi, et ad scribendum dedi infrascripto Jacobino Notario. Ego Jacobinus de Brioscho Filius Domini Lantelmi Civitatis Mediolani Porte Orientalis Notarius jussu suprascripti Rubertini scripsi.

An. 1317. = Trattato di commercio fra i Milanesi e i Veneziani, stabilito predetti procuratori. *Ib.* = Si omette, perchè è troppo voluminoso.

Idem. = Lega fra Matteo Visconte e Filippo di Savoja, principe di Morea, *Lunig. Codex Diplomat. Italiæ. Tom. III. Par. II.*

An. 1320. = Contratto fatto dal capitolo di san Giovanni di Pontirolo col permesso dell'arcivescovo Aicardo. *Charta in archivio Trivilliensi.*

Idem. = Juspatronato della chiesa dedicata alla Beata Vergine presso a quella di santa Maria di Pedone, conceduto dall'arcivescovo Aicardo al fondatore di quella chiesa Jacopo Scaccabarozzo milite. *Charta apud Scaccabarozzios.*

Idem. = Lettera di Bertrando cardinale e legato apostolico ai Prelati di Lombardia, ai quali notifica la scomunica da lui fulminata contro Matteo Visconte. *Rainald. ad hunc annum.*

Digitized by Google

An. 1321. = Bolla di papa Giovanni XXII, con cui scomunica solennemente Matteo Visconte. *Charta in archivio PP. Prædicatorum Papiæ.* = JOHANNES Episcopus Servus Servorum Dei ad futuram rei memoriam. Dudum querelis gravibus in Consistorio publico coram nobis propositis, contra Mattheum de Vicecomitibus de Mediolano, qui Civitatis Mediolanensis, ejusque districtus temporale regimen per aliquos annos hactenus exercuit, et exercet, super sævis oppressionibus, quas Ecclesiis, Monasteriis, et aliis piis locis, ac personis Ecclesiasticis, Secularibus, et Regularibus Civitatis et districtus prædictorum, realibus, et personalibus inferebat, frequentius excitatis, eundem Matheum in forma citavimus infrascripta. Johannes Episcopus Servus Servorum Dei ad Certitudinem præsentium et memoria futurorum. Paternæ Sollicitudinis gravitas Erga filios observantes Patris officium diligenter exequitur, cum pro illis consilium Capiens, pravis eorum non indulget affectibus, sed directionis virgæ non parcens, illos, prout res exigit, dirigere satagit, refragrantes justitiæ nunc fræni appositione refrænans, nunc utilium verborum adiectione castigans. Dudum siquidem in Consistorio publico fuit propositum coram nobis, quod Nobilis vir Mattheus Vicecomes, qui Civitatis Mediolanensis, ejusque districtus Temporale regimen per aliquos annos exercuit, et esercet, Ecclesiis, Monasteriis, et aliis piis Locis, ac personis Ecclesiasticis, Secularibus, et Regularibus Civitatis, et districtus prædictorum Collectam seu Talliam decem milium librarum usualis monetæ propria temeritate imposuit, ac per spoliationem rerum et Captionem personarum ipsarum, et Corporum Cruciatus, hujusmodi collectam extorsit ab eis, Capi, et incarcerari faciens, Adigerium de Parma dictum, tunc Vicarium Bonæ Memoriæ Castoni olim Archiepiscopi Mediolanensis, ut impositioni, et extorsioni dictæ collectæ præstaret assensum; ac collectam Triginta milium librarum tertiolorum Ordini Fratrum Humiliatorum Civitatis, et districtus prædictorum duxit pro suo libito imponendam, ipsamque per officiales suos violenter extorsit ab eis, mittendo stipendiarios suos per domos ipsorum Fratrum ad comedendum, et devastandum bona eorum, ex eo quod dictam pecuniam non solvebant; ac cæpit, et Carceri mancipavit Religiosum virum Fratrem Beltramum, tunc Generalem Magistrum Ordinis Prælibati, ex eo quod consentire nolebat, quod hujusmodi collecta dicto Matheo per Fratres sui Ordinis solveretur, Nec iis contentus, sed extendens amplius potestatis abusum, Galvaneum de Melegniano Fratrem dicti Ordinis, qui in impositione, et extorsione dictæ Collectæ favebat, et assentiebat eidem, per impressionem fecit eligi, et intrudi in Magistrum Ordinis memorati; Ac Petrum de Vigolono Fratrem dicti Ordinis, et Petrum de Lamerla tunc Prælatum domus Sanctæ Agathæ Mediolanensis ejusdem Ordinis Capi fecit, et dirissime tormentari, ac etiam Albertinum de Cantarellis ejusdem Ordinis Fratrem similiter Capi faciens, ipsum fecit tribus diebus juxta eculeum in Carcere detineri. Domum etiam omnium Sanctorum dicti Ordinis Laudensis Diœcesis per Gentes suas fecit funditus demoliri, ac Oliverium Fratrem domus Sancti Joannis de Alexandria Presbiterum dicti Ordinis, per Marcum Filium suum Capi, et duci fecit violenter ad Palatium Communis Allexandriæ et diris quæstionibus tormentari, idemque Oliverius semivivus relictus ad Civitatem Papiensem in quadam navicula fuit delatus. Jacobum etiam de Alliate Fratrem Ordinis sæpe dicti

Digitized by Google

per impressionem procuravit et fecit eligi, et intrudi in Magistrum dicti Ordinis Generalem. Ex quibus quidem Religiosorum Captionibus, incarcerationibus, Tormentis, seu quæstionibus personarum non est dubium, eundem Matheum, si præmissa veritate nitantur, diversas excomunicationum Sententias latas a Canone incurrisse. Nos itaque iis, quæ super hujusmodi Sacrilegiis, et offensis, coram nobis, et Fratribus nostris fuere proposita nolentes aures credulas faciliter adhibere, venerabili Fratri Nostro Berengario Episcopo Tusculano commisimus Oraculo vivæ vocis, ut videlicet an idem Matheus super præmissis laboraret infamia per fide dignos Testes se plenius informare, quæcumque super iis inveniret nobis postmodum relaturus, qui de præmissis per plures Fide dignos testes, quos is recepisse dinoscitur diligentius se informans, reperit eundem Matheum super hujusmodi Sacrilegiis, offensis, et excessibus, pro ut ex ipsius Episcopi relatione in Fratrum Nostrorum præsentia fideliter nobis facta, percepimus, graviter infamatum. Præmissa igitur per eundem Matheum in Dei Omnipotentis injuriam, Apostolicæ Sedis Contemptum, Ecclesiarum, Monasteriorum, et Piorum Locorum, ac Personarum Ecclesiasticarum enorme dispendium, Fidelium quoque Scandalum, et detestabilem exempli perniciem, ut dicitur, perpetrata, dissimulare absque gravi offensa Domini non valentes, cum ipsorum correctio, et punitio, tum quia reatus Sacrilegii cognitio, et punitio ad Ecclesiasticum forum spectat, tum etiam, quia Vacante Imperio, sicut et tunc vacare dignoscitur, ad nos et Apostolicam Sedem pertinet excedentium hujusmodi in Imperio consistentium ausus comprimere, oppressiones tollere, ac læsis, et oppressis justitiam ministrare, ac propterea ad inquisitionem veritatis, offensarum, et excessuum predictorum, apud Sedem Apostolicam cum certo sit certius, et notoria facti evidentia omnibus notum reddat, quod in Civitate, et districtu prædictis, quorum ut præmittitur temporale regimen idem Matheus noscitur exercere, per neminem contra eum fieri posset Inquisitio præmissorum, procedere intendentes, et considerantes, quod propter hæc et ipsius Mathei sævitiam manifestam, et faventem sibi quorundam vicinorum Locorum malitiam, pro ut etiam certum reddit rei indubia certitudo, præsentia ejusdem Mathei, in ejus domicilio, sive loco, per eos quibus citationis nostræ faciendæ de eo committeretur executio adiri non posset libere, sive tute, cum Fratribus Nostris super iis deliberatione præhabita, cogente justitia, infrascriptum modum Citandi Eundem Matheum, de ipsorum Fratrum Consilio elligentes, Tenore præsentium, præsente multitudine Copiosa Fidelium, citamus Eundem, ut idem Matheus, infra trium mensium Spatium, a data præsentium numerandorum, quod sibi pro peremptorio termino assignamus, sub decem milium marcarum argenti, et ammissionis omnium privilegiorum libertatum, immunitatum, Gratiarum, Feudorum, honorum jurium, officiorum, Honorum, et Concessionum quorumlibet ab Ecclesia Romana et Imperio, et quibuslibet aliis Ecclesiis concessorum eidem, pœnis etiam si hujusmodi terminus in tempus, vel diem inciderit feriatum, Apostolico se conspectui Personaliter repræsentet, facturus super iis, et recepturus quod justitia suadebit; Alioquin contra ipsum ad pœnas prædictas, et alias prout justum fuerit, et expedire viderimus, procedemus, ejus contumacia non obstante. Et ne idem Matheus satagens forte hujusmodi citationem elludere, quoquo modo causetur iter ad Sedem prædictam,

Digitized by Google

vel ipsam sibi non esse securam, licet manifestum existat, quod idem Matheus de Civitate, et districtu Mediolanensi per terras et loca sibi non suspectæ usque ad Civitatem Avinionensem, in qua cum Romana Curia ressidemus, venire possit libere et secure, et in dicta Curia, in qua omnes securitate gaudent, cum Sedes Apostolica cunctis ad ipsam venientibus locum suæ ressidentiæ liberum exhibeat et securum, non oporteat de securitate quomodolibet dubitare, Carissimus quoquo Filius noster Robertus Rex Siciliæ Illustris ob reverentiam dictæ Sedis omnibus venientibus ad eandem non solum non exibeat se infestum, sed per se et gentes suas benigne prossequatur eosdem, omnibusque ad dictam Sedem venientibus, in veniendo ad eam, morando et redeundo, per se et gentes suas prædictas securitatem generaliter duxerit concedendam, tamen ex habundanti, ut omnis sibi eludendi citationem hujusmodi matteria subtraatur, Venerabiles Fratres Nostros universos Patriarcas, Archiepiscopos, et Episcopos, et Generaliter universo Ecclesiarum Prælatos, et Carissimos in Christo Filjos nostros universos Reges et Ceteros Principes Seculares, ac Dominos Temporale, seu Rectores, et officiales, ac Regimina exercentes, et universitates Civitatum, Castrorum, et quorum cumque locorum, per quæ iter idem Matheus veniendo ad dictam curiam est facturus, per allias nostras literas, quas eidem Matheo, si ipsas sibi expedire viderit, et habere voluerit, per dilectum Filium nostrum Bertrandum Tit. Sancti Marcelli Presbiterum Cardinalem Appostolicæ Sedis Legatum in illis partibus commorantem mandamus et volumus, per certum ipsius Mathei Nuncium, si eum super hoc ad præsentiam ejusdem Legati direxerit assignari, rogandos duximus attentius et hortandos, ut eundem Matheum cum familiaribus, equitaturis, et rebus suis omnibus per terras, et loca eorum tam in veniendo ad nostram, et dictæ Sedis præsentiam, quam etiam redeundo, transire absque impedimento aliquo permittant libere, et secure, eique de securo conductu, cum eum, una cum Familiaribus, equitaturis, et rebus suis per terras et loca prædicta transire contigerit, et illum ab eis duxerit postullandum, in eundo, morando, redeundo; pro nostra et dictæ Sedis reverentia studeant liberaliter providere. Nos etiam dictum Matheum pro se, Familiaribus, ac rebus suis prædictis in veniendo ad dictam Sedem, morando, et redeundo sub protectione nostra, et Sedis recipimus memoratæ. Et uti contra processum citationis hujusmodi, omnis Calumniæ Tollatur occasio, cartas, sive menbranas, processum continentes eundem apendi seu affigi in majoris Avinionensis Ecclesiæ hostiis faciemus, quæ processum ipsum suo quasi sonoro præconio et patulo indicio publicabunt; Ita quod idem Matheus nullam possit excusationem prætendere, quod ad eum talis processus non pervenerit, vel quod ignorarit eundem; Cum non sit verissimile remanere quo ad ipsum incognitum, vel ocultum, quod tam patenter omnibus publicatur. Dat. Avinion. In Palatio Ejusdem Ecclesiæ Avinionen. XIIII. Kl. Decembr. Pontificatus nostri anno V. Quamvis igitur prædictam Citationem sic solemniter habitam, ac præsente multitudine Copiosa Fidelium sit publice promulgatam, ad ipsius Mathei notitiam pervenisse nuncii, et literæ ejusdem Mathei ad Dilectum Filium nostrum Bertrandum tit. Sancti Marcelli Presbiterum Cardinalem Apostolicæ Sedis Legatum in illis partibus commorantem super hoc missi, et per eundem Legatum super iis ad nos literæ postmodum destinatæ evidentius

Digitized by Google

manifestent; dictus tamen Matheus prædictis excessibus contumaciæ super aldendo contemptum comparere coram nobis in eodem Termino, videlicet XII. Kl. Martii proxime præterito Pontificatus nostri anno V, contumaciter non curavit. Et licet ob hujusmodi contumaciam manifestam potuissemus in dicto termino, exigente justitia, procedere contra eum; tamen de Fratrum nostrum Consilio, eundem Matheum in sequentem diem de gratia duximus expectandum, in quo etiam dicto Matheo, vel alio pro eodem minime comparente, adhuc in diem præsentem proximo subsequentem ipsum duximus expectandum, et cum nec tunc ipse, nec alius pro eodem coram nobis comparere, vel ejus absentiam, seu contumaciam excusare curaret, cum eisdem Fratribus super hoc deliberatione præhabita de ipsorum Consilio eundem Matheum reputamus, et pronunciamus, exigente justitia, contumacem, ipsumq. propter dictam contumaciam auctoritate Apostolica excomunicationis vinculo innodamus, decernentes auctoritate prædicta contra eum fore ad pænas alias in præmissæ citationis processu contentas; et alias contra eum spiritualiter, et temporaliter procedendum, sicut prædictorum excessuum enormitatem, et ejusdem contumaciæ induratæ proterviam viderimus postulare. Dat. Avinion. X. Kl. Martii Pontificatus Nostri anno V.

An. 1322. = Sentenza di Bertrando cardinal legato, di Aicardo arcivescovo di Milano, e degli inquisitori di Lombardia, contro Matteo Visconte. *Ughel. Tom. IV. ubi de Archiep Mediol. in Aicardo.*

Idem. = Lettere credenziali date da Federico d'Austria, eletto re de'Romani a tre suoi legati, e da essi pubblicate il Trivillio. *Charta in Archivio Trivilliensi.* = Nos Rodulfus de Hedden Miles, et Johannes de Turre Dominus Castellionis in Vallesio, ad Universorum Sacri Romani Imperii Fidelium notitiam publicam volumus pervenire, quod ex potestate nobis concessa a Serenissimo Principe Domino nostro Domino Federico Romanorum Rege semper Augusto, et per ipsius patentes litteras sue Majestatis sigillo pendente munitas, quarum tenor sequitur in hac forma . . . . . Federicus Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus. Ad universorum Sacri Romani Imperii Fidelium notitiam publicam volumus pervenire, quod cum Nos Nobiles Viros Rodulfum de Hedden Consanguineum nostrum, et Johannem de Turre Dominum Castellionis in Vallesio, et honorabilem Virum Magistrum Hermanum De Stochra Secretarios, et Familiares nostros Dilectos, nostros Procuratores in solidum constituerimus, et Nuntios speciales ad exigendum, petendum, et recipiendum nostro et Sacri Imperii nomine ab universis Civitatibus, Castris, Villis, Burgis, et a Rectoribus, Communitatibus, et Hominibus eorumdem in Lombardie partibus costitutis, et Romano subjectis Imperio, nec non a Baronibus, aliis Nobilibus, Vasallis, et Feudatariis, et Fidelibus partium earundem recognitionem, et Fidelitatis debitum Sacramentum, eisdem Nunciis nostris hanc potestatem duximus concedendam, ut prout opportunum fuerit cum dictis Civitatibus, Castris, Villis, et Burgis, ac Nobilibus, et Fidelibus prefatis tractare valeant de confirmandis ipsis per Nos ipsorum privilegiis, et gratiis a Divis Imperatoribus et Regibus Romanorum Predecessoribus nostris rite et rationabiliter

Digitized by Google

concessis; ipsaque promittere per nos item confirmari; ratum et gratum habituri quicquid per eosdem, vel duos ex ipsis in hac parte actum fuerit in premissis. Promittentes nostras Regales litteras eisdem concedere juxta tractatus super hujusmodi confirmationibus habitos, et nostro Regali sigillo communire. In quorum omnium testimonium dictis nostris Procuratoribus has nostras litteras scribi, et nostri sigilli munimine jussimus communiri. Datum in Scafusa XIIII. Kal. Julii Anno Domini Millesimo trecentesimo vigesimo secundo, Regni vero nostri anno octavo. . . . . Et omni modo, et jure quibus melius possumus, nomine ejusdem Domini nostri, et pro eo ad supplicationem Communis Castri de Trivillio Grasso debito tractatu, et deliberatione premissis promittimus per hec scripta, quod idem Dominus noster ommia et singula privilegia, et gratias eidem Comuni a Divis Imperatoribus, et Regibus Romanorum rite, et rationabiliter concessa, et concessas confirmabit, et suo Regali sigillo communibit, ad instar Dive Recordationis Domini Henrici Romanorum Regis immediate Predecessoris prefati Domini nostri. In quorum testimonium presentes fieri fecimus et nostrorum sigillorum appensione muniri. Acta, et data in dicto Castro de Trivillio Grasso in platea ejusdem Comunis. Anno Domini millesimo trecentesimo vigesimo secundo, Indictione sexta, die Martis quartodecimo Septembris. Presentibus. Alberto de Turre Fratre nostri Johannis predicti; Ottoni de Gutueris Astensi. Et Federico dicto Bet de Scafusa, et pluribus aliis Testibus vocatis, et rogatis hujusmodi confirmationi. Et ego Conradinus dictus Garbaglinus de Arochis publicus Mediolani Imperiali auctoritate Notarius, dictorum Dominorum Scriba predictis interfui, et rogatus publicavi, et testimonium me subscripsi. — Ego Petrinus Filius Domini Magistri Zaniboni de Cascho de Pergamo Notarius publicus Imperiali auctoritate hanc cartam jussu suprascripti Corradini dicti Garballi Notarii scripsi.

Idem. = Lettere scritte da Galeazzo Visconte a Monza. *Bonincon. Morigia. Lib. III. Cap. V.*

An. 1323. = Privilegio conceduto dal conte di Marestetem, vicario imperiale, in favore degli zecchieri di Milano. *Argellat. De Monetis Tom. II. pag.* 263.

» 1326. = Lettera di Lodovico Bavaro, eletto re de'Romani alla Comunità di Milano. *Bonincon. Morigia. Lib. III. Cap.* 33.

» 1327. = Ricevuta fatta dal medesimo principe ai Trivilliesi delle solite sei marche d'argento. *Charta in archivio Trivilliensi.*

Idem. = Decreto dello stesso principe, con cui costituì giudice ordinario del clero milanese Giovanni Visconte, in assenza dell'arciv. pubblicato da Giacomo Visconte. *Charta in archivio Ambrosiano.* = In nomine Domini Nostri, anno a Nativitate ejusdem 1327, indictione X, die lune 17 Augusti. Venerandus vir Dominus Jacobus Vicecomes Mediolanensis Ecclesie Ordinarius, judex Clericorum, et causarum suarum auctoritate Regia, astans in Ecclesia Mediolani, ju-

Digitized by Google

xta Altare Majus, ad petitionem, ac requisitionem plurium de Clero Mediolani ibi existentium, et ab eodem judice postulantium, et requirentium infrascripta debere fieri precepit mihi Paximo de Sarono Notario publico infrascripto, ut deberent autenticare et insinuare, et in publicam formam redigere infrascriptum Privilegium Sigilli Serenissimi Principis Domini Ludovici Regis Romanorum apensione munitum, ad hoc ut de cetero ei plena fides adhibeatur tanquam publice et autentice, et Originali Scripture, cujus Privilegii tenor talis est Ludovicus Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus. Ad hoc nos ille qui celum terramq. regit sua omnipotenti Ordinatione constituit, ut inter ceteras nostras solicitudines hec sit quasi precipua Ordinum Imunitates, seu libertates Clericorum omnium Secularium, seu Religiosorum, nec non totius status Ecclesiastici conservare, manutenere, ac defendere, imo etiam ut cultus divinus ex hoc sumat uberius incrementum promovere et augere frequentius debeamus. Ne igitur pro defectu Pastoris, seu Archiepiscopi Ecclesie Mediolanensis, qui eandem Ecclesiam propria temeritate, videlicet non recognoscendo jus nostrum, et sacri Romani Imperii, cujus tamen nos sumus verus Gubernator, et Rector, constituens se nostrum, et dicti Romani Imperii hostem publicum, et rebellem, tamquam repudiatam dimisit, et multo tempore ipsi debite consolationis, et refrigerii umbram subtraxit, nervum Ecclesiastice, seu Clericalis religionis ac discipline, in dicta Ecclesia totaliter disrumpatur, Universo ergo Clero . . . . Prepositis . . . . Abbatibus . . . . Prioribus, Canonicis, nec non aliis quibuscumq. Ecclesiasticis personis sive locis exemptis, et non exemptis, Civitatis, Diecesis, et districtus predictorum favorabiliter consulere cupientes, ipsis, ac Ecclesie Mediolanensi antedicte honorabilem, ac Sapientem virum Joannem de Vicecomitibus de Mediolano, de cujus fide, et devotione fiduciam specialem gerimus Judicem Ordinarium damus, facimus, constituimus, et usque ad nostrum, et Sacri Romani Imperii beneplacitum presentibus ordinamus. Sic quod ipse in Clericos, seu quascumque Ecclesiasticas personas exemptas, et non exemptas dictorum Civitatis, ac districtus, vel reos, aut reas per se, vel per alium, aut alios possit jurisdictionem exercere, et justitiam exibere temporalem omni modo, sicut Archiepiscopus Mediolanensis Ecclesie, vel ejus Vicarius generalis si essent, possent personaliter exercere, Brachium etiam cujuslibet Secularis judicis pro exercenda, seu sustinenda hujusmodi jurisdictione et justitia prefatus Joannes, vel ejus Vicarius Generalis cum opus fuerit implorare poterit, et debebit. Et idem Secularis judex pro executione jurisdictionis ipsius debet ipsi D. Joanni, vel suo Vicario, cum requisitus fuerit, sub penna indignationis Nostre, nec non majoris penne quam Nostro Arbitrio Reservamus ulterius infligendam, in omnibus effectualiter cooperari. Nullus ergo Vicarius, Rector Capitaneus, seu, jusdicens in Civitate, Diecesi, et districtu premissis in Clericos, sive Ecclesiasticas personas antedictas, nec non in bonis et singulis, que Ecclesiastico statui pertinere dinoscuntur jurisdictionem, seu justitiam possit, vel audeat in antea aliqualiter exercere, nisi per dictum Joannem, vel ejus Vicarium, vel alium, quem eis imposterum duxerimus judicem deputandum fuerit specialiter requisitus, et ipsius adsit expressus beneplacitus, et assensus, sicut pennas inferius expressa volunt evitare. Ad hec etiam de solita nostra clementia prefatis Clero, et Ecclesiasticis personis hanc gratiam facimus spetialem, quod

Digitized by Google

nullus Vicarius Rector, vel Potestas, seu jurisdictionem aliquam exercens temporalem, aliave persona cujuscumque, dignitatis administrationis, status, et conditionis existat nulla nec Ecclesie, vel universitatis Mediolanensis, vel alia de cetero ullam talleam, vel collectam, aut impositionem..... Abbatibus..... Prepositis Archipresbiteris Monasteriis, Hospitalibus, aliisve Ecclesiis vel Ecclesiasticis Personis quibuscumq. vel eorum bonis, vel aliis pro eis, vel eorum occasione directe, vel indirecte quocunq. quesito colore de cetero imponere, nec impositam exigere quoquomodo presumat; Sed potius ipsos deffendere teneantur a predictis. Nos etiam in antea, nec aliquis nostro Nomine, vel pro nobis ullam taleam, seu collectam de ipsis ecclesiis, ecclesiasticis personis, vel eorum bonis, et possessionibus, et rebus quibuscunq. sibi, vel ecclesiis, Monasteriis vel piis locis pertinentibus imponere, petere, vel exigere, nec etiam recipere debemus, vel debet quoquomodo, nisi casus forte contingat, quod pro nostris, et Imperii necessitatibus predictarum Ecclesiasticarum personarum subsidio egeamus, tunc enim ipsi nobis tantum pro tallea et collecta annua quatuor millia Florenorum Auri liberaliter solvere debent ad nostram requisitionem, ac Mandatum spetiale, et non alias, que tallea, seu collecta exigenda est per predictum Joannem judicem, vel per alium, qui tunc temporis per nos fuerit judex ordinarius constitutus. Si quis autem contra predicta, vel eorum aliquod facere, ausus fuerit, vel inobediens extiterit amissione msui Salarii, privationem omnis jurisdictionis, et cujuslibet administrationis sue indignationem Nostre Regie Majestatis, et Notam perpetue infamie incurrat ipso facto. Civitas vero, et Universitas contrafaciens penam decem millium marcarum argenti incurrat etiam ipso facto quarum medietas fisco nostro, alia vero injuriam passo applicetur. Persona vero alia quelibet singularis jurisdictione et administratione carens premissis gratiis nostris contraveniens indignationem Nostre Regie Majestatis, notam perpetue infamie et omnium suorum honorum publicationem in fiscum . . . . . se etiam ipso facto noverit incurisse. In quarum omnium robur, et evidens testimonium presentes Nostre Regie Majestatis sigilli munimine comunitas dedimus super eo. Datum Mediolani, quarto die Mensis Julii, anno Domini 1327, regni Nostri anno XIII. Actum ut supra presentibus Domino Zonfredo de Castana Canonico Ecclesie de Modoetia, D. Guilentio dela Strata, et Philipolo Bossio Canonicis S. Ambrosii Mediolani testibus, ad hec vocatis et rogatis.

Ego Petrinus filius D. Carloti de Sarono Civitatis Mediolani, Porte Verceline, Parochie Monasteri novi predictis autenticationi et insinuationi presens sui, et hanc autenticationem, et insinuationem cum autentico dicti privilegii diligenter auscultavi, et quia cum eo concordare inveni, ideo tradidi scripsi, et subscripsi.

An. 1329 = Lettera de'Signori Visconti scritta da Pisa alla città di Milano. *Bonincon. Morigia Lib. III. Cap. XXXIX.*

Idem = Lettera credenziale data da Lodovico Bavaro, intitolato imperatore a Lodovico duca di Tek, da lui creato castellano di Monza. *Id. Ib.*

Digitized by Google

An. 1329. = Diploma del medesimo principe, con cui concede il feudo di Vidigulfo a Giacobino da Landriano. *Charta apud Capitaneos de Landriano.*

Idem. = Diploma del medesimo principe, con cui concede il feudo di Castelletto sul Tesino ad Ottorino Visconte. *Charta apud Marchiones Vicecomites de Aragonia.*

Idem = Diploma del medesimo principe, con cui concede il feudo di Castellambro ad Uberto da Bescapè. *Charta in archivio Officii Panigarolarum. Cod. Sign. B. pag.* 246.

Idem. = Accordo fra il predetto principe ed Azone Visconte. *Corio sotto quell'anno. Lunig. Tom. I. part. I. Cod. Diplomat. Italiæ.*

Idem. = Lettera di papa Giovanni XXII, ad Azone ed a Giovanni Visconte *Rainald. ad hunc annum.*

Idem. = Statuti della canonica di s. Ambrogio di Milano. *Carta in archivio ejusdem Canonicæ.*

An. 1330. = Decreto della comunità di Milano, per la elezione di Azone Visconte in suo signore, e per l'approvazione di nuovi statuti. *Sitonus Monum. Vicecom. pag.* 6. *et seqq.*

1331. = Privilegio di Giovanni re di Boemia a favore della comunita di Trivillio per un acquidotto. *Charta in archivio Trivilii.* = Johannes Dei gratia Bohemie, et Polonie Rex, Lucemburgensis Comes, Brixie etc. Dominus Providis, Viris Vicario, Consulibus, Consilio, et Comuni de Trivillio salutem sinceram. Volentes vobis gratiam facere specialem intuitu Spectabilis Viri Ludovici de Sabaudia Domini Vavdi Affinis nostri Dilecti, et Nobilis Viri Guilielmi de Castrobarcho nostri Vicarii Pergamensis, qui pro vobis ipsam gratiam a Nobis cum instantia postularunt. Concedimus, et decernimus, ut possitis ducere, et decurrere facere a Flumine Brembii de nostro Territorio Pergamensi ad Terram de Trivillio, et per ipsum territorium aquam, seu Seriolam, quam, et sicut estis hactenus ducere consueti. Volentes, et vobis etiam pollicentes, quod nullus Subditus, aut Officialis noster Vos in aqueductu predicto de cetero turbare, vel molestare debeat, seu aliqualiter impedire. Mandamus igitur Vicariis, et Officialibus nostris, presentibus et futuris, Comuni, et Hominibus Pergami, et aliis quibuscunque Subditis et Fidelibus nostris, quatenus predictam nostram gratiam vobis debeant inviolabiliter observare, et facere observaveri, indignationem nostram et penam, quam pro motu Regio imponere voluerimus incursuri, si secus presumpserint attemptare. In cujus rei testimonium presentes conscribi, et sigillo nostro Regio jussimus communiri. Datum Parme, anno a Nativitate Domini Millesimo trecentesimo trigesimo primo, die prima mensis Junii.

Nos Ludovicus de Sabaudia Dominus Vvaudi etc. Notum facimus universis,

Digitized by Google

quod Nos vice, et nomine Serenissimi Principis Domini nostri Domini Johannis Dei gratia Bohemie, et Polonie Regis, Lucemburgens Comitis, Brixie, Pergami etc. Domini, habuimus, et recepimus a Communitate Trivillii pro restitutione aque decurrentis a Flumine Brembi ad Castrum Trivillii Mille sexcentum Florenos auri de Florentia boni ponderis et legalis. In cujus rei testimonium sigillum nostrum presentibus duximus apponendum. Datum Pergami quintadecima die mensis Junii, Anno Domini millesimo trecentesimo trigesimo primo.

An. 1332. = Testamento di Giovannino da Canziano condannato a morte. *Charta in archivio Hospitalis S. Jacobi, nunc in archivio Orphanotrophii Sancti Martini.*

1333. = Decreto del Tribunale di Provvisione di Milano intorno ai dazj. *Charta ex Codice March. Corradi pag.* 69 = In nomine Domini, anno a Nativitate ejusdem MCCCXXXIII. Indictione prima, die Veneris XVI. mensis Julii. Dominus Joannes de Mangano Vicarius Magnifici Domini Azonis Vicecomitis Mediolani (Domini) Generalis, et Duodecim Presidentes Provisionibus Communis Mediolani de voluntate, et beneplacito illius Azonis, de conservatione Datii denariorum XII pro lipra, quod colligitur ad Portas Civitatis, et illud Datium ad utilitatem ipsius Communis exigatur. Providerunt, et ordinaverunt, quod quelibet Persona undecunque sit, et cujuscumque status, et conditionis existat, vel habitus sit, que de cetero emerit, vel emi fecerit aliquos equos, vel equas, seu aliquas mercantias, sue res de quibus solvi debeat dictum Datium, aut solitum sit solvi ab aliquibus Personis totaliter non suppositis jurisdictioni Communis Mediolani, teneatur, et debeat solvere de ipsis equis, vel equabus, et rebus dictum Datium pro ipsis vendentibus sub pena amissionis ipsorum equorum, mercadantiarum, et rerum, quasemisset ab ipsis non suppositis jurisdictioni, et ultra condemnetur arbitrio Judicis Officio dicti Datii deputati.

Itemque Judex presidens Officio dicti Datii, et qui de cetero deputatu fuerit ipsi Officio possit, et ei licitum sit facere banniri quoscunque, qui accusati fuerint, vel contra quos procederet, vel fieret aliquod processum occasione illius Datii, quomodocunque, etiam elapsis octo diebus post requisitionem de eis factam, non obstante statuto loquente, quod elapsis octo diebus post requisitionem factam de aliqua Persona non possit dari bannum, et si daretur non valeat etc. ut in ipso statuto etc. et non obstantibus aliquibus aliis Provisionibus, juribus, factis nec ordinationibus in contrarium loquentibus; et quod ipsum bannum datum per ipsum Dominum Judicem elapsis dictis octo diebus et quomodocunque, tempore quo voluerit, ac si datum foret termino octo dierum.

Item quod quelibet Persona undecunque, et cujuscunque status, et conditionis existat, que de cetero vendiderit, seu vendi fecerit, aliquos equos, vel equas, seu mercantias, seu res de quibus solvi debeat dictum Datium, aut solitum sit solvi, aliquibus Personis totaliter non suppositis jurisdictionis Communitatis Mediolani teneantur, et debeant solvere de ipsis equis, vel equabus, mercantiis, e rebus pro ipsis ementibus, pro introitu, et exitu, et hoc sub pena amissionis

Digitized by Google

ipsorum equorum, et equarum, mercantiarum, et rerum, et ultra condemnentur arbitrio Judicis illi Officio deputati.

Item quod Judex presidens Officio dicti Datii, et qui preerit de cetero habeat plenum, et merum arbitrium procedendi ad condemnationes, mulctandi, et puniendi quoscunque fraudantes, et fraudare volentes, seu facientes contra formam statutorum, et Ordinamentorum Comunis Mediolani factorum super dicto Datio. Non obstantibus aliquibus juribus comunibus, nec etiam Statutis, Provisionibus et Ordinamentis Comunis Mediolani; et non obstante quod locus commissi criminis non fuerit declaratus, determinatus, vel coherentiatus per coherentias, et quod non possit opponi super aliquibus processibus factis, et fiendis per ipsum Dominum Judicem de incertitudine, nullitate, et obscuritate, et quod omnes processus facti, et qui fient per Dominum Judicem valeant, teneant, et obtineant omnem roboris firmitatem, ac si in eis foret omnis juris consuetudo servata; et predicta omnia, et singula possit facere dictus Dominus Judex, et ei licitum sit sine strepitu, et figura Judicii; omnium jurium Communium, et Municipalium solemnitatibus omissis.

An. 1334. = Sentenza del podestà di Milano e della sua curia contro di un notajo falsario. *Carta in archivio Canonicorum S. Ambrosii.*

Idem. = Vendita di parte di un acquidotto fatta dai signori della famiglia della Torre alla comunità di Trivillio. *Carta in archivio Trivillii.*

An. 1335. = Giurisdizione accordata dal signor di Milano ai Monzesi. *Decreta antiqua Mediolani Ducum. pag.* 48.

• 1336. = Capitolazione fra Azone Visconte, e Francesco Scoto, per la resa di Piacenza. *Lunig. Codex Diplomat. Italiæ. Tom. I, part. I.*

• 1337 = Stabilimento dello spedale di santa Caterina in Milano. *Puricel. Nazar. Cap.* 116. *Gio. Antonio Castiglioni. Onori di Santa Caterina, pag.* 12.

• 1339. = Istrumento di procura fatta da Giovanni e Luchino Visconti in Guidotto del Calice per affari col sommo pontefice. *Rainald. ad an.* 1341. *num.* 29, *et seqq. Ughel. supracit. in Joanne Vicecomite.*

• 1340. = Istrumento di procura fatta da' Milanesi nel medesimo Guidotto per ottenere dal papa l'intera assoluzione dalla scomunica, e dall'interdetto. *Charta in Codice Annalium Mediolanensium servatum Novariæ, et apud Marchiones de Fagnano Mediolani, et alibi. Sorman. De Anathemate. Cap. VII. in fine et Cap. VIII.* Si omette per essere troppo voluminoso.

Idem. = Fondazione di un beneficio parrocchiale nella chiesa di san Nazaro alla Pietra Santa di Milano, chiesa di Juspatronato della famiglia de' Capitani di Landriano. *Charta apud Capitaneos de Landriano.*

Digitized by Google

An. 1340. = Vendita di alcuni beni in Vedano ai frati ed alle sorelle della Casa di Vedano dell'ordine di sant'Agostino. *Charta in archivio Ambrosiano.*

• 1341. = Bolla di papa Benedetto XII, con cui conferisce a Giovanni ed a Luchino Visconti il vicariato imperiale di Milano. *Ughel. supracit.*

Idem. = Bolla del medesimo, con cui assolve pienamente i Milanesi dalla scomunica e dall'interdetto, imponendo le penitenze. *Rainald. ad hunc annum. Num. XX, et seqq.*

Idem. = Istrumento del giuramento dato al sommo pontefice da Giovanni e Luchino Visconti. *Ughel. supracit.*

Idem. = Bolla dello stesso sommo pontefice, con cui annulla i processi già fatti contro Giovanni e Luchino Visconti. *Ughel. supracit.*

Idem. = Unione di una casa religiosa del luogo di Niguarda collo spedale di santa Caterina di Milano. *Castiglioni. Onori di S. Caterina, pag.* 18.

Idem. = Fondazione del monistero di sant' Orsola di Milano. *Buonavilla. Notizie de' frati Minori, pag.* 174

An. 1342. Privilegio accordato da Giovanni Visconte, arcivescovo di Milano, ai monaci di Caravalle, per l' uso della messa privata, e dell' officio secondo il rito romano in alcune loro case. *Saxius de Preced. Cap. XXV.*

• 1344 = Fondazione della chiesa di santa Maria di Caselio, diocesi di Milano, fatta da Beltramino da Paravicino di Caselio, vescovo di Bologna. *Charta apud Paravicinos.*

Idem. = Giurisdizione accordata dai signori di Milano ai Trivilliesi. *Charta in archivio Trivilii.*

An. 1347. = Lega fra i signori Visconti e i marchesi di Monferrato e di Saluzzo con Umberto, delfino di Vienna. *Lunig. Cod. Diplomat. Italiæ Tom.* I, *part. I.*

• 1348. = Testamento del sopramentovato Beltramino, vescovo di Bologna. *Charta apud Paravicinos.*

Idem. = Decreto del tribunale di provisione a favore de' mercanti di Milano per la guerra co' Mantovani, e per la peste. *Charta in Codice Marchionis Corradi pag.* 120. = In nomine Domine Amen (Anno) MCCCXLVIII. Indictione prima, die Mercurii, nono mensis Iulii. In camera Domini Raymundi de Archidiaconis Vicarii Dominorum Mediolani convocatis, et congregatis infrascriptis Sapientibus ejus Domini Vicarii mandato, quorum nomina (sunt) hec. Do-

Digitized by Google

mini Beltramolus de Laude, Ioannolus dictus Stizus. Menclozius, et Albertolus de la Porta, Franciscus de Submagistris, Leonellus Morigia Ioannes Beaqua, Bertolus de Cremona, Ioannolus Serazonus, in presentia Dominorum XII. Sapientum proposuit, et dixit, quod quia propter Guerram de Mantua, et de partibus circumstantibus Mercatores, qui soliti sunt facere transitum a partibus inferioribus ad partes ultramontanas et e converso cum eorum mercadantiis uti, nec ire non possint per Mantuam, consilium ab eis requiritur, ut sibi consulant de itinere tuto, per quod possint dicti Mercatores, cum eorum mercadantiis tuti ire, et redire, et de solutione fienda, ac de ipsis mercantiis transituris per dictum iter ordinatum, quia secundum eorum consilium facta prius relatione Magnifico Domino D. Luchino Domino Mediolani de predictis, in predictis procedetur. Dominus Beltramolus de Laude unus ex sapientibus predictis sic dixit, et consuluit, quod Mercatores predicti cum mercantiis de cetero utantur, et vadant eundo a Mediolano ad partes inferiores ad Pergamum, et inde Brixiam, Veronam, et Ferrariam; et quot Pergamum solvant de mercantiis ipsis tantum quantum solvebant in Laude; et Brixia tantum quantum solvebant Creme, et Piziguitoni; et quot terminus, qui erat in primis provisionibus duorum mensium, infra quod Mercatores poterant eorum Mercantias extrahere de Civitate Mediolani sit trium mensium, vel duorum cum dimidio; et quot Domini rogentur, ut velint se operari cum Dominis Verone, ut Mercatores forenses transeuntes perinde cum eorum Mercantiis servent illud pactum, quod factum est per Mercatores Mediolani in solutione Datii Mercatorum. Id quod servabant eis, quando utebantur. et transitum faciebant cum Mercadantiis per Mantuam, et Ferrariam, ante Guerram predictam. Item consuluit, quod terminus duorum mensium, de quo supra sit mentio, ob dictam Guerram, et ob caminum ruptum ipsa occasione, quo uti non poterant dicti Mercatores forasterii, cum mercadantiis ipsorum, non sit cursus, nec expiratus dictis Mercatoribus de mercadantiis ipsorum, quas de Mediolano extrahere non poterant propter dictam Guerram, sed quando dictum caminum novum erit ordinatum, tunc incipiat dictus terminus duorum mensium currere. Item consuluit, quod quia ob Pestem morbi prohibitum est Nunciis venientibus de partibus morbosis, ne transeant veniendo versus Mediolanum, ex quo non modicum periculum, et damnum Mercatoribus de Mediolano accedere posset, quod Dominus rogetur, quod velit et dignetur, quod si contigerit aliquos Mercatores ire cum literis, que dirigantur Mercatoribus Mediolani ad passus, et portos subditos dictis Dominis, ordinare per Custodes ipsorum teneantur, et debeant ipsas literas a dictis Nunciis recipere, et per alios Nuncios Mediolani mittere expensis dictorum Mercatorum, quibus dicte littere mittentur. Cui consilio dato per Dominum Beltramolum omnes alii Consiliari, et sapientes in omnibus, et per omnia consenserunt, et sic nemine discrepante concordaverunt, et reformaverunt in omnibus, et per omnia debere fieri pront dictus Dominus Beltramolus consuluit.

An. 1549. = Nuovo trattato di commercio fra i Milanesi e i Veneziani. *Charta ib. pag.* 169. *Si omette per essere troppo voluminoso.*

Digitized by Google

An. 1349. = Ricognizione fatta dal comune di Milano a favore di Giovanni Visconte come suo signore, ed a favore de' discendenti legittimi di Matteo, come suoi successori. *Siton. Monum. Vicecom.*

Idem. = Fondazione della Certosa di Garegnano presso Milano, detta *Agnus, Dei*, fatta da Giovanni Visconte. *Charta in archivio ejusdem Chartusiæ. Saxius Series Archiep. in Io. Vicecomite.*

Idem. = Pace fra il marchese di Monferrato ed il conte di Savoja, conchiusa da Giovanni Visconte. *Benvenut. de Sancto Georgio ad hunc annum.*

Idem. = Attestato di Paganolo Panigarola a favore de' Trivilliesi. *Charta in archivio Trivilliensi.* = MCCCXLVIIII. Indictione secunda die, Sabbati, duodecimo Julii. Sapiens Vir D. Simon de Pontremulo Vicarius D. Mediolani, et Exgravator D. et Comunis Mediolani, cui hoc negotium specialiter est commissum per prefatum D. Mediolani precepit, et imposuit mihi Paganolo Panigayrolæ Notario ad Statuta Comunis Mediolani ac Sapientum qui cum eo D. Simone nuper prefuerunt ad correctionem et exarationem Statutorum Comunis Mediolani nondum publicatorum. Quatenus de libris, et capitularibus Statutorum nuper factorum, et nondum publicatorum deberem tollere, et cancellare, et sic cancellavi; Statutum, et notulam Statuti, in quo, vel qua nominatum sit Comune Trivilii, in quantum tangit illud Comune Trivilii. Et hoc quoniam sic habet in mandatis a Reverendissimo in Christo Patre et Domino Dominо Johanne Dei gratia Sancte Mediolanensis Ecclesie Archiepiscopo, ac Civitatis Mediolani Domino etc., vigore literarum prefati Domini, quarum literarum ejus sigillo signatarum tenor talis est. Johannes Dei gratia Archiepiscopus, et generalis Dominus Mediolani etc. Sapienti Viro Domino Simoni de Pontremulo Vicario, et Exgravatori nostro salutem in Domino. Volumus, et mandamus, ac tenore presentium inhibimus Vobis, ne per Statutarios Comunis Mediolani contra Fideles nostros Subditos, Comune, et Homines de Trivillio aliqua statuere, seu statuta facere permittatis, vel quodlibet innovare; ed hoc quoniam constat Nobis ipsos de Trivillio esse privilegiatos, et jurisdictionem habere per se. Cum et intendamus ipsos, et alios nostros Subditos in suis jurisdictionibus confovere, et totaliter gubernare. Et si qua novitas esset facta faciatis revocari. In quorum testimonium presentes fieri iussimus, et nostri sigilli munimine roborari. Datum Mediolani Milesimo trecentesimo quadragesimo nono, die undecimo Julii. Indictione secunda. Ego Paganolus Panigyarola Notarius ut supra subscripsi, et registravi, et ad scribendum infrascripto Beltramolo Crivello Notario dedi. Ego Beltramolus Crivellus Notarius Comunis Mediolani Porte Vercelline Parochie Sancte Marie ad Portam iussu, et mandato suprascripti Paganoli Notarii scripsi, et gloxavi ubi legitur: Et sic cancellavi: et me subscripsi.

An. 1349 o 1350. = Contratto di sposalizio fra Galeazzo II Visconte e Bianca di Savoja. *Du Mont. Codex Diplomat. Tom. I. P. II, pag.* 257.

Digitized by Google

An. 1349 o 1350. = Esenzione accordata dalla comunità di Milano per ordine di Giovanni Visconte alla Certosa di Garignano. *Charta Ib.*

Idem. = Breve di papa Clemente VI, a Giovanni Visconte, con cui gl'impone di restituire Bologna alla santa sede. *Rainald. ad hunc annum, num. XII.*

An. 1351. = Istrumento di procura fatta da Giovanni Visconte in alcuni inviati mandati ad Avignone per conchiuder la pace. *Rainald. ad hunc annum, num. XXXI.*

Idem. = Decreto del consiglio generale di Milano per la pubblicazione de'nuovi statuti. *Ex Codice Statut. M.S.*

An. 1352. = Atto della restituzione di Bologna fatta dall'arcivescovo Giovanni Visconte alla santa sede. *Rainald. ad hunc annum num, VII, et seqq.*

Idem. = Bolla di papa Clemente VI. con cui concede a Giovanni Visconte ed a'suoi nipoti il vicariato di Bologna. *Ib.*

Idem. = Editto di Giovanni Visconte, arcivescovo di Milano, intorno alla condotta ed alle vesti del clero. *Decreta antiqua Mediol. Ducum., pag. 5, et seq.*

An. 1353 = Atti della pace fra Giovanni Visconte, e i Fiorentini. *Ughel. supracit.*

Idem. = Inventario del tesoro della chiesa di san Giovanni Battista di Monza. *Charta in Archivio ejusdem Ecclesie.*

Idem. = Disposizione testamentaria di Giovanni Visconte, signore ed arcivescovo di Milano. *Charta in Archivio Hospitalis Majoris Mediolani.* = In Nomine Domini Amen. Noverint Universi præsens Instrumentum publicum inspecturi, quod Nos Joannes Vicecomes Dei, et Apostolicæ Sedis gratia Sanctæ Mediolanensis Ecclesiæ Archiepiscopus, ac Civitatis Mediolani etc. Dominus Generalis mentis, et Corporis per Dei gratiam sospitate gaudentes, et attendentes, quod diem Mansionis exstremæ piis cum operibus prævenire debemus ac æternorum intuitu seminare in Terris, quod redente Domino cum multiplicato fructu recoligere valeamus in Cælis, ut Bona Nobis divina miseratione concessa taliter ad Dei Laudem, et Servitium disponamus, quodipsorum dispositio Anime Nostre, ac animabus Nostrorum prodesse valeat ad æternam gloriam promerendam, ad honorem, et gloriam Omnipotentis Dei, et Beatissimæ Virginis Mariæ Matris Domini Nostri Jesu Christi filii ejus, ac totius Curiæ Cælestis, et principaliter Beatæ Virginis, et Martiris Agnetis sub cujus vocabulo in Ecclesia Mediolani est Capella cum Altari fundata in qua Nostram eligimus Sepulturam: volentes post obitum Nostrum in Archa bonæ

Digitized by Google

memoriæ qu. Domini Ottonis olim Mediolani Archiepiscopi claudi cum devotis obsequiis Corpus Nostrum pro animæ Nostræ, ac animarum Nostrorum Salute, et pro satisfactione et expiatione cujuslibet obligationis omnium quibus essemus quomodolibet obligati: Ordinamus, et Volumus, et de Nostræ Mentis Sinceritate statuimus, quod ad Capellam, seu Altare dictæ Sanctæ Agnetis Virginis in Ecclesia Mediolani prædicta, in qua de novo creamus, et ex bonis nostris infrascriptis dotari proponimus tres Sacerdotales præbendæ, et ipsarum singulæ singulos habeant Capellanos, qui serviant in eisdem, quos Tres Capellanos instituendi donec vixerimus facultas ad nos tantum libere pertineat nobisque competat pleno jure, quibus cedentibus, vel decedentibus, vel perperam se habentibus nobis viventibus potestas resservetur tamen Nobis illum, vel illos qui perperam se habebunt destituendi, et . . . . . alium, vel alios ad hujusmodi præbendas quacumque modo vecantes quotiescumque fuerit opportunum. Volumus autem, et ex nunc deputamus, et damus ipsis Tribus Capellanis illa tria Hospitia, quæ de nostris propriis denariis non autem de Mediolanensis Ecclesiæ denariis, vel alterius Ecclesiæ, sed de Nostris tantum acquisivimus, et habemus ante Portam Ordinar. Mediolanensis Ecclesiæ pro habitationibus eorum per eos habenda libere, et tenenda quorum Trium Hospitiorum unum fuit Procedi de Fenegroe Notarii, et a suis hæredibus ipsum de Nostris propriis denariis aquisivimus, ut dictum est, aliud fuit primo Monasterii de Clivate, deinde Presbit. Petri de Plantanidis, qui ipsum habuit in permutationem a dicto Monasterio dato in permutationem eidem Monasterio uno alio sedimine jacente in P. N. Mediolani, a quo Presbitero Petro ipsum sedimen postmodum aquivimus de Nostris propriis denariis, et aliud Hospitium fuit primo Petrutii Vicecomitis, et deinde Mariæ Uxoris Johannoli Vicecomitis de Olegio, a quibus Jugalibus ipsum Hospitium eminus de nostris propriis denariis, ut est dictum supra. Item Volumus, et Ordinamus quod fiat seu compleatur in Ecclesia Sancti Joannis de Modoetia una alia capella sub vocabulo ad reverentiam, et honorem Sancti Joannis Evangelistæ cujus provisio, seu Institutio donec vixerimus ad nos tantum libere, ut de allis tribus suprascriptis præmittitur, nobis competat pleno jure; Item Volumus, et Ordinamus quod fiat in Ecclesia de Pontirolo una alia Capella sub vocabulo ad reverentiam, et honorem Sancti Ambrosii, cujus provisio, et institutio donec vixerimus ad Nos tantum libere ut supra competat pleno jure, quos quidem Capellanos volumus, statuimus, habere debere ut inferius continetur quolibet Anno usque in perpetuum de fructibus, et reditibus infrascriptorum nostrorum bonorum in Festo Sancti Martini; videlicet illi Tres Capellani Altaris Sanctæ Agnetis singuli ipsorum trium libras centum viginti quinque Tertiolorum monetæ nostræ currentis Mediolani, et secundum valorem ipsius monete, et alii duo Capellani Capellarum dictarum Ecclesiarum de Modoetia, et de Pontirolo singuli ipsorum duorum libras centum Tertiolorum dictæ monetæ nostræ Mediolani currentis, et secundum ejus valorem. Venerabili autem viro Domino Morello de Benedictis decretorum Doctori nostro in spiritualibus Vicario Generali, ut habito Consilio Dominorum Archipresbiteri, et Ordinariorum prædictæ Mediolanesis Ecclesiæ imponendi onera specialia prædictis quinque Capellanis, sicut ad Dei laudem servitium, et honorem convenire crediderit permit-

Digitized by Google

timus Potestatem. Item statuimus, et ordinamus quod quotiescunque aliquis Capellanorum prædictorum receperit aliquam aliam præbendam sive magnam sive parvam statim ipso jure sit privatus ipsa Nostra Capella, e, quod statim alius, vel alii loco ejus, vel eorum suprogetur, vel suprogentur modo, forma, et ordine, ac a Personis inferius anotatis. Item volumus, et ordinamus quod quotiescumque aliquis prædictorum Capellanorum tenuerit Ammassiam in Domo sua, vel alibi, aut perperam se habuerit ut mereatur privari, et hoc probatum fuerit, quod statim ipso jure ipsoque facto sine alicujus Judicis Sententia privatus sit ipsa Præbenda, et quod statim alius vel alii subrogetur, seu subrogentur loco ipsius, vel ipsorum modo, et forma, ac ordine, et a Personis inferius anotatis; videlicet quod post nostrum decessum Archipresbiter Archidiaconus, et Vicedominus Ecclesiæ Mediolani, si omnes sint præsentes, alioquin duo, vel unus ex ipsis qui præsentes, seu persens fuerit, vel si nullos ipsorum præsens fuerit Capitulum Ecclesiæ Mediolani illum et illos ex ipsi Tribus Capellanis dictæ Capellæ Sanctæ Agnetis qui ut præmititur privationem merebuntur, et Capitulum dictæ Ecclesiæ de Modoetia ipsum Capellanum dictæ Capellæ Sancti Joannis per Nos in eadem Ecclesia de Modoetia ordinatum, si privationem ut supra merebitur, et Capitulum dictæ Ecclesiæ de Pontirolo ipsum Capellanum dictæ Capellæ Sancti Ambrosii per nos in ipsa Ecclesia de Pontirolo ut præmittitur ordinatum, si ut premittitur merebitur privationem destituendi, et movendi habeant plenam, et liberam potestatem. Cædentibus vero, vel decedentibus ipsis quinque Capellanis vel aliquo eorum, et etiam dictis quinque Sacerdotalibus præbendis vel ipsarum aliqua quomodocunque vacantibus, vel vacante volumus, statuimus ac, firmiter ordinamus, quod post nostrum decessum Archipresbiter, Archidiaconus, ac Vice-Dominus prædictæ Mediolanensis Ecclesiæ, si omnes sint præsentes, alioquin duo, seu unus ex ipsis qui præsentes, seu præsens fuerit, vel si nullus ex ipsis præsens fuerit totum Capitulum dictæ Mediolanensis Ecclesiæ provideant, ut statuitur dictæ Capellæ Sanctæ Agnetis, et dictis Tribus Sacerdotalibus præbendis ad ipsam Capellam in eadem Ecclesia creatis quotiescunque, et quandocunque vacabunt de alio, vel de aliis idoneis, et in ipsis tribus Sacerdotalibus præbendis illum, vel illos quibus ut præmititur fuerit provisum instituendi; sed Capitulum dictæ Ecclesiæ de Modoetia ipsi Capellæ Sancti Joannis Evangelistæ in ipsa Ecclesia de Modoetia per Nos ut premititur ordinatæ quotiescumque, et quomodocumque vacabit de alio idoneo ut sequitur providendi et in ipsa illum, cui ut præmititur provisum fuerit instituendi, dictumque Capitulum Ecclesiæ de Pontirolo ipsi Capellæ Sancti Ambrosii in Ecclesia ipsa de Pontirolo per Nos ut præmititur ordinatæ quotiescumque, et quomodocumque vacabit de alio providendi, et in ipsa illum cui ut præmititur provisum fuerit instituendi habeant plenam, et liberam Postestatem: ita tamen quod prædicti, et quincumque ex ipsis qui secundum Ordinationem præmissam hujusmodi præbendis vacantibus, ac ipsarum cuilibet cum vacabit habuerint, et debuerint providere, et in ipsis instituere infra quindecim dies tantum continue computandos a die quo hujusmodi vacatio in Ecclesiis sive Ecclesia, in quibus seu qua sint præbendæ, seu præbenda hujusmodi quas, seu quam vacare continget publice nota erit de viris idoneis nullum aliud benefitium habentibus in

Digitized by Google

Sacerdotali ordine, ac ætate legitima constitutos teneantur, et debeant præbendas hujusmodi providere, et Personas hujusmodi quibus providerint instituere in eisdem, alioquin ad Dominum Archiepiscopum Mediolani, qui pro tempore fuerit ipso jure ipsoque facto, ac sine alia Judicis Sententia Potestas hujusmodi libere devolvatur, ac devoluta, et translata intelligatur per alios quidecim dies immediate sequentes tantumodo duratura; quod si præfatus Dominus Archiepiscopus præsens, vel absens ubicumque, et quantumcumque distaverit a Civitate Mediolani. infra prædictos quindecim dies in hujusmodi vacatione non providerit personis idoneis, et ipsas non instituerit ut est dictum, vel si tunc Sedens Archiepiscopalis vacaret, ex nunc ipso jure ipsoque facto, sine alia Judicis Sententia, Potestates hujusmodi plene, ac libere devolvantur, et transferantur, et devoluta, et translata sint, et intelligantur per alios quindecim dies ex tunc immediate sequentes tantumodo duraturos, in illius Hospitalis Magistrum, et Conventum, qui secundum Nostram ordinationem præsentem, et secundum donationem quam sibi facere intendimus habebunt infrascripta Nostra bona, et ex ipsorum bonorum reditibus, et proventibus debebunt Capellanis providere, et si forsan hujusmodi Magister, et Conventus, aut si prædictus Magister abesset tunc, et eo casu prædict. Hospitale, et Conventus infra prædictos quindecim dies in hujusmodi vacatione non providerint, et non instituerint ut dictum est, et tunc Potestas hujusmodi ipso jure ipsoque facto, sine alia Judicis Sententia, transferatur, et revertatur, et reversa translata, et devoluta intelligatur, et sit per alios dies quindecim immediate sequentes tantumodo duratura in suprascriptos Archipresbiterum, et Archidiaconum Vicedominum, et Capitulum Ecclesiæ Mediolani, prout gradatim, conjunctim, et separatim anotatur, quantum ad suprascriptas tres præbendas Sacerdotales in Ecclesia Sanctæ Agnetis superius ordinatas; quantum vero ad præbendam in suprascripta Ecclesia de Modoetia superius ordinatam ad ipsius Ecclesiæ de Modoetia Capitulum, et quantum ad præbendam in prædicta Ecclesia de Pontirolo ordinatam ut præmititur ad ipsius Ecclesiæ de Pontirolo Capitulum Potestas hujusmodi ipso jure ipsoque facto sine aliqua Judicis Sententia revertatur, transferatur, et devolvatur, et reversa, translata, et devoluta sit, et inteligatur per alios quindecim dies immediate sequentes, penes quodlibet Capitulum prædictarum Modoetiensis, et de Pontirolo Ecclesiarum tantum duratura, et si forsan infra suprascriptos quindecim dies omiserint, ut præmititur providere, et instituere, ipsa Potestas ipso jure ipsoque facto sine alia Judicis Sententia Ordine serioso revertatur, transferatur, et devolvatur, et reversa, translata, et devoluta sit, et intelligatur in præfatum Dominum Archiepiscopum, et ab eo infra quindecim dies ipso præsente, vel absente ut præmititur providere, et instituere omitente, vel Archiepiscopali Sede vacante in Magistrum, et Conventum præfatos, ita quod solo transversu cujuslibet quindenæ, et quo, cumque deffectu personæ idoneitati singulis provisoribus imputatis ad pænam et privationem Potestatis prædictæ, dicta potestas ipso jure ipsoque facto sine alia Judicis Sententia revertatur, tranferatur procedat, et duret per idem tempus quindecim dierum ut premititur gradu, Ordine circulare, et sic ferioso gradu, et Ordine circulari reiteretur pro ut fuerit oportunum, donec hujusmodi præbendis cum ipsas, vel ipsius aliquam vacare contigerit, fuerit de Personis

Digitized by Google

idoneis provisum, et in eisdem præbendis Personæ idoneæ, fuerint institutæ, volumus, et etiam statuimus, et inviolabiliter observari mandamus, quod duranet vacatione hujusmodi quinque præbendæ, et cujuslibet earumdem, Magister, et Conventus prædicti, qui de fructibus, et reditibus providere debebunt ut infra faciant loco cujuslibet deficientis Capellani usque ad infra dictam quantitatem dumtaxat dictis Capellanis pro rata temporis deserviri in quibus Præsbiteros conducturos ad tempus admitti volumus cum vacabunt. Item, volumus, et ordinamus quod Capellis infra dictarum quatuor Ecclesiarum singulis annis usque in perpetuum in Festis infradictis donec vixerimus, et post obitum nostrum non in illis diebus Festivis, sed in die Anniversarii nostri pro nostro Anniversario dentur de fructibus, et reditibus infra dictarum nostrarum poæ sessionum ut infra dicetur quantitates infrascriptæ; videlicet Capitulo Ecclesis-Sancti Joannis de Modoetia in Festo S. Joannis Baptistæ libræ decem tertiolorum; Capitulo Ecclesiæ Sancti Victoris de Corbeta in Festo Sancti Victoris libræ decem tertiolorum; Capitulo Sancti Joannis de Pontirolo in Festo Sancti Joannis libræ decem tertiolorum, et Capitulo Ecclesiæ Sancti Victoris de Varesio in Festo Sancti Victoris libræ decem tertiolorum de Moneta nostra currente Mediolani, et secundum ipsius Monetæ valorem. Item volumus, et ordinamus quod Conventus Fratrum Prædicatorum Mediolani in quorum Ecclesia jacent Corpora Dominæ Bonacossæ Matris nostræ, Domini Stephani Vicecomitis Fratris nostri, et Dominarum Zaccarinæ, et Achillæ Sororum nostrarum de fructibus, et reditibus Possessionum nostrarum ut infra dicitur infrascriptæ quantitates infra dictis causis singulis annis usque in perpetuum dentur videlicet imprimis pro anniversario prædictæ Dominæ Bonacossæ in die anniversarii ejus libræ decem tertiolorum. Item pro Anniversario predicti Domini Stephani in die Anniversarii ejus libræ decem tertiolorum: Item pro Anniversario prædictæ Dominæ Zaccarinæ in die Anniversari ejus libræ quinque tertiolorum. Item pro Capella S. Thomæ de Aquino sita in eorum Ecclesia, in qua jacent prædicta quattuor Corpora defunctorum in Festo S. Martini libræ viginti tertiolorum expendendæ in eis quæ cedunt ad reverentiam, et onorem dictæ Capellæ S. Thomæ, et ut ipsi Fratres Prædicatores Missam omni die sicut convenire viderint celebrent, et faciant celebrari. Item in Festo S. Thomæ de Aquino prædicti vocabuli prædictæ Capellæ libræ quinque tertiolorum ad ipsius S. Thomæ reverentiam, et honorem. Item pro Anniversario Nostro in Festo S. Petri Martyris donec vixerimus, et post Nostrum decessum non in illo die Festo, sed in die Anniversarii Nostri libræ decem tertiolorum, qui omnes denarii sin de moneta Mediolani nunc currente, et secundum ipsius monetæ Valorem. Venerabilis autem Patris Magistri Generalis dicti Ordinis Prædicatorum circumspectioni relinquimus, quod Fratribus dicti Conventus Mediolani pro præmissis Onera specialia imponat sicut ad Dei servitium, et laudem pro Animæ Nostræ, et aliorum in præsenti Nostra dispositione, et ordinatione contentorum Animarum Salute crediderint convenire; Item Volumus, et Ordinamus quod infra dictis Conventibus, et Capitulo Mediolani dentur de fructibus et reditibus infradictarum nostrarum Possessionum ut infra dicitur singulis Annis usque in perpetuum pro Anniversario Nostro infradictam quantitatem denariorum Monetæ Mediolani nunc currentis, et secundum ipsius Monetæ valorem; videlicet

Digitized by Google

Conventui Fratrum Minorum in Festo Sancti Barnabæ lib. decem tertiolorum; Conventui Fratrum Heremitarum in Festo Sancti Marci lib. decem tertiolorum, Conventui Fratrum Carmelitarum in Festo Anuntiationis; Conventui Fratrum Servorum Sanctæ Mariæ in Festo Purificationis Sanctæ Mariæ libræ decem tertiolorum, et Conventui Fratrum Cælestinorum libræ decem tertiolorum in Festo Sancti Petri Cælestini, et Capitulo Ecclesiæ Santi Ambrosii in Festo Sanctæ Marcellinæ libræ decem tertiolorum, quæ quantitates dentur ipsis Conventibus in dictis Festivitatibus ut supra continetur, donec vixerimus sed post obitum nostrum non in illis Festivitatum diebus, sed in die Anniversarii nostri. Item volumus, et Ordinamus quod prædicto Conventui Fratrum Minorum dentur singulis annis usque in perpetuum pro anniversario in die anniversarii Dominæ Floramontis Sororis Nostræ in quorum Ecclesia jacet Corpus ipsius Dominæ Floramontis libræ quinque tertiolorum de reditibus infrascriptarum nostrarum possessionum ut infra dicitur. Item volumus, et Ordinamus, quod Capitulo, et Officialibus Mediolanensis Ecclesiæ, ac Ferulæ, et Clero Mediolani dentur singulis annis usque in perpetuum de fructibus, et reditibus infrascriptarum nostrarum possessionum ut infra dicetur infradictæ quantitates pro Anniversariis bonæ memoriæ Duorum Mathæi Patris, Galeatii, Luchini, et Marci Fratrum, et Azonis Nepotis Nostrorum Militum; videlicet pro Anniversario prædicti Dni Mathei in die Anniversarii ejus libræ decem tertiolorum; pro Anniversario prædicti D. Galeatii, et in die Anniversarii ejus libræ decem tertiolorum; pro Anniversario prædicti D. Luchini, ac in die Anniversarii ejus libræ decem tertiolorum, et pro Anniversario prædicti D. Marci, et in die Anniversarii ejus libræ decem tertiolorum. Item pro Anniversario Nostro libræ viginti tertiolorum videlicet dimidiam in Festo S. Agnetis, et aliam dimidiam in Festo Assumptionis Beatæ Mariæ donec vixerimus, et post nostrum obitum non in illis Festivitatibus, sed in die anniversarii Nostri qui denarii sint de moneta nunc currente Mediolani ut supra, et dividantur in dictos Capitulum, et Officiales, ac Ferulam, et Clerum Mediolani Missa celebrata de quibus Capitulum, et Officiales ipsi habeant ex quinque Partibus duas partes, et Ferula, et Clerici habeant reliquas tre Partes; Item volumus, et Ordinamus quod infradictis Domibus et Hospitalibus de fructibus, et reditibus infrascriptarum nostrarum Possessionum ut infradicetur dentur singulis annis usque in perpetuum pro anniversario Nostro infradictæ quantitates ut infra videlicet Fatribus Domus Sanctæ Mariæ Magdalenæ librae decem tertiolorum, Fratribus Domus de Busto de Baranzate in Festo Assumptionis Beatae Virginis Mariae librae decem tertiolorum, Hospitali Sancti Antonii in die Sancti Antonii librae decem tertiolorum, Hospitali Sancti Gotardi in die Festo Santi Gotardi librae decem tertiolorum, Hospitali Sancti Petri constituti extra Portam Romanam in Festo Sancti Petri Apostoli librae decem tertiolorum; Hospitali Novo, quod dicitur Hospitale de Dona Bona in Festo Assumptionis Beatae Virginis Mariae librae decem tertiolorum, Hospitali della Colombetta in Festo Pentecostes librae decem tertiolorum, Hospitali Sancti Martini ad Nuxigiam in die Festo Sancti Martini librae decem tertiolorum, Hospitali Sancti Jacobi Portae Vercelinae in Festo Sancti Jacobi de Mense Julii librae decem tertiolorum, et Hospitali Sanctae Cattarinae in Festo Sanctae Cattarinae librae decem tertiolorum,

Digitized by Google

quae quantitates dentur in iis Festivitatibus donec vixerimus, et post nostrum obitum non in illis Festivitatibus sed in die Anniversarii nostri. Item volumus, et ordinamus, quod infradictis Conventibus de Mediolano in remedio animarum nostri Patris nostrorum Fratrum, et Nepotis nostrorum, et aliorum nostrorum defunctorum, et ut ipsi Conventus in eorum Missis, et Orationibus habeant recomendatas animas nostrorum, et aliorum praedictorum et omnium nostrorum defunctorum dentur omni anno usque in perpetuum in prima hebdomada quadragesimae de fructibus infrascriptarum nostrarum possessionum ut infra declarabitur infradictae pecuniae quantitates pro emendo Oleum pro Conventibus ipsis in quadragesima; Conventui Fratrum Praedicatorum libr. quadraginta, tertiolorum, Conventui Fratrum Minorum librae quadraginta tertiolorum Conventui Fratrum Eremitarum librae quadraginta tertiolorum, Conventui Fratrum Carmelitarum Mediolani librae triginta tertiolorum, Conventui Fratrum Servorum Sanctae Mariae librae viginti quinque tertiolorum; Conventui Fratrum Caelestinorum librae viginti quinque tertiolorum, quæ quantitates sint de dicta Moneta Mediolani, et nunc currente ut supra. Item volumus, et ordinamus, quod Fratribus Ecclesiæ Sanctorum Cosmæ, et Damiani sit. ad Pusterlam de Monteforti extra Civitatem Ordinis Sancti Basilii, ubi consueverant abitare, et abitant aliqui Fratres de Armenia pro subventione sui victus dentur omni anno usque in perpetuum in Festo Sancti Martini de fructibus, et reditibus infrascriptarum nostrarum possessionum ut infra dicetur libræ sexaginta tertiolorum. Item volumus, et ordinamus quod Scholaribus quattuor Mariarum dentur de fructibus, et reditibus infradictarum nostrarum Possessionum ut infra dicetur libræ viginti quinque tertiolorum omni mense dispensandæ Pauperibus amore Dei, et sic dentur eis omni anno usque in perpetuum lib. 300 tertiolorum. Pro prædictis vero annuis præstationibus dandis, et solvendis omni anno usque in perpetuum disponimus, et deputare intendimus, et donare infradictis Magistris, et Conventibus infrascriptorum Hospitalium, et ispis Hospitalibus infradictas nostra possessiones, et jura, ac bona de nostris propriis denariis, et non de denariis alicujus dignitatis, vel Ecclesiæ aquisita, onerando ipsos infradictos Magistros, et Conventus præsentes, et futuros ut annuatim usque in perpetuum solvant, et solvere teneantur præstationes annuas supradictas prout disponitur, et declaratur inferius videlicet. In primis Magistro, et Conventui Hospitalis Novi, quod apellatur seu apellari consuevit Hospitale de Dona Bona deputare, et donare intendimus Possessiones, et Bona ac jura Nobis pertinentia in Locis, et Territoriis de Lampugnano, et de Treno, et ad Cassinam cum Territorio, quæ fuit illorum de Paganis prope Suburbium Portæ Romanæ Mediolani, onerando ipsos Magistrum, et Conventum ipsius Hospitalis Novi, et ipsum Hospitale quod dent, et solvant, et dare, et solvere teneantur, et debeant omni anno usque in perpetuum infradictas pecuniæ quantitates in terminis infradictis, videlicet prædictis Tribus Capellanis Altari Sanctæ Agnetis in prædicta Ecclesia Mediolani, ut præmititur institutis, et instituendis in Festo Sancti Martini singulis eorum Capellanorum libræ centum viginti quinque tertiolorum. Item Capitulo, et Officialibus prædictæ Mediolanensis Ecclesiæ, et Ferulæ, ac Clero Mediolani ut infra videlicet pro Anniversario Domini Mathei Patris Nostris in die Anniversarii ejus libræ

Digitized by Google

decem tertiolorum, pro Anniversario Domini Galeatii Fratris nostri in die Anniversarii ejus lib. decem tertiolorum, pro Anniversario D. Luchini fratris nostri in die Anniversariio ejus lib. decem tertiolorum, pro Anniversario D. Marci Fratris nostri in die Anniversarii ejus lib. decem tertiolorum, pro Anniversario Domini Azonis Vicecomitis Nepotis nostri lib. decem tertiolorum, pro Anniversario nostro lib. viginti tertiolorum, de quibus libris viginti medietatem in Festo Sanctæ Agnetis, et aliam medietatem in Festo Assumptionis Beatæ Mariæ donec vixerimus dare, et solvere teneantur sed post obitum nostrum non in illis Festivitatibus, sed in die Anniversarii nostri complere, et solvere teneantur; qui quidem denarii pro dictis Anniversariis dividantur inter Capitulum, et Officiales, ac Ferulam, et Clerum predictos, de quibus Capitulum, et Officiales ipsi habeant ex quinque Partibus duas partes, et Ferula, et Clerus habeant reliquas tres Partes, Infradictis Hospitalibus, Conventibus, Domui, et Capitulo pro Anniversario nostro infradictis eorum Festivitatibus infradictas quantitates videlicet, Hospitali Sancti Antonii in Festo Sancti Antonii lib. decem tertiolorum, Hospitali Novo de Dona Bona in Festo Assumptionis Sanctæ Mariæ libræ decem tertiolorum, Hospitali Sancti Gotardi libræ decem tertiolorum, Hospitali della Colombetta in die Festo Paschæ Pentecostes libræ decem tertiolorum, Hospitali Sancti Martini ad Nuxigiam in Festo Sancti Martini lib. decem tertiolorum, Hospitali Sancti Jacobi P. V. in Festo Sancti Jacobi de mense Julii lib. decem tertiolorum, Hospitali Sanctæ Cattarinæ in Festo Sanctæ Cattarinæ libræ decem tertiolorum, Conventui Fratrum Prædicatorum in Festo Sancti Petre Martyris libræ decem tertiolorum, Conventui Fratrum Eremitarum in Festo Sancti Marci lib. decem tertiolorum, Conventui Fratrum Carmelitarum in Festo Annuntiationis Sanctæ Mariæ lib. decem tertiolorum, Conventui Servorum Sanctæ Mariæ in Festo Purificationis Sanctæ Mariæ lib. decem tertiolorum, Conventui Fratrum Cœlestinorum in Festo Sancti Petri Cælestini libræ decem tertiolorum, Domui seu Fratribus Sanctæ Mariæ Magdalenæ lib. decem tertiolorum, et Capitulo Ecclesiæ Sancti Ambrosii in Festo Sanctæ Marcellinæ libræ decem tertiolorum, quos denarios pro Anniversario nostro dare, et solvere teneantur dictis Ospitalibus, Conventibus, Domui, et Capitulo, et prædictarum earum Festivitatum omni anno donec vixerimus, sed post obitum nostrum non in illis Festivitatibus sed in die nostri Anniversarii; quarum præstationum, de quibus volumus onerare dictos Magistrum Fratres, et Conventum Ospitalis Novi dicti de Dona Bona, ut teneantur solvere annuatim usque in perpetuum dictis omnibus ut supra fit mentio pro prædictis nostris Possessionibus, et Bonis de Lampugnano, et de Treno, et de Gassinis que fuerunt illorum de Paganis, de quibus omnibus propterea donationem facere intendimus, et volumus, summa capit librarum quingentarum nonaginta quinque tertiolorum, qui denarii sint in Moneta Mediolani nunc currente secundum ipsius Monetæ valorem. Magistro vero, et Conventui Hospitalis de Brolio Mediolani, et ipsi Hospitali deputare intendimus, et donare Possessiones Bona, et jura nobis pertinentia in Territorio Loci de Rovagnasco Plebis de Segrate ubi dicitur ad Cassinas de Ouis, quæ aquisivimus seu nostro nomine, et de nostris propriis denariis aquisita fuerunt a Guidetto, et Gulielmo de Pusterla, ut constat Instrumentis duobus venditionum

Digitized by Google

traditis per infrascriptum Lancellottum Negronum Notarium uno videlicet die vigesimo septimo mensis Martii anni præsentis, onerando ipsos Magistrum Fratres, et Conventum Ospitalis de Brolio, et ipsum Ospitale quod dent, et solvant, et dare, et solvere teneantur, et debeant omni anno usque in perpetuum infradictis ut infra videlicet Capellano Capellæ per Nos in Ecclesia Sancti Joannis de Modoetia, ut præmittitur ordinat. In Festo Sancti Martini libra centum tertiolorum, et Capellano Capellæ per nos in Ecclesia Sancti Ioannis de Pontirolo ut supra similiter ordinat. In festo Sancti Martini libras centum tertiolorum. Item Scholaribus præsentibus, et futuris Ecclesiæ quattuor Mariarum Mediolani omni mense incipiendo in Festo Sancti Martini proxime futuri libras viginti quinque tertiolorum dispensandas per eos Scholares Amore Dei Pauperibus Christi, quæ præstatio danda dict. Scholaribus omni mense capit libras Trecentum tertiolorum in anno; quarum præstationum de quibus volumus onerare dictum Magistrum Fratres, et Conventum, ac Hospitale de Brolio, ut teneantur solvere annuatim usque in perpetuum prædictis Capellanis duobus, et Scholaribus ut supra proxime continetur pro prædictis nostris Possessionibus, et Bonis aquisitis ab illis de Pusterla ubi dicitur ad Cassinas de Ovis, de quibus omnibus propterea donationem facere intendimus, et volumus, summa capit libras quingentas tertiolorum, qui denarii sint Monetæ Mediolani nunc currentis, et secundum ipsius monetæ valorem: et Magistro Fratribus, et Conventui Ospitalis Sancti Ambrosii Mediolani, et ipsi Hospitali, deputare intendimus, et donare Possessiones Bona, et jura nobis pertinentia in Loco, et Territorio de Badagio onerando ipsos Magistrum Fratres, et Conventum Hospitalis Sancti Ambrosii, et ipsum Hospitale quod dent, et solvant, et dare, et solvere teneantur omni anno usque in perpetuum quantitates infradictas infradictis Capitulis, Conventibus, Hospitali, et Domui ut infra; videlicet Capitulo Ecclesiæ Sancti Joannis de Modoetia in Festo Sancti Joannis Baptistæ libras decem tertiolorum, Capitulo Ecclesiæ Sancti Victoris de Corbetta in Festo Sancti Victoris libras decem tertiolorum, et Capitulo Ecclesiæ Sancti Ioannis de Pontirolo in Festo Sancti Ioannis libras decem tertiolorum, et Capitulo Ecclesiæ Sancti Victoris de Varisio in Festo Sancti Ioannis libras decem tertiolorum, Hospitali Sancti Petri constructo extra P. Romanam in Festo Sancti Petri libras decem tertiolorum, et Domui Fratrum de Busto de Baranzate in Festo suo Principali libras decem tertiolorum, quæ quidem quantitates denariorum dari debeam dictis Capitulis de Modoetia, de Corbetta, et de Pontirolo, et de Varisio Ecclesiarum, et Hospitalis Sancti Petri, ac Domui Fratrum de Baranzate pro Anniversario Nostro in dictis eorum Festivitatibus donec vixerimus, et post Nostrum obitum non in illis Festivitatibus, sed in die Anniversarii Nostri. Item Conventui Fratrum Prædicatorum Mediolani pro Anniversario Domini Stephani Vicecomitis Fratris nostri in die Anniversarii ejus libras decem tertiolorum, pro Anniversario Dominæ Zaccarinæ Sororis Nostræ in die Anniversarii ejus libras quinque tertiolorum, et pro Anniversario Dominæ Achillæ in die Anniversarii ejus libras quinque tertiolorum. Item ipsi Conventui Fratrum Prædicatorum in Festo Sancti Martini pro onorando Capellam Sancti Thomæ de Aquino constructam seu ordinatam in eorum Ecclesia, et ut ipsi Fratres celebrent, et celebrari faciant

Digitized by Google

Missam omni die in ipsa Capella libras viginti tertiolorum, et pro onore Festi dicti Sancti Thomæ de Aquino in Festo ipsius Sancti Thomæ libras quinque tertiolorum. Item Conventui Fratrum Minorum Mediolani pro Anniversario Dominæ Floramontis Sororis Nostræ in die Anniversarii ejus libras quinque tertiolorum. Item infradictis Conventibus Fratrum Mediolani pro emendo Oleum Annuatim in prima hebdomada Quadragesimæ videlicet, Conventui Fratrum Prædicatorum libras quadraginta tertiolorum, Conventui Fratrum Minorum libras quadraginta tertiolorum, Conventui Fratrum Carmelitarum libras triginta tertiolorum, Conventui Fratrum Cælestinorum libras viginti quinque tertiolorum. Item Fratribus Ecclesiæ Sanctorum Cosmæ, et Damiani sit, extra Civitatem prope muros Mediolani in Contrata ubi dicitur ad Pusterlam de Monteforti Ordinis Sancti Basilii, ubi consueverant habitare, et habitant aliqui Fratres de Armenia pro subventione sui Victus Annuatim in Festo Sancti Martini libras sexaginta tertiolorum: quarum præstationum de quibus volumus onerare dictos Magistrum Fratres, et Conventum, ac Hospitale Sancti Ambrosii Mediolani ut teneantur solvere Annuatim usque in perpetuum ut supra proxime continetur pro prædictis Nostris Possessionibus, et Bonis jacentibus in Loco, et Territorio de Badagio de quibus Terris propterea donationem facere intendimus, et volumus summa capit lib. Trecentas octuaginta tertiolorum, qui denarii sunt monetæ Mediolani nunc currentis, et secundum ipsius monetæ valorem. Deinde præfatus D. Morellus Vicarius ut supra habito prius Consilio DD. Archipresbiteri, Ordinariorum, et Capituli prædictæ Mediolanensis Ecclesiæ rationabiliter attendens Magnificentiæ, et Piæ voluntati dicti Patris, et Dni. esse præmiis spiritualibus respondendum ordinavit statuit, et decrevit firmiter, et perpetuo inviolabiliter observandum, ut prædicti quinque Capellani dicere non obmittant Missam quolibet die quoque de mortuis dicant pro Anima præfati Reverendissimi Patris, et D. D. Jo: Archiepiscopi supradicti, et pro animabus suorum Defunctorum, et pro satisfactione, et expiatione cujuslibet obligationis onerum quibus esset idem Pater, et Dominus modo quolibet obligatus. In festivitatibus vero quæ in Civitate Mediolani, et in Diocesi solemniter, et comuniter celebrantur Missa pro ut in ipsis Festivitatibus competit debeant celebrare cum Comemoratione, et recomendatione Animæ Domini Ioannis Archiepiscopi supradicti, et teneantur interesse divinis Offitiis singulariter videlicet ipsorum quilibet cum Capitulo suæ Ecclesiæ superius anotatæ, si vero aliquo justo impedimento impediti non potuerint Missam celebrare, vel divinis Offitiis, ut præmitittur interesse, teneantur facere cum effectu, quod alii Sacerdotes idonei in hac parte supleant vices suas: quæ omnia, et singula si neglexerint contempserint vel aliter distulerint adimplere quod quolibet die quo deficerent negligentia, vel contemptu, vel alia non rationabili Causa seu excusatione frivola in prædictis, vel aliquo prædictorum soldi tres tertiolorum eidem, vel eisdem sic deficientibus, vel deficienti de constituto sibi reditu subtabantur suprascripto, permansuri, et convertendi in illud Hospitale quod habebit Bona, et jura prædicta, et solutiones faciet supradictas; et quod perpetuo per ipsum Capitulum, et Officiales Mediolanensis Ecclesiæ, ac Ferulam, et Clerum Mediolani omni anno in diebus Anniversariorum prædictorum Dominorum Mathæi, Galeatii,

Digitized by Google

Luchini, Marci, et Stephani, ac Azonis, et Anniversariorum ipsius Patris, et Domini pro ipsorum Animarum salute in turmis, processione, ac Missam solemniter debeant celebrare. De quibus omnibus, et singulis præfatus Pater, et Dominus, et suprascriptus Dominus Vicarius mandaverunt mihi Notario Infrascripto ut inde unum, et multa, et tot quot, et prout erunt necessaria conficerem publicum, et publica Instrumenta. Anno a Nativitate Domini Millesimo Trecentesimo quinquagesimo Tertio, Indictione sexta, die Martis, quinto Mensis Martii, antehoram nonæ Actum Mediolani in Curia præfati Patris, et Domini sit. in suis Magnis edificiis noviter constructis in Palatio deversus Verzarium; præsentibus Erasmolo de Pirovano fil. quond. Domini Gulielmi Legum Doctoris Port. Novæ Parochiæ Sancti Stephani ad Nuxigiam, Stephano Porro filio Domini Beltrami Portæ Romanæ Parochiæ Sancti Michaelis ad Murum ruptum, et Andriolo de Marnatæ filio quond. Domini Jacobi Port. Orient. Parochiæ Monasterii Lantasii omnibus Civitatis Mediolani Notariis. Interfuerunt ibi Testes Dominus Fulchinus de Schiziis juris peritus fil. quond. Domini Pasii de Cremona habit. Mediolani in P. R. P. Sancti Michaelis ad Murum ruptum, Dominus Ubertus Pallavesinus fil. quond. Domini Manfredini qui habitat in P. O. in Parochia Sancti Petrum ad Ortum, Dominus Ioannes de Bizozero. fil. quond. Domini Oldradi P. Ticin. Parochiæ Sancti Georgii in Pallatio Mediolani Milles, Dominus Erasmus Aliprandus Legum Doctor fil. quod. D..... Juris utrjusque Periti P. Or. Parochiæ Sancti Pauli in Compedo, Dominus Magister Ioannes Busca fil. quond. Domini Jacobi P. C. P. Sancti Thomæ in Terra Amara, Dominus Bonifoncrus fil. Domini Maffioli de Sancto Miniate P. R. P. Sancti Stephani in Brolio, Dominus Magister Otorinus de Concoretio fil. quond. Domini Oldradi P. O. P. Sancti Viti in Pasquirolo, Dominus Galvaneus Cominus fil. qun. D. Mathei P. C. P. Sancti Prothasii ad Monacos, Thomasolus de Perego fil. qun. Domini Philippi P. R. P. Sancti Nazarii in Brolio Mediolani, Azo de Salutia, fil. qun. Thomasii Marchionis Saluziarum, et Joanolus de Ghiringhellis fil. qun. Domini Quiroli P. R. P. Sancti Vincentii ad Septaram Mediolani omnes Noti, et Idonei, vocati, et rogati: Ego Garulfus de Medicis fil. quond. Domini Joanoli P. N. P. Sancti Victoris ad quadraginta Martires Suprascriptum Instrumentum dispositionis Creationis quinque Capellanorum rogatum per nunc quond. Lanzellottum Negronum fil. quond. Domini Medii olim Civitatis Mediolani Notarii, quod Instrumentum dictus quond. Lanzellottus propter ejus mortis nterventum explere, et in publicam formam redigere non potuit ex auctoriatte mihi concessa per Dominum Danesium de Luatis nunc Consulem Justitiæ Mediolani, de qua rogatum fuit Instrumentum per Beltramolum de Comitibus Mediolani Notarium Anno Curso MCCCCXXVIII. Indixione sexta, et Die Jovis Octavo Mensis Julii, ab Imbreviaturis ipsius quond. Lanzellotti expleri feci, et in hanc pubblicam formam redegi, et in Testimonium præmissorum Signum meum aposui consuetum, et subscripsi.

An. 1353. = Confermazione della riferita Disposizione. Charta apud Sitonum Monum. Vicecom. pag. 12. et segg.

Digitized by Google

An. 1354. = Istrumento della concessione fatta dal comune di Milano ai signori Matteo, Bernabò e Galeazzo, fratelli Visconti, figli di Stefano, di ogni balia giurisdizione e signoria sopra la città ed il contado. *Sitonus Monum. Vicecom. pag.* 27.

Idem. = Breve di papa Innocenzo VI ai tre fratelli Visconti. *Ughel. T. IV. p.* 251.

Idem. = Diploma di Carlo IV imperatore dato in Mantova, con cui concedette ai tre fratelli Visconti il vicariato imperiale ne' loro stati. *Presso il signor abate don Carlo Trivulzi, e nel monistero di santa Chiara di Pavia; in parte trascritto dal Crescenzi. Anfiteatro, pag.* 340.

Idem. = Breve di papa Innocenzo VI, con cui delega i patriarchi di Costantinopoli, d'Aquilea e di Grado, o uno di loro, a coronare in Monza l'imperatore Carlo IV, quando ciò non possa eseguirsi da Roberto, arcivescovo di Milano. *Rainald. ad hunc annum.*

An. 1355. = Editto di Galeazzo Visconte pel regolamento giudiziario delle cause nel Seprio e nella Bulgaria. *Decreta antiq. Mediol. Duc., pag.* 8, *et seq.*

• 1356. = Accettazione solenne fatta dal comune di Milano dell'editto formato da' signori Bernabò e Galeazzo Visconti pel regolamento delle cause. *Ib. pag.* 15.

Idem. = Editto di Galeazzo Visconte per la distribuzione de' carichi straordinarj della guerra nel Seprio e nella Bulgaria. *Ib. pag.* 20, *et seq.*

An. 1357. = Dichiarazione del medesimo principe intorno al mentovato editto. *Ib. pag.* 22.

Idem. = Istrumento della lega fatta contro i Visconti. *Muratori. Esposizione de' diritti sopra Comachio. Append. num.* 4.

Idem. = Istrumento di fondazione del luogo Pio, detto della Pagnotella in Milano. *Nell'Archivio di quel Luogo Pio.*

An. 1358. = Lettera di Roberto, arcivescovo di Milano, ai vescovi suffraganei, comunicando loro una bolla di papa Innocenzo VI per la decima imposta sopra i fondi ecclesiastici. *Zaccaria de Episcop. Laudens. pag* 282.

• 1359. = Donazione fatta da Bernabò Visconte a diversi spedali di Mil. *Carta nell'Archivio dello Spedal Maggiore.*

• 1361. = Lettera di Galeazzo Visconte a tutti i podestà delle sue città, perchè ordinino a tutti gli scolari che si portino a studiare nella nuova Università di Pavia. *Azarius Cap. XIV. Corius ad hunc annum.*

Digitized by Google

An. 1361. = Monitorio di papa Urbano V contro di Bernabò Visconte, citandolo a comparire avanti di sè. *Rainald ad hunc annum Num. XII, et seq.*

Idem. = Lega fra Galeazzo Visconte ed Amedeo VI conte di Savoja, contro il marchese di Monferrato. *Dumont. ad an.* 1362.

An. 1362. = Decreto di Galeazzo Visconte contro i ribelli. *Azarius Cap. XIV. col.* 403, *et seq.*

• 1364. = Lettera di Galeazzo Visconte ad Andrea Androino, prete cardinale del titolo di san Marcello legato in Lombardia. *Azarius pag.* 401 *et* 414.

Idem. = Capitoli della pace fra il sommo pontefice Urbano V e Bernabò Visconte. *Rainald. ad hunc annum. Num. III, et seq.*

Idem. = Permuta de'luoghi fra Galeazzo Visconte ed il marchese di Monferrato, in vigore della pace conchiusa fra essi. *Benvenuto da San Giorgio sotto quest'anno.*

Idem. = Editto della città di Milano intorno ai magistrati civici. *Decreta antiqua Mediolani Ducum, pag* 27.

Idem. = Lettera de'quattro figliuoli di Bernabò, signori di Parma, a quel loro podestà. *Ib. pag.* 32.

An. 1365. = Istrumento del matrimonio fra Leopoldo, duca d'Austria, e Verde Visconte, figlia di Bernabò. *Nell'Archivio segreto dell'augustissima casa d'Austria in Vienna.* = In nomine Domini, Anno a Nativitate ejusdem Millesimo trecentesimo sexagesimo quinto. Indictione tertia, die Dominico, vigesimo tertio, mensis Februarii. Pateat. Universis et singulis hoc publicum Instrumentum inspecturis. Quod in presentia mei.. notarii et.. notariorum ac.. testium infrascriptorum ad infrascripta omnia et singula specialiter vocatorum et rogatorum. Constitutis personaliter Excelso et Magnifico Principe ac domino, domino Leupoldo Duce Austrie et etc., illustris Principis, et recolende memorie, ac domini, domini, Alberti Ducis Austrie filio ex parte una. Et Inclita domina domina Viride, magnifici etexcelsi, domini, domini Bernabovis Vicecomitis Mediolani, etc. pro Imperiali Magestate Vicarii generalis ibi presentis et expresse consentientis Infrascriptis filia legiptima, ex parte altera, pro Infrascriptis omnibus et singulis specialiter explicandis. Ibidem ad honorem Dei, rerum conditoris, a quo matrimonii vinculum in paradiso, et statu Innocentie Institutum unionem, et Indissolubillitatem accepit, Beatissime gloriose semper Virginis Mariæ, ac totius curie cellestis, ad exaltationem et gloriam tam predicti domini Ducis.. et ejus prosapie, quam prefati domini Bernabovis et ejus domus generose, ac ipsorum.. fidellium, nec non ad tranquillum et pacificum statum subditorum. Prelibatus dominus Dux Leupoldus primo per Nobillem millitem legumq. Doctorem dominum Arasimum de Liprandis civitatis Mediolani, me-

Digitized by Google

diante Philipolo de Desio ejusdem Civitatis Interprete ibi presente et ydioma Austrie sciente, certificatus de sponsalibus et matrimonio aliax per . . Nuntium specialem ipsius domini . . . Ducis, cum dicta domina . . contractis, et certis contractibus aliis premissorum occasione cellebratis, ipsos . . . contractus ex certa scientia ratificavit et aprobavit Et demum ad maiorem cautelam, etiam ut supra Interrogatus, si eidem domino . . Duci placebat contrahere matrimonium cum predicta domina Viride, et ipsam volebat in suam legiptimam sponsam, Uxorem, et dominam accipere et in eam ut in legiptimam sponsam, et Uxorem, et dominam consentire per legiptimum consensum de presenti. Qui dominus Dux Leupoldus clare respondit per dictum Interpretem expresse refferentem et clare, quod animo libenti eidem placebat ipsum matrimonium, cum dicta domina . . contrahere, et quod ipsam in legiptimam sponsam, Uxorem, et dominam suam accipiebat, et quod in eam ut in legiptimam sponsam, Uxorem et dominam consentiebat, annuendo sibi expositis per dictum . . Interpretem. Deinde immediate ipsa domina Viridis per dictum dominum Arasimum Interrogata extitit, si eidem similiter placebat cum dicto domino Leupoldo Duce matrimonium contrahere, et ipsum in ejus legiptimum sponsum, Virum, et dominum suum accipere, et in eum ut in legiptimum sponsum, maritum, et dominum legitime, et per consensum de presenti consentire. Que respondit, cum consensu expresso prefati Magnifici et Excelsi domini domini Bernabovis patris sui ibi presentis, et expresse consentientis, quod sic; premissis omnibus etiam annuendo, Quibus pactis Sepedictus dominus Dux Leupoldus statim et immediate in signum huiusmodi matrimonii contracti Ipsam dominam . . cum Annullis tribus aureis in quarto digito eius manus destere subarravit per ipsorum annullorum immissionem. Promittens etiam per proprium Juramentum per dictum dominum Arasimum mediante dicto Interprete requisitum eidem domine . . quod ab hac hora in antea perpetuo ipsam dominam Viridem pro sua usore legiptima transducet, habebit et tractabit. De quibus omnibus et singulis prefatus dominus Arasimus nomine ipsorum . . sponsi et . . sponse et pro eis rogavit, et requisivit per me . . notarium Infrascriptum et quemlibet alium notarium ibi astantem publicum confici Instrumentum, et Sigilli eiusdem domini . . Ducis munimine roborari, ad maiorem firmitatem premissorum. Acta fuerunt premissa omnia et singula in Aulla prefati Magnifici domini domini Bernabovis Syta in civitate Mediolani, in Porta Romana in Parrochia Sancti Johannis ad Concham, subtus sallam respitientem super Viridario ipsius aulle, suprascriptis Anno et Indictione et die, presentibus ibidem pro notariis, Vicessollo et Johannollo fratribus filiis Girardi Catanei civitatis Mediolani Porte Nove Parochie Sancti Protasii ad Monachos notariis, ac presentibus testibus ad hec specialiter vocatis et rogatis Nobillibus viris, Domino Ottone Duce de Bresuich filio condam domini Filippi, domino . . Advogadro de Madio, domino Aycardo de Villandro, domino Johanne de Frosperger, domino Francisco Marchione Estensi nato bone memorie condam domini Marchionis Bertaldi Habitatore civitatis Mediolani, domino Joanne de Pepullis de Bononia nato bone memorie domini Tadei, domino Francischo de Ordelafiis Capitaneo Forlivii nato condam domini Sygebaldi habitatore civitatis Cremone, domino Thoma Marchione Mallaspine nato bone memorie domini Marchionis Ysnardi, do-

Digitized by Google

mino Gallasio de Piis nato condam domini Maynfrendi habitatore Castri Cari pensis diocesis Mutinensis, domino Feltrino nato bone memorie domini Alloysi de Gonzaga de Mantua, domino Gerardo de Comitibus de Pisiis, domino Federico de Gonzaga nato bone memorie domini Alluysii, domino Johanne de Lamirandola filio condam Nicholay habitatore terre de Lamirandola, domino Johanne de Castrobarcho, domino Conrado de Cospergh, Hermano de Hercel, domino Alpinollo de Casate Millite nato condam domini Guillielmi dictarum civitatis Mediolani et Porte Nove Parochie Sancti Johannis ad quatuor faties noto, domino Petro de Mandello millite nato condam domini Mazini earundem civitatis Mediolani et Porte Nove Parochie Sancti Laurentii in Turrigio similiter noto et domino Johanne de Sexto filio condam Protasii civitatis Mediolani Porte Nove predictarum, Parochie Sancti Victoris et quadraginta martirum, nec non Aliorum . . procerum, . . millitum et . . nobillium, tam Austrie, Carintie et Comitatus Tiroli quam Ytalie et Aliunde ibi Astantium multitudine copiosa presenti. Insuper prefatus Magnificus et prepotens dominus, dominus Bernabos, ad maiorem firmitatem et coroborationem omnium predictorum mandavit pro se et dicta eius filia hoc Instrumentum sui sigilli pendentis munimine roborari.

L. Signi Not. Ego predictus Vicensolus Notarius publicus Imperiali Auctoritate natus Girardi Catanei premissis omnibus et singulis, dum sic ut prefertur agerentur loco et tempore suprascriptis, una cum prenominatis . . notario et . . testibus et Infrascripto Georgiolo notario presens pro notario Interfui, et me in testimonium premissorum propria Manu subscripsi, et signum meum aposui consuetum.

L. Signi Not. Ego predictus Jahanolus Notarius publicus Imperiali Auctoritate natus Girardi Catanei premissis omnibus et Singullis dum sic ut prefertur agerentur loco et tempore suprascriptis, una cum prenominatis . . notario et . . testibus et Infrascripto Georgiolo notario presens pro notario Interfui, et me in testimonium premissorum propria manu subscripsi, et Signum meum aposui consuetum.

L. Signi Not. Ego Georgiolus notarius publicus Imperiali Auctoritate, natus condam Johannis Toschani de Tinctoribus civitatis Mediolani, Porte Horientalis, Parrochie Sancti Babille, premissis omnibus et singulis, dum sic ut premittitur agerentur, loco et tempore antedictis, una cum prenominatis . . notariis, et . . testibus presens fui, Rogatusq. hoc publicum Instrumentum confeci; et tradidi, ipsumq. propria manu scripsi, et in testimonium premissorum subscripsi, Signoq. meo consueto signavi.

† hoc est verum †

L. S. L. S.

Collat. cum Autographo Archivi August. Domus Austr.

Digitized by Google

An. 1366. = Lettera di papa Urbano V a Bernabò Visconte. *Rainald. ad hunc annum. Num. XXVII.*

Idem. = Donazione fatta da Bernabò Visconte ad alcuni spedali. *Carte dell'Archivio dello Spedal Maggiore e dell'Orfanotrofio.*

Idem. = Unione di un monistero dedicato a sant'Agnese, con quello delle Vergini, ora detto della Vecchiabia. *Nell'Archivio di quel Monistero.*

An. 1367. = Statuti dei capitoli del duomo, di sant' Ambrogio e di san Nazaro. *Negli Archivj delle loro canoniche.*

Idem. = Matricola del collegio de' medici di Milano da quest' anno fino al 1396. *Nell'archivio di quel Collegio.*

Idem. = Fondazione della chiesa di san Cristoforo nel borgo di Trivillio. *Carta nell'archivio di quel Borgo.*

An. 1368. = Breve di Urbano V con cui raccomanda a Guglielmo, arcivescovo di Milano, il nuovo abate di san Vittore. *Saxius Series Archiep. ubi de Gullielmo de Pusterla.*

Idem. = Fondazione di un beneficio nella nuova chiesa di santa Maria del castello in Tradate. *Carta nell'archivio Arcivescovile detto delle Visite.*

Idem. = Descrizione del convito per le nozze di Lionello duca di Chiarenza con Violanta Visconte. *Carta presso il Corio, e l'Annalista di Milano.*

An. 1369. = Diploma di Carlo IV , con cui restituì a Bernabò Visconte, ed a' suoi figli ed eredi, il vicariato imperiale, e gli onori a loro tolti per la guerra colla chiesa. *Crescenzi Anfiteatro, pag.* 340.

Idem. = Lettera di Carlo IV a Galeazzo Visconte con gravi doglianze per la condotta di Bernabò, di lui fratello. *Charta in Archivio Portæ Jovis. Cod. Sign. H. fol.* 120, *a tergo.*

Karolus Quartus Divina favente clementia Romanorum Imperator semper Augustus, et Boemie Rex, Nobili Galeaz Vicecomite Mediolani etc. pro Majestate Cesarea Generali Vicario Fideli suo dilecto gratiam suam, et omne bonum. Fidelis dilecte noster. Alias Nobili Bernabovi Vicecomiti Mediolanensi etc. Fratri tuo Vicariatum Mediolani etc. una tecum commisit Imperialis nostra Serenitas sub certis tenoribus literarum, quas de super erogavimus prout nosti, sperando, quod latitudine benefitiorum, que sibi impendimus, ejus erga Nos et Imperium deberet augeri devotio, ut tanto fidelius nostros, et Imperii prosequeretur honores, quanto se intelligeret amplioribus benefitiis preveniri. Ipse tamen velud aspis surda aures obturans, gratitudinis benefitiorum oblitus, et immemor, que sibi et tuo Generi Divus Henricus quondam

Digitized by Google

Romanorum Imperatur Augustus Avus noster impendit, et eorum, que a munificentia nostra suscepit, in contemptum Majestatis Cesaree, Sacrosanctam Romanam Ecclesiam, cujus ex dignitate Cesarea Nobis est attributa defensio, impendente (forse impotenti) conatu hostiliter audet invadere adversum eam Pacem, quam inter prefatam Ecclesiam Sanctam ab una, et eum ab altera tractata, conclusa, et nostra interposizione firmata, et confirmata fore demonstratur. Nam cum Perusinis ejusdem Sancte Matris Ecclesie notis Rebellibus certas colligantias, pacta, et confederationes inivit, et eis auxilia, et favores palam, et occulte impendere non erubuit et adhuc ausu nefario semper impendit. Sicut etiam in presenti tempore nephandam illam Shatane Congregationem Societatis Anglice, cujus Capitaneus Johanes de Acuto dicitur, in grave dispendium prefate Sancte Matris Ecclesie antedictis Perusinis in suffragium destinavit, et alias quamplurimas offensiones et injurias intulerit Sancte Matri Ecclesie, in nostram, et Sacri Imperii ignominiam, et contemptum. Et presertim cum sibi constet, et dudum constiterit, quod ad Nos pertineat grata defensio libertatis et jurium Ecclesie Sacrosancte. Et quia prefatum Bernabovem Fratrem tuum tanquam Vicarium, et Fidelem nostrum clementi benignitate monuit nostra Imperialis Serenitas, quod revocata Anglica Societate predicta, a talibus nocumentis Ecclesie resipiscat amodo; quodque Colligationes, pacta, et federa, que adversus Ecclesiam Sanctam cum antedictis inivit rescindere, tollere, et annichilare, et ab Ecclesie Sancte molestationibus, et incomodis, tamquam Sacri Imperii subditus, et Fidelis cessare et desistere debeat, atque ordinatam, tractatam, firmatam, et consumatam pacem cum antedicta Sancta Matre Ecclesia ad plenum servare conetur, et studeat insuper formam literarum, que date sunt et edite super illa. Confidentes, quod idem Barnabos gratus beneficiorum Avi nostri, et eorum sicut premisimus, que a nostra benignitate recepit, nostris monitionibus pareat, ita quod Sacrosanta Romana Ecclesia a quibuslibet hujusmodi pressuris, et incomodis relevetur, neque Majestati nostre derelinquat materiam adversus eum, et suos ad penas quascunque privationis vel alias aliquomodo procedendi. Qua propter Fidelitati tue autoritate Cesarea et virtude presentium districtius inhibemus, ne prefato Bernabovi Fratri tuo, Complicibus, Adjutoribus Fautoribus, Valitoribus, adherentibus et Seguacibus ipsius cujuscumque conditionibus existant, in eum casum ubi prefatis monitionibus nostris sue presunptionis audacia obedire contempnat, quovis ingenio, seu colore quesitis, auxilium, consilium, favorem, aut juvamen, publice, vel occulte, directe, vel indirecte, per se, vel alios presumas impendere, adversus nostre presentis inhibitionis seriem, et mandatum. Alioquin dum et quoties contrarium fecisse videberis adversum Te, et tuos Heredes, ad penas consimiles procedemus, exigente justitia, eo quod agentibus, et consentientibus consimilis fere debetur, et equalis pene inflictio, sicut hec Divine, et humane legis testimonia profitentur.

Idem. = Editto di Bernabò e Galeazzo Visconti, dove si stabilisce il mettere i beni alle gride, per sicurezza delle vendite. *Decreta antiqua Mediolani Docum, pag.* 34.

Digitized by Google

An. 1370. = Fondazione della cappella di san Bernardo, presso la chiesa di santa Maria del monte di Varese. *Carta citata dal Bassanino nel suo Libro dell' Economato.* Confermata poi dagli ecclesiastici con istrumento del 1371. *Carta citata dal Sormani. Santuario di santa Maria del Monte, pag.* 25, *et seq.*

Idem. = Fondazione della cappella, detta della Florana, nella chiesa di san Nazaro Maggiore di Milano. *Carta presso il Castelli: Stato della chiesa Milanese. MS. nella Biblioteca Ambrosiana, Cod. segn. A. in fol. Num.* 112, *pag.* 529.

Idem. = Convenzioni fra Galeazzo Visconte ed alcuni militi tedeschi. *Charta apud Murator. Antiq. medii ævi. Tom. II, pag.* 535.

Idem. = Editto di Bernabò e Galeazzo Visconti, che proibisce ogni alienazione o traslazione de' beni in persone non suddite. *Decreta antiqua, pag.* 39.

An. 1371. = Lettera di Rodolfo Visconte, figlio di Bernabò, con cui comanda ai vicarj della Ghiara d'Adda d'aver cura delle acque de' Trivilliesi. *Carta nell' archivio di Trivillio.*

Idem. = Disposizione di Bernabò Visconte a favore della chiesa di sant'Eustorgio. *Carta citata da una Cronaca MS. di sant'Eustorgio.*

An. 1372. = Donazione di una casa fatta da Bernabò Visconte ai Carmelitani. *Carta citata dal Fornari nella Cronaca del Carmine, pag.* 25.

Idem. = Breve di papa Gregorio XI, con cui rinova le scomuniche contro Bernabò e Galeazzo Visconti, e libera i loro sudditi dal giuramento di fedeltà. *Rainald. ad hunc annum.*

Idem. = Lettera di Bernabò Visconte, con cui pubblicò la tregua fatta col sommo pontefice. *Gazata Chron. Regiens. ad hunc annum.*

Idem. = Lettera del medesimo ai vescovi, prelati e capitoli de' suoi stati con ordine che non passino a provedere alcun beneficio senza la licenza del principe. *Id. Ib.*

Idem. = Decreto di Carlo IV contro di Galeazzo Visconte, con cui lo priva del vicariato imperiale ec. *Carta nell'archivio del Castello nel Registro Segn. A. senza numero. Dumont sotto quest'anno.*

Idem. = Lettera di Bernabò contro gli ecclesiastici non sudditi ec. *Presso il sopraccitato Gazata.*

Idem. = Decreti di Carlo IV, coi quali dichiarò il conte Amedeo di Savoja, vicario imperiale in tutti gli stati dei Visconti. *Du Mont Ib.*

Digitized by Google

An. 1373. = Nuovo monitorio del sommo pontefice Gregorio XI, contro di Bernabò Visconte. *Ramald. ad hunc annum.*

Idem. = Convenzione fatta da Bernabò Visconte coi Genovesi. *Carta nell'archivio del Castello. Cod. Segn. A. senza numero, pag.* 79.

Idem. = Lettera di Bernabò meno contraria agli ecclesiastici. *Presso il Gazata, cronista di Reggio sotto quest'anno.*

Idem. = Breve di Gregorio XI, per fondare una chiesa ed un Monistero nel sito dove san Pietro Martire era stato ucciso per la fede. *Carta nell'archivio di questo monisterio presso Barlassina.*,

Dilectis Filiis Priori Provinciali et Fratribus Ordinis Fratrum Prædicatorum Provinciæ Lombardiæ Superioris, secundum morem dicti Ordinis, Salutem, et Apostolicam benedictionem. Sacræ vestræ Religionis, in qua sub jugo voluntariæ paupertatis devotum Deo exibetis servitium promeretur honestas, ut petitionibus vestris, in his presertim, per, quæ cultus Divini nominis augeatur, vesterque Ordo prosperis successibus gratuletur quantum cum Deo possumus favorabiliter annaumus, Exibita quidem nobis pro parte dilecti Filii Simonis Electi Mediolanensis vestra petitio continebat, quod vos ad honorem, et laudem Dei, ac Beati Petri Martiris Ordinis vestri in quodam Territorio prope Medam Mediolanensis Diecesis, ubi ipse B. Petrus palmam extitit martyrii assecútus quendam locum recipere, et ibidem Ecclesiam, seu Capellam, vel Oratorium, Campanile, Campanam, Cæmeterium, Domos, et alias necessarias officinas desideratis, et proponitis cum Dei adjutorio, et pia largitione Fidelium construere et fundare. Quare pro parte ipsius Electi, et vestra fuit nobis humiliter supplicatum, ut vobis faciendi præmissa licentiam auctoritate Apostolica concedere dignaremur. Nos igitur, qui dictorum Divini cultus, vestræque Religionis augmentum ferventer appetimus, huiusmodi supplicationibus inclinati vobis dictum locum infra præfatum Territorium, in loco tamen congruo et honesto, qui vobis pia tradatur largitione Fidelium, vel alios per Vos justo titulo acquiratur cum Ecclesia, Capella, seu Oratorio, Campanili, Campana, Cæmeterio, Domibus, et aliis officinis supradictis, pro usu et habitatione vestra recipiendi, fundandi, construendi, et perpetuo retinendi, Parochialis Ecclesiæ, et cujuslibet alterius jure in omnibus semper salvo, felicis Recordiationis Bonifacii PP. VIII. Predecessoris nostri, qua jubetur, ne Fratres Ordinis Mendicantium loca quæcumque de novo recipere præsumant absque Sedis Apostolicæ licentia speciali, faciendo plenam, et expressam de inhibitione hujusmodi mentionem, et quibuscumque aliis Constitutionibus contrariis nequaquam obstantibus, plenam, et liberam auctoritate Apostolica licentiam elargimur. Vobis nihilominus auctoritate prædicta concedentes, quod Prior et Fratres, qui in loco ipso pro tempore morabuntur omnibus libertatibus exemptionibus, privilegiis, et gratiis dicto Ordini et ejus Fratribus a præfata Sede concessis, et quibus Fratres dicti Ordinis quomodo libet potiuntur, gaudeant, et utantur. Nulli ergo etc. Dat. apud Pontem Sorgiæ Avinionensis Diæcesis III. Id. Junii Pontificatus nostri anno tertio.

Digitized by Google

An. 1373. = Decreto di Bianca di Savoja moglie di Galeazzo Visconte a favore del luogo di Abiategrasso, di cui era padrona. *Decreta antiq, p.* 245.

1374 = Breve di Gregorio XI, scritto a Bernabò Visconte. *Rainald. ad hunc annum. Num. XIV.*

Idem. = Lettera di Bernabò Visconte a cagione della pestilenza. *Gazata ad hunc annum.*

Idem. = Registro delle limosine che Galeazzo Visconte faceva vivendo, e che lasciò da farsi dopo la sua morte. *Carta nell' Archivio del Castello.*

MCCCLXXIIII. *die* XXVII. *Martii.*

Intentio Magnifici Dni Dni Galeaz etc. est quod infrascripte elemosine, oblationes, et anniversaria fiant toto tempore vite sue secundum ordinem infrascriptum videlicet.

Imprimis vult, quod omni die toto tempore vite sue dentur pro elemosina Pauperibus Christi pro salute, et remedio anime sue Fl. I, quod capit in anno Fl. CCCLXV.

Item omni die, quando Dominus ieiunat, quod est omni ebdomada semel, et hoc propter ieiunium Beate Virginis Marie, qui sunt ut supra dies LII. In die Fl. I, quod capit in anno Fl. LII.

Item pro offerta illius Misse, quam omni die audit ad computum ss. II. Imperialium pro Missa in die. Fl. — ss. II quod capit in anno Fl. XXIII.

Item pro oblatione trium Missarum, que dicuntur in die nativitatis Dni pro qualibet Missa. Fl. I. quod capit in anno Fl. III.

Item pro oblatione Misse, que dicitur in Festo Epiffanie. Fl. I.

Item pro oblatione Offitii dierum Veneris Sancti. Fl. I.

Item pro oblatione Misse, que dicitur in Festo Resurrectionis Dni. Fl. I.

Item pro oblatione Misse, que dicitur in Festo Pentecostes. Fl. I.

Item pro oblatione Misse, que dicitur in Festo Beate Virginis Marie in Marzio. Fl. I.

Item pro oblatione Misse, que dicitur in Festo Beata Virginis in Augusto. FL. I.

Item pro oblatione Misse, que dicitur in Festo Beate Virginis Marie in Septembr. Fl. I.

Item pro oblatione Misse, que dicitur in Festo Beate Virginis Marie in Februario. Fl. I.

Item pro illis diebus, quibus prefatus Dnus non audit Missam detur quolibet die. Fl. I, quod capit in anno Fl. XXX.

Item omni anno ad Festum Nativitatis Dni in pane cocto distribuendo illum in quindecim diebus subsequentibus Modia XX. Frumenti.

Item omni anno distribuendo ut supra Plaustra duo vini.

Item omni anno in Festo Annuntiationis Beate Virginis Marie in pane cocto distribuendo per totam octavam dicte Festivitatis Modia X Frumenti.

Item omni anno ad Festum Resurrectionis Dni in pane cocto distribuendo illum in quindecim diebus subsequentibus Modia XX Frumenti.

Digitized by Google

Item ad suprascriptum Festum omni anno distribuendo ut supra Plaustra II vini.

Item in quatuor Vigilliis Beate Virginis Marie, videlicet in qualibet earum omni anno Fl. X, quod capit in anno Fl. XL.

Item in qualibet Vigilia, vel Festo duodecim Apostolorum Fl. I, quod capit in anno Fl. XII.

Item in qualibet Vigilia infrascriptorum Sanctorum, et Sanctarum, que Dnus non potest ieiunare, videlicet Sancti Iohannis Baptiste, Sancti Ambrosii, Sancti Georgii, Sancti Antonii, Sancti Francischi, Sancte Marie Macdellene, Sancte Caterine, et Sancte Apollonie pro dentibus. Fl. I, quod capit in anno Fl. VIII.

Item quod dicantur omni die in Capella Sancti Gotardi in Mediolano Misse XVIII, et detur pro qualibet Missa in mense Fl. I, quod capit in anno Fl. CCXVI.

Item quod dicantur omni die in Papia in Capella sua sita in Castro suo Papie Misse XII ad computum suprascriptum. Fl. I, quod capit in anno Fl. CXLIIII.

Item ultra illas Missas que dicuntur in Civitate Mediolani, et Papie dicantur omni die Misse CCC. per Conventus Fratrum Paupertatis Civitatum Dni prefati ad computum Imperialium III. pro qualibet Missa. Capit in die Fl. II. sol. XII. in anno Fl. D. CCCLV.

Item in die Veneris Sancta dentur pro Elemosina Pauperibus Christi Fl. V.

Item vult, quod quandocunque se insompniaverit aliquem, vel aliquos ex Predecessoribus sue Dominationis, vel Dnum Comitem Guillelmum Comitem Anonie dentur pro elemosina pro qualibet. Fl. II, quod capit in anno Fl. XL.

Item intentio Dni est de decem Capellis fiendis videlicet duas in Mediolano, unam in Papia, unam in Piacentia, unam in Cumis, unam in Novaria, unam in Vercellis, unam in Terdona, unam in Alexandria, et unam in Modoetia; et quod iste decem Capelle veniant cum acquisto Capelle, factura, adornatura, pictura, fulcimento Altaris, una computata alia pro Fl. M. auri quo qualibet. Et si ex predictis posset haberi redditus Presbiteri scilicet libras C. Tertiolorum pro qualibet fiat. De quibus Domina iam habuit Fl. III. M. auri pro fatiendo dictas Capellas. Et si suprascripta quantitas denariorum non fuerit sufficiens ad predicta petantur Domino, et nunquam cessetur, donec omnia erunt completa. Pro qualibet Capella Fl. M, quod capit Fl. X. M.

Item si Capelle predicte non essent complete, nec reditus Presbiterorum, compleantur per Dominam, et Clericum, et Merlinum.

Item quod dentur omni die pro elemosinis Pauperibus Christi pro remedio, et salute anime Illustris quond. Domine Comitisse Virtutum ad cumputum in die Fl. II., quod capit in anno. Fl. DCCXXX.

Pro Domina

Primo ad Festum Nativitatis Dni omni anno, vel Resurrectionis Dni in pane cocto, distribuendo illum in octo diebus subsequentibus Modia X Frumenti.

Item distribuendo ut supra Plaustrum I vini.

Pro Filiis, et Nuru Dni.

Ad quolibet Festum Nativitatis vel Resurrectionis Domini in pane cocto distribuendo in octo diebus subsequentibus Modia X Frumenti.

Digitized by Google

Item distribuendo ut supra Plaustrum I. vini.

Pro Illustri Dno Dno Stefano Genitore suo.

Imprimis omni anno in die Anniversarii sui in pane cocto distribuendo illum in octo diebus subsequentibus Modia X Frumenti.

Item omni anno in die predicto distribuendo ut supra Plaustrum I vini.

Item pro anima prefati Dni Stefani pro dispensando in toto anno in pane cocto. Modia XX frumenti.

Pro Illustri Dna Dna Valenzina Matre ejus.

Imprimis omni anno in die Anniversarii sui in pane cocto distribuendo illum in octo diebus subsequentibus. Modia X Frumenti.

Item omni anni in die Anniversarii sui dictribuendo ut supra Plaustrum I vini.

Item pro anima dicte Due Valenzine pro dispensando in toto anno in pane cocto Modia XX Frumenti.

Pro quond. Dno Johanne Archiepiscopo Mediolani.

Item pro anima Dni Joannis Archiepiscopi Mediolani Patrui sui in pane cocto, dispensando illum in die Anniversarii sui, et diebus quindecim proxime subsequentibus Modia XX Frumenti.

Pro quond. Dno Azone Consanguineo suo.

Imprimis pro anima Dni Azonis Consanguinei Domini; omni anno in die Anniversarii sui in Mediolano in pane cocto distribuendo illum in octo diebus subsequentibus Modia X Frumenti.

Item in omni anno in die Anniversarii sui in Mediolano Plaustrum I vini.

Item pro anima suprascripti Dni Azonis pro dispensando per totum annum in pane cocto Modia XX Frumenti.

Pro quond. Dno Galeaz Patruo suo.

Item pro anima Dni Galeaz Patrui sui omni anno in die Anniversarii sui in Mediolano in pane cocto distribuendo illum in octo diebus subsequentibus Modia X Frumenti.

Item in die Anniversarii sui omni anno in Mediolano dispensando ut supra Plaustrum I vini.

Pro quond. Dno Marcho Patruo suo.

Item pro anima Dni Marchi Patrui sui omni anno in die Anniversarii sui in Mediolano in pane cocto distribuendo illum in octo diebus subsequentibus. Modia X Frumenti.

Item pro animo suprascripti Dni Marchi omni anno in die Anniversarii sui distribuendo ut supra Plaustrum I vini.

Pro quond. Dno Matheo Fratre suo.

Item pro anima Dni Mathei Fratris Dni omni anno in die Anniversarii sui in Mediolano in pane cocto, distribuendo illum in octo diebus subsequentibus Modia X Frumenti.

In eadem die distribuendo ut supra Plaustrum I vini.

Pro Dno quond. Comite Anovie.

Item pro anima Dni Gullielmi Comitis Anovie omni anno in pane cocto Modia X Frumenti.

Item pro ejusdem anima omni anno Plaustrum I vini.

Digitized by Google

Item intentio Dni prefati est, quod post ejus decessum.
fiant infrascripta, ut infra videlicet.

Imprimis omni die, et hoc in perpetuum dentur pro elemosinis Fl. X. Quod capit in anno. Fl. III. m. DCL.

Item in quatuor Vigilliis Beatissime Virginis Marie, videlicet, in qualibet ipsarum ultra suprascriptos. Fl. X. In pane cocto distribuendo illum in octo diebus subsequentibus Modia. X Frumenti, quod capit in anno Modia XL.

Item in suprascriptis quatuor Vigilliis, videlicet in qualibet ipsarum ultra suprascriptos Fl. X distribuendo ut supra Plaustrum I vini, quod capit in anno Plaustra III.

Item omni anno in Festo Nativitatis Dni, ultra suprascriptos. Fl. X. In pane cocto distribuendo in octo diebus subsequentibus. Modia XX Frumenti.

Item ad Festum suprascriptum omni anno distribuendo ut supra Plaustra II vini.

Item omni anno ad Festum Resurrectionis Dni in pane cocto distribuendo in octo diebus subsequentibus Modia XX Frumenti.

Item ad suprascriptum Festum ultra suprascriptos Fl. X, distribuendo ut supra. Plaustra II vini.

Item pro Anniversario suo omni anno in pane cocto distribuendo in quindecim diebus subsequentibus ultra suprascriptos Fl. X. Modia XX Frumenti.

Item pro suprascripto Anniversario omni anno distribuendo ut supra Plaustra II vini

Item omni die cujuslibet ebdomade, qua Dns solet ieiunare secundum quod vadit Vigillia, seu Festum Beate Virginis Marie, in pane cocto distribuendo in illa die. Modium I Frumenti, quod capit in anno Modia LII.

Item quod post ejus decessum celebrentur omni die ultra illas Missas, que celebrantur in Capella Domus Mediolani, et in Castro Papie, fiant omni die Misse CCC.

Item si Capelle antedicte non essent complete, nec reditus Presbiterorum, compleantur per Dominam, ac Clericum, et Merlinum.

An. 1374. = Breve di Papa Gregorio XI ad Alberto, duca d'Austria, intorno alla Pace coi Visconti, ed al matrimonio con Violante, figlia di Galeazzo. *Carta nell'Archivio segret. della Augustissima casa d'Austria.* = Gregorius Episcopus servus servorum Dei, Dilecto filio Nobili viro Alberto Duci Austriæ, Salutem, et Apostolicam Benedictionem. Dilectos filios Nobiles viros Wenhardum Dapiferi Militem, et Johannem Magistrum Forestarum Austrie domicellum, Ambaxiatores tuos latores presentium ad Sedem Apostolicam destinatos, benigne recepimus, atq. audivimus, Duoq. nobis curaverunt exponere. Primum videlicet, exquirendo si pacem cum damnationis filiis Bernabove, et Galeaz de Vicecomitibus de Mediolano, fratribus, hostibus, et persecutoribus Sancte Romane Ecclesie volebamus habere, quam tractare tua nobilitas offerebat. Secundum quod cum velles contrahere matrimonium cum.. . nata Galeaz pre-

Digitized by Google

libati, et hoc inter natos utriusq. sexus prefatorum Bernabovis, et Galeaz cum Illustribus personis de quibus existis, contrahi, per nostros processus esset inhibitum, contrahendi cum eadem nata, tibi licentiam concedere dignaremur. Ad primum dictis Ambaxiatoribus respondimus, ac eidem Nobilitati presentibus respondemus, quod sicut per dilectum filium Johannem de Constantia, devotum tuum, tibi scripsimus, repetimus per presentes, quod pacem cum omnibus si fieri potest optamus habere, et dictorum fratrum Nuncios, interdum, licet cum fallaciis, et fraudibus ad Sedem Apostolicam, de nostre permissionis clementia venientes toleramus audiri, nec respueremus ipsos fratres ad nostram reconciliationem admittere, si consideratis damnis, iniuriis, et offensis, nobis, et Romane, ac aliis Ecclesiis, et ejusdem Ecclesie Colligatis per eos irrogatis, et statu in quo sunt, vellent ad rationabilem concordiam devenire, et de ipsa pace, prefatos Ecclesiam, et Colligatos, reddere bene tutos, et quod te seu tuis Nunciis tractantibus, ipsa pax, tractaretur, et fieret, haberemus acceptum. Super secundo autem puncto de petita licentia contrahendi cum eadem nata, per alias litteras nostras, quas per prefatos Ambaxiatores mittimus, plenius respondemus. Et cum promissiones et juramenta, que per te, et non nullos Barones tuos, super contrahendo hujusmodi matrimonio facte et prestita asseruntur, sint irrita, et te, et eos non ligent, parati sumus, licet non expediat, tamen ad tollendam secularium opinionem contrariam dare nostras litteras declaratorias oportunas. Cave igitur filii dilecte, ne ad contrarium eorum, que tibi paterne scribimus, aliquorum consilio seducaris, quia contrahendo de facto matrimonium proibitum, immo potius conturbernium cum nata dicti Galeaz, contra quem, super earesi procedimus, et de ipsa condemnandus est, ac per hoc contempnendo Ecclesiam, et ipsi viro perfido, ex hoc magnum prebendo favorem, graviter exinde offenderes Deum, et Ecclesiam prelibatam, et in preclaro tuo genere, poneres maculam defacili non delendam, et filii non essent legitimi, quos susciperes ex eadem. Datum Sallone Arelatensis Diocesis viii. Kalend. Jullii Pontificatus nostri Anno Quarto.

Valascus.

L. B.

Dilecto filio Nobili viro Alberto Duci Austrie.

Collat. cum Autographo Archivi
Aug. Domus Austr.

An. 1375. = Bolla di papa Gregorio XI, con cui approva la religione de' monaci di sant'Ambrogio ad Nemus, formata in Milano. *Charta apud Saxium series Archiep, ubi de Simone de Borsano.*

Idem. = Istrumento della tregua conchiusa fra il sommo pontefice co' suoi alleati, ed i due fratelli Visconti. *Du Mont ad hunc annum.*

Idem. = Diplomi di Gio. Galeazzo Visconte, conte di Virtù, figlio di Galeazzo, a favore di Ottone da Mandello. *Paolo Moriga Istoria, lib IV. Cap.* 25.

Digitized by Google

An. 1375. = Breve di Gregorio XI, a Galeazzo Visconte. *Rainald. ad hunc annum. Num. XVI.*

» 1376. = Pace fra il sommo pontefice e Galeazzo Visconte. *Du Mont sotto quest'anno.*

Idem. = Istrumento di unione del monistero di Fontegio con quello di santa Maria delle Veteri di Milano, mediante breve pontificio. *Carta nell' archivio del Monistero di santa Maria delle Veteri.*

Idem. = Visita e relazione delle acque, che vengono alla città di Milano, fatta dall'ingegnere del comune. *Caroel Disquis. jurid. de servitutibus, et Aqua, pag.* 398, *et seq.*

Idem. = Lega fra il sommo pontefice e Galeazzo Visconte. *Carta nell'archivio del Castello nel registro segn. A. senza numero, fol.* 35.

Idem. = Approvazione di Galeazzo visconte e del conte di Virtù, al compromesso fatto nel cardinal di Ginevra per la guerra fra essi ed il marchese di Monferrato. *Ib. fol.* 41, *et seqq.*

Idem. = Istruzione data dal sommo pontefice al sig. Stefano della Colonna protonotaro, nel mandarlo a Pavia da Galeazzo Visconte ec. *Carta Ib.*

Idem. = Pace fra Galeazzo Visconte ed il marchese di Monferrato. *Du Mont sotto quest'anno.*

An. 1377. = Decreto di Galeazzo Visconte, con cui annulla le grazie da lui fatte a' privati contro il diritto. *Decreta antiqua pag.* 46, *et seqq.*

» 1378. = Decreto di Gio. Galeazzo Visconte, conte di Virtù, a nome di suo padre. *Ib.*

Idem. = Pace fra Gio. Galeazzo Visconte, ed Amedeo conte di Savoja. *Guichenon ad hunc annum.*

Idem. = Lega fra i medesimi due principi. *Du Mont sotto quest'anno.*

An. 1379. = Pace fra il sig. Bernabò Visconte e i signori Bortolomeo ed Antonio della Scala, signori di Verona. *Du Mont sotto quest'anno.*

Idem. = Accettazione fatta dal sig. Gio. Galeazzo Visconte delle bastie del Veronese in sua consegna. *Id. Ib.*

Idem. = Tregua conchiusa fra Gio. Galeazzo Visconte ed il marchese di Monferrato. *Du Mont sotto quest'anno.*

Digitized by Google

An. 1379. = Riserva fatta da Gio. Galeazzo Visconte dopo la conchiusione della predetta tregua. *Id. Ib.*

Idem. = Privilegio conceduto da Gio. Galeazzo Visconte ai cittadini d'Asti. *Carta nell'archivio del Castello nel registro segn. A, senza numero, pag.* 71, *et seqq.* 74, *et seqq.*

An. 1380. = Lega del sig. Galeazzo Visconte, conte di Virtù, co' Veneziani a danno de' Genovesi. *Du Mont sotto quest'anno.*

Idem. = Sfida del detto principe contro i Genovesi. *Carta nell'archivio del Castello nel registro sopraccitato, pag.* 110, *et seqq.*

Idem. = Lettera del detto principe al doge di Venezia colla notizia della lega con lui sottoscritta. *Ib. pag.* 115., *et seqq.*

Idem. = Diploma di Venceslao re de' Romani, con cui assolve Gio. Galeazzo Visconte da ogni sentenza imperiale fulminata contro di lui. *Du Mont sotto quest'anno.*

Idem. = Diploma, con cui il medesimo re concede a Gio. Galeazzo il vicariato imperiale in tutti gli stati, che possedeva. *Id. Ib.*

Idem. = Memoriale dato ad Urbano VI, sommo pontefice, dagli abati cisterciesi di Caravalle, Morimondo, Cerreto ed Acqua fredda. *Carta nell' archivio Ambrosiano.*

Idem. = Dispensa conceduta da Antonio, arcivescovo di Milano, a nome di papa Urbano VI, per contrarre matrimonio fra Giovanni Galeazzo Visconte e Caterina figlia di Bernabò, sua cugina. *Dacheri Spicilegium Tom. VII, pag.* 244.

An. 1381. = Protesta del cardinale Simone da Borsano, milanese, già arcivescovo di Milano, in punto di morte. *Dacheri Spicilegium. Tom. I, pag.* 765.

Idem. = Privilegio conceduto da Gio. Galeazzo Visconte a Giovanolo da Casate, con cui in grazia sua esenta gli abitanti di Robecco di concorrere alla fabbrica delle mura di Abbiategrasso. *Morigia. Istoria, pag.* 480.

An. 1382. = Pace conchiusa fra Gio. Galeazzo Visconte e Teodoro, marchese di Monferrato. *Du Mont sotto quest'anno.*

Idem. = Editto di Gio. Galeazzo, con cui proibì a tutti i suoi sudditi il cercare e l'accettare Beneficj ecclesiastici senza sua licenza. *Campi storia di Piacenza. Tatti. Annali di Como sotto quest'anno.*

Digitized by Google

An. 1384. = Lettera circolare scritta da Bernabò Visconte per la morte di sua moglie. *Corio sotto quest'anno.*

Idem. = Breve di Clemente VII antipapa, con cui concedette Angera in feudo a Caterina Visconte, moglie di Gio. Galeazzo. *Carta nell' archivio del Castello nel registro seg. A. Num. I, pag. CXI.*

Feudum Illustri Dne Chatarine Comittisse Virtutum de Rocha Anglerie.

Clemens Episcopus Servus Servorum Dei. Dilecte in Christo Filie Nobili Mulieri Catharine Comitisse Virtutum, Domini Roche Anglerie Mediolanensis Diocesis salutem, et Apostolicam Benedictionem. Eximie devotionis sinceritas, quam ad Nos, et Romanam geris Ecclesiam non indigne meretur, ut tuis precibus, in illis presertim, que in utilitatem rei pubblice cedere dignoscuntur, favorabiliter annuentes, Te spetialibus favoribus, et gratiis attollamus. Sane petitio pro parte tua nobis exibita continebat, quod de Angleria, de Tayno, et de Garnisio, loca Mediolanensis Diocesis ad Mediolanensem Archiepiscopum pro tempore existentem pleno jure spectare noscuntur: quodque Rocha dicti loci de Angleria si a malis, et latronibus eam contingeret occupari magnum posset multis Villis, et locis circumstantibus nocumentum afferre; propter quod magnas, et graves expensas pro ipsius tuta custodia, ac munitionibus necessariis exponi oportet: et nisi Dilectus Filius Nobilis Vir Bernabos de Vicecomitibus Miles Mediolanensis Genitor tuus eandem Rocham cum expensis maximis custodiri fecisset, multa pericula, atque damna toti Patrie circumposite evenissent; quodque prefatus Archiepiscopus in locis predictis nonnullas pensiones, et alios redditus, et proventus annuatim percipere consuevit; dicteque pensiones, redditus, et proventus pro tuta custodia, et munitionibus hujusmodi dicte Roche sufficere minime dignoscuntur; quodque predictus Archiepiscopus, qui in Laycos patrie circumstantis temporalem potestatem non habet, non posset dictam Rocham absque magno periculo, et Ecclesie Mediolanensis dispendio custodire. Nos igitur cupientes huiusmodi scandalis, et periculis quantum cum Deo possumus obviare, Teque Apostolica munificientia honorare volentes, ut ipsa Romanam Ecclesiam eo devotius revereri studeas, quo potiora beneficia ab ea noveris suscepisse, tuis supplicationibus inclinati, Rocham et loca predicta, cum pensionibus, redditibus, et proventibus supradictis, ac mero, et mixto imperio, et omnimoda Jurisdictione, ac omnibus aliis juribus, et pertinentiis suis, qui trecentorum Florenorum auri vel circiter valorem annuum ut asseris non excedunt. Tibi Tuis Liberis ex tuo corpore descendentibus in perpetuum in feudum nobile auctoritate Apostolica concedimus, et donamus. Ita tamen, quod Tu quamdiu vixeris, nostri, et ejusdem Romane Ecclesie, Liberi vero predicti Archiepiscopi memorati, Vassalli propterea existatis; Tuque Nobis, et Successoribus Nostris Romanis Pontificibus canonice intrantibus, ac Liberi supradicti prefato Archiepiscopo fidelitatis debitum solitum prestare teneamini juramentum. Volumus autem, quod prefati Liberi pro Feudo predicto censum unius Marche argenti in perpetuum in Festo Nativitatis Dominice, annis singulis eidem Archiepiscopo solvere teneantur. Nulli ergo omnino Hominum liceat hanc paginam nostre concessionis, donationis, et voluntatis infringere, vel ausu temerario

Digitized by Google

contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit indignationem Omnipotentis Dei, et Beatorum. Petri, et Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Avinione VIII. Idus Decembris Pontificatus nostri anno septimo.

Factum de mandato Dni. Nostri P. P.
Jo. de Trulhatio.

An. 1385. = Fondazione della chiesa e canonica di santa Maria della scala, con juspatronato riservato a Bernabò, ed a'suoi successori. *Charta nell'Archivio di quella Canonica.*

Idem. = Decreto con cui la città di Milano concedette il pieno dominio di sè stessa a Gio. Galeazzo Visconte ed a'suoi discendenti. *Siton. Monum. Vicecom. pag.* 21.

Idem. = Processo contro di Bernabò Visconte. *Annal. Mediol. ad hunc annum.*

Idem. = Lettera scritta da Gio. Galeazzo ai Fiorentini circa la prigionia dello zio Bernabò. *Id. Ib.*

Idem. = Elezione di un giudice per le valli di Blegno e Leventina fatta da quattro Ordinarj della nostra metropolitana, che n'erano signori e conti. *Charta in Archivio Capituli Metropolitani.*

Idem. = Catalogo dei signori novecento del consiglio generale di Milano eletti in quest'anno. *Charta nei Registri Civici. Tom.* 1. *fol.* 179, *et seqq.*

Idem. = Altri cataloghi de' cittadini eletti per gli altri magistrati civici. *Ib. fol.* 163, 166, *et seqq.*

Idem. = Catalogo de'signori giudici del Collegio di Milano nel presente anno. *Ib. fol.* 166, *et seqq.*

Nomina Dominorum Judicum Collegii Mediolani viventium

MCCCLXXXV.

Porta Horient.

D. Adoardus Curradus.
D. Curradus. A. *mortuus est.*
D. Paulus Arzonus.
D. Rugerius Cavazia. A.
D. Baronzinus de Molgora.
D. Bonolus de Raude.
D. Jacobus de Aroxio.

Porta Rom.

D. Johannes Vicecomes. *mortuus est.*
D. Johannes de Homodeis. *mortuus est.*
D. *Signorinus de Homodeis.*

Digitized by Google

Porta Tic.

D. Rizardus Villanus. A.
D. Henricus de la Porta. A.
D. Franciscus de Landriano.
D. Beltramolus de Ferariis. A.
D. Johannes de Cataneis. *mortuus est.*
D. Franciscus de la Mayrola.
D. Franciscus Tignoxius.
D. Andreas de Rizollo.
D. Christoforus de Castilliono.
D. Johannes de Castilliono Episcopus Vicentie.

Porta Vercellina.

D. Petrus de Cuticis senex. *mortuus est.*
D. Stefanus de Cuticis.
D. Gabardus de Seroxatis *mortuus est.*
D. Johanninus de Landriano. *mortuus est.*
D. Johannes Gironus. A.
D. Christoforus de Pandulfis. A.
D. Petrus de Cuticis iuvenis.
D. Johanninus de Castelliono.
D. Filipolus de Modoetia. *mortuus est.*
D. Johannes de Pado. *mortuus.*
D. Ubertinus de Lampugnano. A.
D. Bellonus Gironus. *mortuus est.*
D. Beltramolus Pasqualis.
D. Landulfus de Carpanis.
D. Jahannes de la Cluxa

Porta Comacina.

D. Johanninus de Littis. *mortuus est.*
D. Cabriel de Bossiis. *mortuus est*
D. Johannes de Carnago.
D. Ambrosius de Buziis.
D. Jacobus de Bossiis.
D. Antonius de Cuxano. *Mortuus est.*
D. Cristofanus de Cuxano.
D. Morinus de Landriano.

Porta Nova

D. Benzius de Sallariis.
D. Guido de Bernadigio. *mortuus est.*
D. Antonius de Serazonibus. *mortus sest.*
D. Antonius de Ecclesia. A.
D. Antonius de Bernadigio. A.
D. Anriginus de Domo.
D. Manfredus Serazonus Fil. D. Antonii.
D. Antonius de Landriano.
D. Tadiolus de Vicomercato.

Ciò che è stampato con diverso carattere si comprende essere stato aggiunto dipoi; fino all'anno 1388, in cui fu terminato quel codice.

Idem. = Perdono conceduto ad alcune famiglie della Martesana state altre volte ribelli. *Decreta antiqua, pag.* 77.

Idem. = Editto di Gio. Galeazzo Visconte, con cui determina i luoghi soggetti alla giurisdizione del podestà di Milano. *Ib. pag.* 86, *et seq.*

Idem. = Lega di Gio. Galeazzo coi signori d'Este, da Carrara e Gonzaga contro le compagnie estere, e i ribelli. *Du Mont ad hunc annum.*

Idem. = Memoriale delle monache della Vittoria, e di quelle di santa Maria di Castagnedo, per l'unione del secondo monistero col primo. *Charta nell'Archivio del Monistero della Vittoria.*

An. 1386 = Editto di Gio Galeazzo intorno all'officio delle bollette. *Decreta antiqua pag.* 112, *et seq.*

Digitized by Google

An. 1387. = Ordine di Gio. Galezzo per far la festa di san Babila, e l'oblazione in quella chiesa. *Charta ne'Registri Civici. Tom.* 1, *fol.* 97.

Idem. = Convenzione per le nozze fra Lodovico, duca di Turrena e conte di Valois fratello del re di Francia, con Valentina Visconte, figlia di Gio. Galeazzo. *Charta presso Benvenuto da San Giorgio nella Storia de'Marchesi di Monferrato sotto quest'anno.*

Idem. = Sfida mandata da Gio. Galeazzo Visconte ad Antonio della Scala signore di Verona. *Annal. Mediol. ad hunc annum.*

Idem. = Testamento di Bianca Maria di Savoja, madre di Gio. Galeazzo Visconte. *Carta presso di me, e nell' Archivio del Regio Economato.*

An. 1388. = Catalogo di novecento decurioni eletti in quell'anno. *Ne'Registri Civici. Tom. I, pag.* 107. *Paolo Morigia Istoria. Lib. IV. Cap.* 44.

Idem. = Catalogo delle parrocchie di Milano in quel tempo. *Ne' Registri Civici. Ib. pag.* 151.

Idem. = Sfida mandata da Gio. Galeazzo Visconte a Francesco da Carrara. *Corio sotto quest' anno.*

Idem. = Lettera circolare di Gio. Galeazzo per notificare la conquista di Padova. *Id. Ib.*

An. 1389. = Inventario del corredo di Valentina, figlia di Gio. Galeazzo Visconte, sposa di Ludovico duca di Turrena. *Carta negli Annali Milanesi sotto quest' anno.*

Idem. = Ordini dati da Giovan Galeazzo per la formazione di un nuovo estimo in Milano. *Carta ne'Registri Civici sotto quest' anno fol.* 5. *a tergo.* = Dominus Mediolani etc. Comes Virtutum Imperialis Vicarius Generalis — Nobili et Sapienti viro Domino Vicario, sive ejus Locum Tenenti, et XII Provisionum, ac Sindicis nostri Comunis Mediolani.

Capitula compilata circa refectionem extimi nostre Civitatis Mediolani mitimus vobis presentibus inclusa, volentes, vobisque mandantes, quatenus ipsa capitula celeriter observetis, et executioni mandetis, ac observari, et executioni mandari faciatis, cum additionibus, et correctionibus aliquibus, ex dictis capitulis per nos factis. Super tertio capitulo addimus hec verba, videlicit — Dummodo illa bona devoluta non fuerint ad cameras Dominorum Mediolani, et per ipsos Dominos postea aliis donata. Super quinto capitulo volumus, quod decretum additum per quondam Dominos Jo. Archiepiscopum, et Luchinum Fratres Vicecomites Predecessores nostros super hoc disponens locum habere non debeat, nec servari inter Civitates Mediolani, Cumarum, et Laude, habentes possessiones earum hinc inde in utriusque dictrictibus, neque earum comitatus, seu districtus, nisi fuerint de comuni beneplacito, et voluntate Mediola-

Digitized by Google

nensium, Cumanorum, et Laudensium. Super sexto Capitulo volumus, quod sicut alii in casu simili existentes tractari per tempora consueverunt, ita et amodo isti, de quibus in Capitulo sit mentio, tractentur. Super nono Capitulo Volumus, quod immunitates, vel exemptiones concesse de jure debeant observari, et quod immunitates, seu exemptiones concesse de gratia si observari debuerint an ne dispositioni, et arbitrio nostro relinquatur. Super sexto decimo Capitulo. Addimus, quod ilii, quibus hoc spectat, seu spectabit etiam futiant sibi firmiter promitti per illos de squadris qui ellecti fuerint extimatores, et taliatores ad fatiendum extimum prestando, et defferendo etiam eis si visum fuerit expediens Sacramentum, quod sine speciali licentia deputandorum ad hoc, non participabunt cum aliqua persona per coloquium, vel scripturam, ut in Capitulo continetur.

Datum Mediolani die XXXI Martii MCCCLXXXVIIII.

In Nomine Domini Amen.

Ordo servandus circa extimum fiendum in Civitate, Suburbiis, et Corporibus Sanctis Mediolani.

I. Imprimis, quod suma dicti exstimi esse debeat de florenis XXIIIIm, de super totum.

II. Item, quod omnes, et singuli cives Mediolani, qui, vel quorum antecessores extimati sunt, vel fuerunt in tallea Florenorum Civitatis, suburbiorum, vel corporum Sanctorum Mediolani, describantur in presenti extimo clare, et specifice cum nominibus, et cognominibus ipsorum, et patrum suorum, et Portis et Parochiis in quibus reperti fuerint habitare, et si ad presens non habitant in Civitate, suburbiis, vel corporibus Sanctis in illa Porta et Parochia in quibus ipsi, vel eorum antecessores descripti, vel extimati erant, et hoc secundum vallorem bonorum suorum mobilium ubicumque sint, etiam immobilium existentium in Civitate, vel Comitatu Mediolani, et secundum exercitia, et trafega ipsorum, habito etiam respectu ad expensas, et onera familiarum suarum, ita tamen, quod nullus habeatur respectus ad aliqua sallaria, provisiones vel dona, que data sint, aut facta, seu darentur, vel fierent per Illustrem Dominum nostrum, seu Illustrem Dominam Consortem ejus seu per Comune Mediolani alicui persone, pro quibus Sallariis provvisionibus, vel Donis aliquis nullatenus prout supra possit, nec debeat extimari.

III. Item, quod omnes, et singuli cujuscunque conditionis, vel status existant, in quos pervenissent, quovis jure, titulo, vel causa aliqua bona Immobilia alicujus alias descripti, et extimati in tallea florenorum Mediolani, ubicumque habitent, extimentur pro dictis bonis, et secundum vallorem ipsorum bonorum in presenti extimo.

IIII. Item, quod omnes, et singuli habitatores Civitatis, Suburbiorum, et Corporum Sanctorum Mediolani, qui, vel quorum predecessores nunquam fuerint extimati in tallea florenorum Mediolani, et qui, ad presens alibi in aliqua parte extimati non sunt, et de jure exstimari non debeant, describantur, et extimentur in presenti extimo prout in precedenti Capitulo secundo continetur.

V. Item, quod omnes, et singuli Cives Mediolani habentes Possessiones, vel

Digitized by Google

bona Immobillia in Civitatibus, et districtibus Cumarum, et Laude, seu in aliquo, vel aliqua ex eis extimentur etiam pro ipsis eorum bonis in dicto extimo, sicut. et quemadmodum observatum est a quadraginta annis citra, vel pro majori parte dictorum annorum.

VI. Item, quod omnes, et singuli de Civitate vel comitatu Mediolani habitantes, seu qui habitaverint in Civitate, suburbiis, vel Corporibus Sanctis Mediolani a Kallendis mensis Januarj proxime preteriti retro, in quos pervenissent, quovis jure, titulo, vel causa aliqua bona Immobilia alicujus alias descripti, et extimati in tallea florenorum, vel qui faciant aliqua exercitia, vel traffega in ipsa Civitate, suburbiis vel Corporibus Sanctis Mediolani, describantur, et estimentur in presenti extimo pro ipsis bonis, exercitiis, et traffegis, non obstante quod talleati, et extimati sint in aliqua parte Comitatus Mediolani.

VII. Item, quod si in una familia fuerint duo, vel plures habentes bona comunia, et unus eorum reperiatur descriptus, vel extimatus in dicto extimo, quod alii intelligantur etiam descripti, et extimati; ita quod quilibet eorum teneatur pro sua rata parte, secundum portiones bonorum sibi pertinentium, et nihilominus possit fieri exactio insolidum contra quemlibet ipsorum, ipso tamen, qui solverit, insolidum, habente regressum contra alios pro quibus solverit, pro ut haberet Comune Mediolani.

VIII. Item, quod si fuerint duo, vel plures fratres seu Patrui, et Nepotes, vel Consanguinei, qui consueverint esse in extimo simul et nunc reperiantur habere separatas Familias, seu habitationes, vel bona divisa, describantur, et extimentur separatim in dicto extimo assignando unicuique suam contingentem portionem.

VIIII. Item, quod nulla persona, que reperiatur esse descripta in presenti extimo, secundum ordines datos possit se excusare aliquo privilegio immunitatis, vel gratie, quin solvere teneatur secundum quod, et pro ut sibi taliabitur, et quod omnis gratia, et immunitas, que non est respectu dicti extimi, nichil sibi prosint, salvo tamen arbitrio, et voluntate Illustris. Domini nostri.

X. Item, quod illi, qui fuerint taliatores ad talleandum, et imponendum prestitum hoc anno impositum, nec non XII Provixionum Comunis Mediolani ad presens dicto officio Provixionum Presidentes, et illi sex, qui ellecti fuerint ad ordines presentes extimi faciendi, aut aliquis eorum non possit, nec debeat eligi, nec esse taliator, nec extimator presentis extimi.

XI. Item, quod taliatores, seu extimatores, qui elligentur ad faciendum presens extimum non possint, nec debeant se nec aliquos de eorum familiis extimare, nec etiam extimari per aliquos ex squadris elligendis ad dictum extimum fatiendum.

XII. Item, quod in eligendo taliatores, seu extimatores ad dictum extimum fatiendum hujusmodi ordo servetur, videlicet.

XIII. Primo, quod per Dominum Vicarium, et XII Provixionum Comunis Mediolani elligantur, et elligi debeant duodecim ex notabilioribus, et ditioribus cujuslibet Porte Civitatis Mediolani, et duodecim de mediocribus, et duodecim de minoribus, bonis viris, ac bone conditionis, et fame, et majoribus vigintiquinque annis, qua electione sic facta predicti Domini Vicarius,

Digitized by Google

et XII. Statim cogant predictos duodecim de notabilioribus, et ditioribus, quos elegerint ut supra ad eligendum triginta de sua Porta in extimatores, et taliatores, qui sint homines bone conditionis, et fame, et majores viginti quinque annis, et inter quos elligendos decem sint de ditioribus, et decem de mediocribus, et decem de minoribus, et inter quos sit unus Notarius notabilis, et autenticus Deputatus ad dictum extimum describendum, et quod Dominus Hengiramus de Brachis Vicarius Domini, eodem instanti in alio tamen diverso loco statim cogat alios duodecim mediocres, taliter ut supra electi fuerint, ad elligendum triginta de sua Porta similiter modo, et forma predictis, et quod Referendarius Mediolani, Statim, et in alio diverso loco cogat alios duodecim minores, qui electi fuerint ut supra ad elligendum similiter triginta de sua Porta modo, et forma predictis, et quod predicti duodecim triplicis conditionis, qui ellecti fuerint ut supra jurare debeant coram Domino Vicario, et XII Provixionum de fatiendo electionem predictorum XXX elligendorum ut supra bona fide, et sine fraude, omni utilitate attenta, remotis amore, timore, odio, et aliquo spetiali proficuo, utilitate, et dampno, et ceteris, que possint divertere a tramite justitie, et veritatis.

XIV. Item, quod in numero extimatorum, seu eligendorum ut supra non sit, neque esse possit nisi unus de qualibet parentella Civitatis Mediolani et sit at minus unus de qualibet Parochia Mediolani.

XV. Item, quod facta electione per suprascriptos duodecim triplicis conditionis ut supra de predictis triginta, accipiantur novem bussole, et quod in tribus ex dictis bussolis ponantur triginta brevia, videlicet decem de qualibet bussola, in quibus descripta sint nomina predictorum triginta ellectorum per primos duodecim ditiores, et quod decem ex predictis triginta electis majoris summe ponantur in una bussola, et decem mediocris summe ponantur in alia bussola, et alii decem summe minoris ponantur in alia tertia bussola, et similiter fiat de XXX electis per predictos alios duodecim mediocris summe, et ponantur in aliis tribus bussolis modo, et forma predictis; simili quoque modo fiat de illis XXX, qui ellecti fuerint per alios duodecim minoris summe, qui ponantur in aliis tribus bussolis modo, et forma predictis, et quod de qualibet ex dictis novem bussolis extrahantur sorte tres primo, et deinde unus de ditioribus de prima bussola primorum ellectorum, et postea unus de mediocribus de secunda bussola secundorum ellectorum, et ultimate unus de minoribus de tertia bussola tertiorum, ellectorum qui de super toto ascendunt ad numerum XXX pro qualibet Porta.

XVI. Item, quod de predictis triginta pro qualibet Porta elligendis ut supra fiant quinque Squadre, in quibus sint XXXVI pro qualibet Squadra in quibus sint sex, videlicet duo de ditioribus, duo de mediocribus, et duo de minoribus de qualibet Porta. Qui XXXVI pro qualibet Squadra sint, et esse debeant extimatores ad fatiendium extimum generale universaliter omnium, et singularum personarum Civitatis, Suburbiorum, et Corporum Sanctorum Mediolani Ceterum predicti XXXVI pro qualibet Squadra jurare teneantur, de faciendo dictum extimum bona fide, sine fraude, pro ut supra in electione XII continetur,

XVII. Item quod predicti XXXVI pro qualibet Squadra deputentur, et

Digitized by Google

recludantur una Squadra separatim ab alia in locis diversis, et idoneis, et taliter custodiantur quod non possint partecipare cum aliqua persona, colloquio, vel per scripturam, sine speciali licentia deputandorum ad hoc.

XVIII. Item quod Notarii deputandi ad scribendum dictum extimum, videlicet quilibet in sua Squadra, teneatur, et debeat describere clare, et distincte nomina, et cognomina cujuslibet persone extimande, et quantitatem extimi, seu omnes per litteras distinctas. Et quod omni sero libri dicti extimi sigillentur per tres de dicta Squadra, et claudantur in aliqua capsa sub bonis seraturis, et mane sequenti aperiantur in presentia aliorum de dicta Squadra, ita quod omnis materia malignitatis, et falsitatis cesset omnino.

XVIV. Item quod facto dicto extimo per omnes quinque Squadras presententur omnes libri dicti extimi suprascripti per Notarios ac ipsum extimum describendum Deputatos ut supra sigillati, et clausi coram Domino Vicario, et XII Provixionum, ac Sindicis Comunis Mediolani, coram quibus, et in presentia decem octo bonorum Civium Mediolani per eos elligendorum, videlicet trium pro porta, quorum unus sit de ditioribus, alius de mediocribus, et alius de minoribus, apperiantur, et pubblicentur dicti libri extimi predicti, et per ipsos una cum predictis Domno Vicario, et XII ac Sindicis Comunis Mediolani fiat diligens examinatio dictorum librorum, et abitiantur major, et minor summa, deinde alie tres summe simul cumulentur, et ex ipsis tribus summis tertia pars elligatur, que tertia par sit, et esse debeat vera, et equa quantitas extimi antedicti.

XX. Item quod si reperiretur aliqua Persona descripta in duobus, vel pluribus locis librorum dicti extimi canzelletur de ea parte, seu de illis partibus in qua, vel quibus describi non debebat secundum ordines presentis extimi, et pro non descripta ibidem habeatur, et remaneat solum descripta in ea parte, in qua describi debebat ut supra, et quod in ipsa Canzelatura describatur ratio et causa Canzellature ejusdem.

XXI. Item quod in dicto extimo nullatenus describatur aliqua persona inhabilis, et miserabilis, et intelligatur inhabilis, que verisimiliter sustinere non possit onus extimi quarti unius Floreni, vel ab inde supra.

An. 1390. = Sfida di Gio. Galeazzo contro de' Bolognesi. *Nelle lettere de' principi stampate in Venezia nel* 1574.

Idem. = Sfida di Gio. Galeazzo contro de' Fiorentini. *Annal. Mediol. ad hunc annum.*

Idem. = Bolla di papa Bonifacio IX, con cui concedette ai Milanesi il Giubileo. *Carta nell'archivio de' Panigaroli, nel Registro segn. A. pag.* 169, *et alibi.* = Bonifatius Episcopus Servus Servorum Dei Venerabilibus Fratribus Archiepiscopis, Episcopis, et dilectis Filiis Electis, Abbatibus, et aliis Prelatis, universoque Clero Seculari, et Regulari, exempto, et non exempto, nec non Populo, ac Incolis, et Habitatoribus omnium, et singularum Civitatum, et Diecesium, ac Terrarum, Castrorum, Villarum, et aliorum quorumcumque Locorum sub dominio, aut regimine, vel gubernatione Dilecti Filii Nobilis

Digitized by Google

Viri Galoaz Comitis Virtutum, in partibus Lombardie, et alibi ubilibet qualitercunque constitutorum, et eorum, et cujuslibet eorum districtuum, singularibusque Personis eorumdem utriusque Sexus salutem, et Apostolicam benedictionem. Exigunt vestre devotionis integritas, qua Nos, et Romanam Ecclesiam veneramini, ac fidei puritas, de qua Vos utpote Catholicos, et constantes verax fama ubique concelebrat; ut Vos, quos precipue charitatis dilectione merito complectimur, in iis presertim, que animarum vestrarum salutem conspitiunt, specialibus favoribus, et gratiis prosequamur. Dudum siquidem felicis recordationis Urbanus Papa Sextus Predecessor noster, ex certis rationabilibus causis ad id ejus animum moventibus, cum consilio etiam Fratrum Suorum, de quorum numero tunc eramus, et Apostolice potestatis plenitudine statuit, ut universi Christifideles vere penitentes, et confessi, qui in anno a Nativitate Jesu Christi millesimo trecentesimo nonagesimo instante, tunc futuro, et deinceps perpetuis temporibus de trigintatribus annis, in trigintatres annos Beatorum Petri, et Pauli Apostolorum Baxilicas, et Lateranensem, et Sancte Marie Maioris Ecclesias de Urbe, causa devotionis visitarent plenissimam omnium peccatorum suorum veniam consequerentur. Ita videlicet, ut quicunque vellet hujusmodi indulgentiam assequi, si Romanus ad minus triginta continuis, vel interpolatis saltem semel in die; si vero Peregrinus, aut Forensis existeret modo simili quindecim diedus ad easdem Baxilicas Ecclesias accedere teneretur; prout in dicti Predecessoris nostri litteris inde confectis. Cum ita sicut accepimus nonnulli ex Vobis ob magne devotionis fervorem ad ipsam Urbem in propriis personis libenter infra annum hujusmodi pro indulgentia hujusmodi assequenda eorum desiderium certis de causis comode adimplere nequiverint, et nequeant, sicut vellent: Nos qui cunctorum Christifidelium, inter quos vestra sinceritas effectibus laude dignis, et multipliciter inotescit, animarum salutem intensis desideriis affectamus; volentes Vos premissorum meritorum vestrorum intuitu, nec non contemplatione dicti Comitis Nobis pro Vobis super hoc humiliter supplicantis, favoribus prosequi gratioxis, devotioni ni vestre tenore presentium indulgemus, ut Confessor, quem ex viginti Presbiteris Secularibus, vel Regularibus, quos Venerabilis Frater noster Beltramus Episcopus Cumanus fructuum, et proventuum Camere Apostolice in illis partibus debitorum Collector in Majori Ecclesia Mediolanensi duxerit deputandos, super qua quidem deputatione eidem Episcopo Collectori plenam harum serie concedimus facultatem, vestrum quilibet duxerit eligendum, quibus etiam, et cuilibet omnimodam, quam Minores Penitentiarii Romane Curie habent, dnrante termino dumtaxat, concedimus potestatem Vobis, et cuilibet Vestrum vere penitentibus, et confessis eadem auctoritate concedere valeat, quod Vos, et quilibet Vestrum vere penitentes, et confessi, ut prefertur, dictam Majorem, et Sanctorum Ambrosii, Nazarii in Brollio, Laurenzii Majoris Mediolani, ac Simplitiani extra Muros Mediolani Ecclesias decem diebus continuis, vel interpolatis semel saltem in die infra Festum Nativitatis Beate Beate Virginis Marie proxime venturum incluxive visitanto, illi videlicet qui comode poterunt, ali vero qui propter senectutem, vel adversam valitudinem, seu Religionis honestatem, aut aliud impedimentum legiptimum visitationem hujusmodi decenter, et comode facere

Digitized by Google

nequiverint, loco ipsius visitationis alia pietatis opera faciendo, vel aliquas orationes dicendo, seu aliam Personam loco ipsorum, que ipsam visitationem faciat pro ipsis, deputando, prout dictus Confesso, quem ex dictis viginti Presbiteris quilibet ipsorum sic impeditorum duxerit elligendum, qui etiam ad ipsos taliter impeditos, causa eorum Confessiones audiendi, et hujusmodi Indulgentiam concedendi, ac premissa omnia, et singula fatiendi accedere possint; eis taliter impeditis duxerit injungendum, proinde hujusmodi Indulgentiam plenissimam consequantur; et quilibet Vestrum consequatur, ac si infra annum hujusmodi ad ipsam Urbem propterea personaliter venissent, et Ecclexias, et Baxilicas supradictas visitassent. Sic tamen, quod idem Confessor laborem personalem, quem in itinere veniendi ad ipsam Urbem, et commorandi, et ab ea recedendi quilibet Vestrum passus fuisset, si propterea ad ipsam Urbem venisset, Vobis, et cuilibet Vestrum commutet in alia opera pietatis; quodque quilibet Vestrum, qui Persona Religiosa non fuerit tertiam partem expensarum, quas in dicto itinere ad ipsam Urbem propterea veniendi, et in ea morandi, et ab ea recedendi secundum sui condecentiam expensurus fuisset, ac Oblationum, quas Baxilicis, et Ecclexiis Urbis predictis obtulisset, si ad ipsam Urbem propterea venisset, et Baxilicas, et Ecclexias Urbis predictas ut prefertur visitasset, in altari dicte Majoris Ecclexie, illi videlicet, qui comode poterunt, alii vero qui comode ipsam tertiam partem non poterunt, id quod poterunt; super quo eorum conscientias oneramus, offerre teneantur. Et, ea que ratione dictarum expensarum, et oblationum in dicto altari, ut prefertur, offerentur, per deputandum, seu deputandos per predictum Episcopum, et Collectorem recipiantur, et colligantur, et sub fida custodia reponantur; quorum omnium medietas in Fabriche dicte Majoris Ecclexie convertatur; et reliqua medietas per dictum Episcopum Collectorem ad dictam Urbem in Fabricis Ecclexiarum, et Baxilicarum Urbis predictarum convertenda quantocius fideliter transmittatur, super quo ejus consientiam oneramus. Nulli ergo hominum, etc. Datum Rome apud Sanctum Petrum Kalendis Octobris Pontificatus nostri anno primo.

An. 1391. = Breve del medesimo pontefice a favore de'padri Carmelitani, per fabbricare una nuova chiesa, ed un nuovo convento dentro le mura di Milano. *Carta presso il Fornara, cronaca del Carmine, pag.* 56.

Idem. Lettera de' Fiorentini al conte d'Armagnac, per sollecitarlo a venire contro Giovan Galeazzo Visconte. *Carta in Annal. Mediol.*

Idem. = Due lettere di Jacopo del Verme a Gio. Galeazzo intorno alla vittoria riportata contro il conte d'Armagnac. *Riferite nell' opera interamente.*

Idem. = Lettera di Gio. Galeazzo al sommo pontefice Bonifacio IX, per la vittoria ottenuta contro il conte d'Armagnac. *Charta in Archivio Cæsareo Vindobonensi. Cod. Sign.* 279. = Santissime Pater a cunctis mortalibus merito venerande beatis sub Pedibus devotionem humilem, et devotam. Quia firmissime credo, quod vestra libenter audire desiderat Sanctitas ea, que per prudencie clypeum possint Statum Ecclesiasticum reddere tutiorem, hinc est quod

Digitized by Google

eidem significo reverenter humiliter, ac devote id quod his diebus a persona didici fide digna. Interemto justo Dei judicio Comite Armaniaci, suisque gentibus totaliter dissipatis, Gubernator Astensis rei eventum celerius quo potuit Regi Francie per nuncium proprium studuit intimare. Quo audito fremuit in se ipso, et spiritu excitatus superbo, verba que sequuntur, protulit previo juramento: Amarum Nobis vehementer extitit casum audire dilecti nostri Comitis infelicem. Verum nostris non remanebit pro viribus, quin nostrum propositum per ipsum inceptum circa Statum Ecclesie compleamus. Multaque verba postmodum coram suis proceribus protulit. Quid ardentius? Nuncio nove felicis victorie referenti vultum objecit terribilem, contumelias protulit, ipsumque vice premii pugno percussit enormiter in maxilla. Non enim virus, quod diu latuit, potuit ulterius occultare. Sed Deus Adjutor vester est, qui, sicut principes terre cogitantes inania adversus sacre memorie Dominum Urbanum VI, abjecit sicut pulverem, quem projicit ventus a facie terre, ita hujus furorem propositi adversus vestre Sanctitatis innocentiam, suarum aquarum suffragio suffocabit. Ceterum Florentini hac celitus missa victoria territi suos ad predictum Regem miserunt Apocrisarios hac animi deliberatione, ut Antipape suisque Sequacibus in perfidia adhereant, Regisque sint subditi imperio, sicut ceteri Gallorum, non attendentes miserrimi ea que sunt pacis querere, sed furore potius ebrii disposuerunt fidem Catolicam perdere, libertatemque politicam, fedus cum infidelibus celebrando. Cogitans tandem, Pater beatissime, quod que previdentur jacula, minus feriunt, ut de remedio opportuno vestra provideat Sanctitas, que supra scripta sunt, fideliter intimavi, utque cognoscat fictas Florentinorum blanditias, atque Gallorum insidias odientium virulentas, a quibus predictam Sanctitatem, Sanctumque Collegium Ille, cujus vices in terris geritis, dignetur defendere, et ad triumphum perducere cum suis fidelibus gloriosum. Dat. Papie.

An. 1392. = Decreto del tribunale di provvisione, per l'oblazione annua da farsi allo spedale di san Giacomo de' Pellegrini ai 25 di luglio. *Carta nell'Archivio di quello spedale ora unito coll'orfanotrofio*

Idem. = Lettera di Gio. Galeazzo Visconte al tribunale di provvisione, per far ristorare la basilica di santa Tecla, dove si conservava la croce, con entro uno de' santi chiodi, co' quali fu crocifisso nostro Signore. *Carta ne' Registri Civici sotto quest'anno, fol.* 66.

An. 1393. = Unione del convento di santa Maria *In Strata* di Monza de'frati della penitenza di san Francesco col convento di san Marco di Milano de'padri Eremitani di sant'Agostino. *Carta nell'Archivio de'PP. Francescani Conventuali di Monza.*

Idem. = Editto con cui Gio. Galeazzo stabilì diverse rigorose pene per varj delitti. *Decreta antiqua, pag.* 185.

An. 1394. = Nuovo regolamento dei deputati sopra la fabbrica del Duomo. *Ib. pag.* 207, *et seqq.*

Digitized by Google

An. 1395. = Diploma di Venceslao, re de'Romani, con cui creò duca di Milano Gio. Galeazzo Visconte. *Annal. Mediol. Du Mont ad hunc annum.*

Idem. = Relazione della funzione fatta nel dar la corona ducale a Giovan Galeazzo Visconte mandata da Giorgio Azanello ed Andriolo degli Arisi, cancelliere di quel duca. *Carta in Annal. Mediol. ad hunc annum, et in Missali M.S. in Basilica Sancti Ambrosii.*

Idem. = Lettera del duca ai deputati della fabbrica del Duomo. *Ne'Registri Civici sotto quest'anno fol.* 145, *retro.*

Idem. = Catalogo di ottanta cittadini milanesi i più facoltosi, sopra de'quali furono proporzionatamente divisi diecinovemila fiorini chiesti in prestito dal duca Gio. Galeazzo Visconte. *Carta ne'Registri Civici Ib. fol.* 46, *et seqq.*

MCCCLXXXXV, die Martis XXIII Marzii.

Sapiens vir Dnus Benedictus de Granellis Vicarius Dni Potestatis Mediolani, Dni Duodecim offitio Provixionis Comunis Mediolani Deputati, nec non Dnus Bertolinus de Bonis Referendarius Mediolanensis, in executione suprascriptarum Litterarum Dni deliberaverunt, quod inter Infrascriptos fieret divixio, et compartitio suprascriptorum Florenorum XVIVM, ad computum Florenorum quinque, et quarti medii pro quolibet Floreno super extimo, in quo descripti sunt, correcto per Dnos Filippum de Pescia, et socios superascriptos, quorum nomina, et quantitates extimi predicti sunt hec videlicet.

P. H.

Guidetus de Pagnianis	f. XXXII.	
Dyonisius de Sovvico	» XXX.	
Jacobinus de Tanziis	» XXXII.	
Dnus Marcholus, sive heredes de Marliano	» XXX.	t. II.
Ambrosius Pagnianus f. q. Dni Gullielmi	» XXXIII.	
Andreas de Pagnianis	» XXXIV.	
Antonius de Pagnianis	» XXXIII.	
Conradinus de Porris	» XXII.	
Bartholomeus Liprandus	» XXVIV.	
Landulfus de Giramis	» XXV.	
Filippus de Merate	» XX.	
Georgius Coyrus	» XX.	

P. R.

Dnus Cesar Burrus.	» XLVIII.	
Zambellolus, et fratres de Squassis	» XXXVI.	
Aluysius, et Petrus fratres de Monetariis	» XXXII.	t. II.

Digitized by Google

Johannes de Homodeis, seu eius heredes	f. XXI.	
Albertolus, et fratres de Micheriis	» XXIII.	
Mafiolus de Marliano	» XXI.	
Antoniolus, et fratres de Purixelis de Gallarate	» XXIV.	

P. T.

Dnus Alietus Guazonus	f. XXXVI.	t. II.
Steffanus, et Johannes Miles fratres de Pusterla	» XXXIX	t. II.
Francischolus de Alzate	» XLVI.	t. II.
Molinus de Comite	» XXXVIII.	
Bizardus et Vincentinus fratres de Comite	» XLV.	
Rugirolus de Comite	» XXXVII.	
Franciscolus de Mora	» XLIII.	
Dominichus de Pusterla	» XXXII.	
Ambrosius de Pado	» XX.	
Christoforus, et fratres de Garbagnate	» XXIV.	
Antoniolus de Trivultio	» XXVII.	
Martinus Platus	» XXVI.	t. I.
Leo de Lanpugnano f. q. Dni Pauli	» XXVI.	
D. Ubertinus de Lampugano Legum Doctor	» XXII.	
Ubertinus Balbus	» XXIV.	
Ambrosius de Cazago	» XX.	
Jacobus dictus Azinus f. q. Dni Azini de Caymis	» XXI.	t. I.

Cancel. die XVI Aprilis Mandato Dni Bertolini Referendarii Mediolani.

P. V.

Dnus Johannolus Coyrus sive heredes ejus	» XL.	
Filipolus Coyrus	» XXXVIII.	
Lanzarolus Regna	» XXX.	
Aluysius de Gallarate	» LII.	t. III.
Jacomolus de Gallarate	» XXXII.	t. II.
Trussardus, et fratres de Pergamo	» XXXIII.	t. I.
Andriotus de Mayno sive eius heres	» LIV.	
Antonius de Gixulfis	» XL.	
Johanolus, et Christoforus fratres de Bossis	» XXXVIII.	
Jacobinus Vincemala exceptis Ambrosio, et Presbitero Alberto	» CXX.	
Reynaldus Regna sive eius heredes	» XLVIII.	
Aluysius Coyrus	» XXXII.	
Franciscolus de Fagnano	» XL.	
Franciscolus de Fossato	» L.	
Zentillinus Resta	» XXX.	
Andriolus de Raude sive eius heredes	» XXXIII.	
Gervaxius Resta	» XLVIII.	

Digitized by Google

Rizardus Resta	f. l.	
Pressinus de Monte	» liii.	
Jacobus de Gorgonzolla	» xlviii.	
Franciscolus de	» xxxiii.	
Johanellus Dni Princivali Vincemale	» xxxii.	
Bolus Resta	» lv.	
Beltramolus Beaqua, et frater	» xxx.	
Beltraminus Maynerius	» xl.	
Zanonus Coyrus	» xx.	
Franciscolus Coyrus f. q. Dni Jacobi	» xxiv.	
Georginus, et Franciscolus fratres de Castano	» xxiv.	
Comolla de Cuxano f. q. Lafrancoli	» xx.	
Her. q. Bassiani de pessina	» xxii.	
Mafiolus de Arixiis sive heredes	» xxiv.	
Mafiolus Regna	» xxvi.	
Jamolus de Lampugnano sive heredes	» xxi.	
Filiponus de Paravexino, et fratres	» xxviii.	
Jacobus de Puteobonello	» xxii.	
Stefanus Cutica	» xxvi.	t. ii.
Antoninus Resta	» xxv.	
Georginus Resta	» xxviii.	
Ambrosius de Balbis de Marnate	» xxvii.	
Zuchinus Crivellus	» xxiii.	
Princivalus, et fratres de Landriano	» xxi.	
Zolus Vincemala	» xxii.	
Marcholus Vincemalla	» xxvi.	
Antoniolus de Landriano f. q. Dni Ambrosii	» xxii.	t. ii.
Johanolus de Landriano f. q. Dni Ambrosii	» xxii.	
Jacobus de Landriano	» xxii.	
Ambrosius, et fratres de Landriano f. q. Dni Mafei	» xx.	
Molus Litta sive ejus heredes	» xxii.	

P. C.

Dnus Bertololus de Cuxano	» xxx.	
Her. q. Petroli de Cuxano	» xxx.	
Mafiolus Comes	» xlvi.	
Jacobus de Sovvicho, et frater	» xxx.	
Luchinus Grassus	» xxx.	
Luchinus Vincemala	» lv.	
Johannes, et Antonius fratres de Lignatiis	» lxxxxvi.	
Jucobus de Lignatiis	» xxxii.	
Antoniolus de Carchano f. q. Dni Conradi	» xxv.	
Ambrosius de Cuxano	» xxv.	
Andriotus de Cuxano	» xxii.	
Ambrosius f. q. Belorini Liprandi	» xx.	

Digitized by Google

Giorgius de Caxate f. q. Dni Elpinoli	f. XXV.	
Johaninus Vicecomes f. q. Dni Guidetti dicti Pizigoni	» XXVII.	
Aliprandus de Grassis	» XXVIII.	
Petrus, et fratres de Muzano	» XXII.	
Muzius de Grassis	» XXVIII.	
Franch. dictus Betonus de Cremona	» XXV.	
Cristophorus Fidelis	» XXIII.	
Franch. Fidelis sive heredes	» XXVII	
Petrolus Tanzius	» XX.	
Christoforus Pusca	» XXI.	

P. N.

Dnus Ambrosius de Birago	» XXXVII.	t. 1.
Guidotus de Seregnio	» XXX.	
Johaninus de Caxate Miles f. q. Dni Filippi	» XXX.	
Albertinus de Sormano	» XX	
Comelolus de Ferrariis	» XXI.	
Dyonisius Billia	» XX.	
Anibal de Caxate	» XXII.	
Beltraminus de Caxate	» XXIV.	
Belfinolus de Brippio,	» XXIV.	
Desiderius de Birago, et fratres	» XXVII.	
Filipinus de Caxate	» XX.	
Tomaynus de Mandello, et frater	» XXII.	
Guillelminus de Caxate	» XXIV.	
Fatiolus de Archintis	» XXII.	t. 1.
Her. q. Guilli de Blassono	» XX	
Cancel. die XVI. Aprilis Mandato Dni Bertolini Referendarii.		
Francischinus de Dexio	» XX.	

An. 1396. Fondazione di una canonica nel luogo di Monate della diocesi di Milano sotto al titolo della Madonna della neve, fatta da Branchino da Besozzo Milanese vescovo di Bergamo. *Carta nell' archivio della chiesa collegiata di s. Tomaso in terra mara di Milano.*

Idem. = Diploma di Venceslao re de' Romani, con cui a favore di Gio. Galeazzo Visconte, erige in contado la città, ed il territorio di Pavia, ec. *Carta presso l'Annalista di Milano sotto quest'anno.*

An. 1397. = Altro diploma di quel principe, con cui erige il contado d'Angera a favore di Gio. Galeazzo ec. *Carta nell' archivio del castello di porta Giovia nel Codice segn. A. num.* 1. *fol. CXI a tergo.* = Vinceslaus Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus, et Bohemie Rex Illustri Johanni Galeaz Duci Mediolani, Papie, et Anglerie Comiti, suo, et Imperii Sacri Principi gratiam Regiam, et omne bonum. Cum ex multis, et fide dignis Cronicis, et

Digitized by Google

scripturis autenticis, que ad reminiscentiam, et memoriam rerum, clarissimorumque Virorum, et temporum scripta sunt, certissime teneamus antiquam Prosapiam Illustrium Comitum de Angleriæ Mediolanensis Diocesis, Regibus, Ducibus, Comitibus, et multis Viris insignibus floruisse, quos propter eorum strenuitatem, et virtutes, summamque devotionem, quam erga Sacrum Romanum Imperium habuerunt nonnulli Predecessores mei gloriosissimi Imperatores, et Reges magnis beneficiis, et nobilissimis privillegiis extulerunt. Nec solum hoc a Cesaribus assecuti sunt, sed nonnulli Summi, Sacrique Pontifices ipsorum virtutem magni extimantes illos splendidissimis privillegiorum muneribus illustrarunt, habemusque (sic) firmiter, et teneamus a certo Te Johannes Galeaz Majores, Antiquosque tuos, nec non Antiquorum tuorum Predecessores a prefata Illustri, et nobilissima, antiqua Prosapia Comitum de Angleria descendisse, et originem pariter protraxisse. Cumque Tu Johannes Galeaz vetustis his laudibus Prosapie tue predicte tantum splendorem proprie virtutis addideris, et ad eam, quam semper Majores Tui Romano Imperio exhibuerunt devotionem, et fidem accumulaveris, Personam tuam non immerito credimus efferendam. Cupientes itaque Tibi Johannes Galeaz, cui propter Generis tui, tuarumque virtutum nomen apertum est iter ad omnes amplissimas dignitates, dignas gratias de Trono nostre Sublimitatis Imperatorie et erga Personam tuam, tuorumque descendentium munificentiam Cesaream exercere: ac volentes Terram illam Anglerie que quondam sub Majoribus tuis predictis Civitatis, et Comitatus honore fulgebat, cujus fere memoria ex longo cursu temporum abolevit, reducere ad naturam sui proprii, ne vetustate temporis dignitas hujusmodi, et principii dicte tue Domus illustris Memoria deleatur, sed potius nostro beneficio, et claritate tui nominis ad eternam rei memoriam relucescat, pariter, et respiret, non per errorem, aut improvide, sed animo deliberato, et ex certa scientia, sano Principum, Comitum, Baronum, ac Procerum, et aliorum nostrorum, et Imperii Sacri Fidelium accedente consilio Te Princeps dilecte, non ad tue petitionis instantiam, sed de benignitate Regia, motuque proprio, ac tue Originis nobilitate poscente, hodie in nomine Domini, et Salvatoris nostri, a quo omnis Principatus, et honor provenire dignoscitur illustravimus, et illustramus, ac Comitem Anglerie fecimus, creavimus, erreximus, illustravimus, et sublimavimus, facimus, creamus, decoramus, et virtute Patrum erigimus, illustramus, et sublimamus. Decernentes; quod Tu, Heredes, et Successores tui Duces Mediolani etc. Comites Anglerie perpetuis in antea temporibus omni dignitate, nobilitate, jure, potestate, libertate, et jurisdictione, imperio, honore, et consuetudine gaudere debeatis, ac frui continuo, quibus alii Imperii Principes Romani, et nominati Comites Illustres freti sunt hactenus, et quotidie potiuntur. Dictam quoque Terram Anglerie, ejusque districtum cum omnibus, ac singulis suis sibique pertinentibus Villis, Oppidis, Castris, et Terris, aquis, aquarumque decursibus. juribus, jurisdictionibus, et regalibus, et cum infrascriptis Terris videlicet. Terra de Sexto Kalendarum: Terra de Lisanza: Terra de Burgo de Angleria: Terra de Roncho: Terra de Yspera: Terra de Cerro: Terra de Mosio: Terra de Monvale: Terra de Sassobalaro: Terra de Laveno: Rocha Travalie: Terra de Portu: Terra de Asinallo: Terra de Castello: Terra de Cermegnaga: Terra de Luyno: Terra de

Digitized by Google

Macagno Superiori: Terra de Macagno Inferiori: Terra de Sasoxini: Terra de Vira: Terra de Ranza: Terra de Magadino: Terra de Centono: Que Terre sunt ab una parte Lacus Majoris versus Mediolanum; licet antea de districtu Diocesis, seu Comitatus Mediolani esse dicerentur, et reputarentur. Et cum infrascriptis Terris, videlicet: Terra de Cignola: Terra de Aarona: Terra de Mayna: Terra de Lesia: Terra de Bugirate: Terra de Stresa: Terra de Isella superiori: Terra de Isella inferiori: Terra de Mergutio: Terra de Suna: Terra Burgi de Palanza: Terra Burgi de Intra: Terra de Bignizolis: Terra de Ogiabio: Terra Burgi de Canero: Terra Burgi Canobii: Terra de Trefluuijno: Terra de Brisago: Terra de Roncho: Terra de Scona: Terra de Losona: Terra de Soldulo: Terra de Locarno: Terra de Menusio: Terra de Cenero: Terra de Gordoia: Terra de Piozoli: Que sunt ab alia parte dicti Lacus versus Novariam, licet antea de districtu, seu Diocesi Novariensi esse dicerentur. Et cum toto ipso Lacu Majori ejusque ripis a principio dicti Lacus, usque ad finem dicti Lacus, et cum omnibus aliis Terris, et Locis situatis, et positis prope, et super ripas dicti Lacus, et confinantibus dicto Lacui cujuscumque Diocesis, et districtus antea foret Lacus ipse; in verum Comitatum creavimus, erreximus, et errigimus, et creamus, ac de predicte Romane Regie Majestatis plenitudine, ex certa scientia decoramus, Tibi Illustri Johanni Galeaz Duci Mediolanensi de Comitatu hujusmodi Anglerie cum omnibus Honoribus, comitatibus, Nobilitatibus, Juribus, Privilegiis, et immunitatibus quemadmodum Comitatus insignes ab Illustribus Romanis Imperatoribus, sive Regibus possidentur, vel tenentur seu possideri consueverunt hactenus, et a Sacro Romano Imperio dependent in Feudum de benignitate Regia concedentes. Decernentes, et hoc Regio Romano statuentes Edicto, quod Tu, Heredes, et Successores tui predicti perpetuo Comites Anglerie, Terrarumque predictarum nominari, et appellari debeatis in antea, et tamquam ceteri Sacri Romani Imperii Comites teneri, et honorari, ac ab omnibus reputari, omnique jure, privilegio, honore, dignitate, immunitate, absque impedimento perfrui, quibus alii Sacrosancti Romani Imperii Comites in dandis, seu recipiendis juribus, jurisdictionibus in se conferendis, seu suscipiendis Feudis, et omnibus aliis illustrem statum, et conditionem Comitum concernentibus freti sunt hactenus, seu quondam quomodolibet potiuntur. Quodque Tu Heredes, et Successores tui predicti Comites Anglerie Comitatum eundem, cum omnibus suis pertinentiis, sicut expressantur superius a Nobis, nec non a Serenissimis Romanorum Imperatoribus, et Regibus Successoribus nostris, et ab ipso Romano Imperio quando opportunum fuerit, et Nos, et Successores nostros in dicto Comitatu Anglerie, vel in Ducatibus tuis esse contingat, debito solemnitatis honore cum vexillis ut morisest, ac solita reverentia fit, suscipere debeatis, et Sacramentum fidelitatis facere consuetum Dum vero Nos, et Successores nostros extra predictos Comitatus, et Ducatus esse continget quod, ex tunc Tu, Heredes, et Successores tui predicti per solemnes Procuratores, et Nuntios tam predicta Feuda, suscipere, quam etiam consueta juramenta facere valeatis cum solemnitatibus debitis, et consuetis, quemadmodum alii Sacri Romani Imperii Comites Feuda sua suscipere consueverunt. Decernentes, et hoc Romano Regio Edicto statuentes: Quod Tu Johannes Galeaz, et tui Descendentes Duces Mediolani etc. teneatis, et tenere

Digitized by Google

debeatis dictum Comitatum Anglerie, sub nomine Comitatus; et tanquam Comites Anglerie, et quod non possitis, nec valeatis dare, concedere, aut aliquo modo transferre dictum Comitatum Anglerie in aliquam Personam etiam Collateralem, nec ipsum Comitatum a Vobis aliqualiter abdicare, nisi in Personam illius Descendentis, qui post obitum Ducis Mediolani etc. succedere deberet in Ducatibus predictis, et qui tunc sit et vocetur Comes Anglerie; et possitis tam Tu, et tui Descendentes Comites Anglerie post etatem vigintiquinque annorum de Terris, et Locis predictis dare, et in feudum concedere illis Personis, de quibus Vobis videbitur, et placuerit. Ceterum quoad Arma, et Insignia dicti Comitatus Anglerie Viperam informa, qua Majores tui predicti, et Tu Viperam ipsam in bellorum actibus, et ubique strenue detulistis Tibi, tuisque Descendentibus, et Successoribus in infinitum, quos Comites Anglerie esse continget, tenore presentium damus, concedimus, et confirmamus. Quam Viperam ubique tenere, deferre, et portare, ac teneri, deferri, ac portari facere valeatis cunctis temporibus affuturis. Et predicta omnia, et singula valere volumus, et obtinere effectualis roboris firmitatem. Non obstantibus aliquibus legibus, juribus, constitutionibus, consuetudinibus, et clausulis, et aliis concessionibus, vel titulis per Nos sive Predecessores nostros in Imperio aliis factis, collatis, vel concessis super predictis, vel aliquo predictorum, etiam si talia forent de quibus in presentibus oporteret fieri mentio spetialis, quibus omnibus, et singulis, quo ad sublimationem, et creationem, concessionem, infeudationem, et alia supradicta, de plena, et absoluta potestate ex certa scientia derogari volumus, et etiam derogamus. Supplentes omnem defectum, si quis obscurritate verborum, solemnitatis obmisse, seu alio quolibet repertus fuerit in premissis. Jus tamen, quod ex dicta concessione, et creatione in feudo dicti Comitatus habemus, Nobis, et Successoribus nostris in Imperio salvum maneat, et illesum. Nulli ergo etc. Datum Draghe Anno Domini millesimo trecentesimo nonagesimo septimo die XXV Januarii Regnorum nostrorum anno Bohemie XXXIIII Romanorum vero vigesimo primo.

Ad Mandatum Dni Regis
Vo. Drevius Voeth. Cancellarius.

An. 1397. = Altro diploma dello stesso principe, con cui creò Giovan Galeazzo Visconte duca di Lombardia. *Du Mont ad hunc annum.*

1398. = Tregua conchiusa per dieci anni fra Giovanni Galeazzo Visconte duca di Milano e Francesco Gonzaga signore di Mantova. *Carta nell' archivio del regio castello nel codice segnato B. fol.* 22.

Idem. = Editto del duca Giovanni Galeazzo, per trasportare l'Università di Pavia a Piacenza. *Decreta antiqua Mediolani Ducum, pag.* 223.

Idem. = Editto del medesimo duca per la peste. *Ib. pag.* 223.

Idem. = Descrizione del clero di Milano e delle sue entrate. *Carta nell'archivio de'signori Ordinarj della Metropolitana.*

Digitized by Google

An. 1399. = Lettera di Antonio Porro conte di Pollenza a Giovan Maria figlio del duca, coll' avviso del possesso preso della città di Pisa. *Carta ne' registri civici sotto quest'anno, fol.* 47.

Illustri Magnifico Domino meo Domino Johani Galeaz Maria Nato Illustrissimi Principis Domini Ducis Mediolani, etc.

Illustris ac Magnifice Domine Domine mi. Colendum, et celebre novum non solum firmamentum, sed amplificatio, felicitas, et gloria Status Illustrissimi Domini nostri Domini Ducis Genitoris vestri ac vestri, Emullorumque propria, confusio Magnificentie vestre cum debita reverentia nuntiare curavi: hoc est quod hodie ista hora cum triumphantibus vexillis, et nomine dicti Domini mei Ducis; beneplacitoque Magnifici Domini Girardi, et omnium Civium, Urbis istius Pixane dominium ipsius Urbis libere gratias Altissimo, nactus fui. Datum Pixie die XVIIII. Februarii hora XVI. vester Antonius Comes Pollentie.

Idem. = Lettera di alcuni ministri ducali allo stesso principe, coll' avviso del possesso preso della città di Siena. *Carta Ib. fol.* 58. = Magnifice, et Excelse Domine honorande. Notificamus Vobis ad gaudium, quod die undecima mensis Septembris hora XVIIII electa, feliciter intravimus dominium Civitatis Senarum, districtus, ac pertinentiarum nomine, et vice Illustrissimi, Ducis nostri, vestri Genitoris, quam vestri, et Sucessorum suorum, cum libero consensu, et beneplacito Magnificorum Dominorum Priorum, Gubernatorum, Capitaneorum Populi, et Civium universorum. In cujus rei testimonium fecimus curri Civitatem ipsam, fieri fallodia, et festivitates in talibus consuetas; ordinavimus quoque processiones fieri ex tam felici actu debitas, et solemnes Beate Virgini, et Altissimo Creatori qui dignetur Personam vestram semper feliciter conservare. Datum Senis die XII Septembris MCCCLXXXXVIIII.

Ejusdem Dominationis Servitores. Frater P. Episcopus Novariensis.
— Comes Conradus.
— Comes Guido.
— Balzarinus de Pusterla.
— Petrus de Suardis.

A tergo Magnifico, et Excelso Dno Dno Johanni Maria Vicecomiti Mediolani etc.

Idem. = Assenso della signora Lucia Visconte figlia di Bernabò già signore di Milano al di lei matrimonio con Federigo marchese di Misnia. *Carta nell'archivio del castello, nel codice segnato B.* = Interrogatio facta per Illustrem Dominam, et Ducissam Mediolani etc. Inclite Domine Lutie ejus Sorori, et ipsius responsio super matrimonio Comitis de Herbino.

In nomine Domini Amen. Anno a Nativitate ejusdem millesimo trecentesimo nonagesimo nono, Indictione septima die undecimo mensis Maii hora vigesima secunda. In Campanea Papie Ad Turretam Illustrissimi Principis et Excellentisssimi Dni Dni Ducis Mediolani etc. Papie, Anglerie, Virtutumque Comitis, ac Pisarum Dni, videlicet in Camera se tenente, cum Salla magna infrascripte Illustris Dne, et Ducisse Illustris, et Excelsa Dna Caterina Ducissa Consors Illustrissimi Principis, et Excellentissimi Dni Dni Johannis Galeaz Ducis Me-

Digitized by Google

diolani etc. Papie, Anglerie, Virtutumque Comitis, ac Pisarum Dni. In conspectu Inclite Dne Lutie Sororis ejusdem Domine, et Ducisse, et in presentia Reverendi in Christo Patris, et Domini Domini Fratris Petri de Candia Dei, et Apostolice Sedis gratia Episcopi Novariensis, et Comitis; Illustris Principis, et Domini Domini Theodori Marchionis Montisferrati; Spectabilium, et Egregiorum Militum Dominorum Luodovici de Montegaudio; Domini Antonii Comitis Polentii, Otonis de Mandello, et Gasparini de Vicecomitibus Testium infrascriptorum dixit, et proposuit prefate Domine Lutie ibidem presenti, et intelligenti. Quod quemadmodum ipsa Domina Lutia scit prefatus Illustrissimus, et Excellentissimus, Dominus Dominus Dux Mediolani consors ejusdem Domine, et Ducisse a paucis diebus citra dixit, et proposuit ipsi Domine Lutie, ut infra, videlicet. Quod quemadmodum ipsa Domina Lutia scit alias tractatum fuit de dando ipsam in uxorem Comiti de Herbino, nunc Duci Lencastrie, qui Comes eam pro uxore affectabat habere. Et quod ipse Dominus Dux Mediolani tanquam cupidus, et affectuosus de fatiendo rem gratam Illustri Domino Duci Lencastrie, Comiti de Herbino, et de complacendo eidem Comiti de Herbino in omnibus que posset, contentus est, quod ipsa Domina Lutia habeat in Maritum dictum Comitem de Herbino dante unam ex Filiabus suis, uni ex Filiis ipsius Domini, et Ducis Mediolani pro ejus uxore, secundum quod tractatum fuit tempore quo Illustris Dominus Dux Lencastrie Genitor dicti Comiti degebat in humanis; si vult expectare tantum, quod dictus Comes de Herbino, qui ex ordinatione Serenissimi Regis Anglie est ad presens extra Angliam, ad prefati Domini Regis gratiam revertatur. Et ne ipsa Domina Lutia dicere posset, quod propter talem expectationem posset perdere matrimonium, quod compleri debet per Ambasciatores Marchionum Misniensium, qui nuper de Alemannia venerunt pro ipsa Domina Lutia, dixit, et obtulit prefatus Dominus Dux Mediolani eidem Domine Lutie, quod postquam expectaverit dictum Comitem de Herbino per duos vel tres annos, si infra dictum tempus idem Comes se in gratiam prefati Domini Regis non reperierit ne dicta Domi[illegible] dicere posset post dictos duos vel tres annos se frustratam utroq[illegible] videlicet Comitis de Herbino, et predicti March[illegible] Misni[illegible] sunt Ambasiatores predicti. Quod prefatus Do[illegible] Dominam Lutiam pro uxore Domino Gab[illegible] lani a Serenissimo Romanorum Rege le[illegible] accipiet prefatam Dominam Lutiam [illegible] cuerit. Et si sibi non placuerit ac[illegible] Dominus Dux Mediolani eidem [illegible] videbit. Et in casu quo prefa[illegible] num Gabrielem, nec aliu[illegible] mitem de Herbino, con[illegible] expectet dictum Comi[illegible] Comes fuerit in gra[illegible] filiabus suis ut [illegible] prefatus Domi[illegible] [illegible]taret, et deliberar[illegible] [illegible] Ambasiatoribus [illegible]mendo ma-

Digitized by Google

trimonio inter ipsam Dominam Lutiam, et Dominum Federichum Marchionem Misniensem, ut Ambasiatoribus predictis possit debite responderi. Et quod ipsa Domina Lutia ad predicta sic eidem dicta, et proposita per prefatum Dominum Ducem Mediolani respondit, et dixit prefato Domino Duci Mediolani in forma infrascripta. Quod si ipsa Domina Lutia esset certa possendi habere prefatum Comitem de Herbino in ejus Maritum, expectaret tantum quantum posset, etiam usque ad ultimum vite sue etiam si certa foret moriendi infra tres dies postquam matrimonium contractum foret inter ipsam, et ipsum. Sed quod ipsa Domina Lutia considerabat, quod istam certitudinem habere non potest. Considerabat etiam, quod prefatus Dominus Gabriel, quando ipsa Domina Lutia sic expectasset, posset refutare ipsam Dominam Lutiam tanquam senem, et sic non habere unum, nec alium. Et propterea prefata Domina Lutia concludendo dixit, et dicit prefato Domino Duci Mediolani se contentam fore, quod in nomine Domini procedatur cum dictis Ambasiatoribus ad copulandum eam matrimonio cum prefato Domino Marchione Misniensi aliis non inspectis. Quare prefata illustris Domina Ducissa iterate replicando eidem Domine Lutie Sorori sue omnia suprascripta alias sibi dicta per prefatum Dominum Ducem Mediolani interrogavit eandem Dominam Lutiam Sororem suam, si erat, et est illius opinionis, cujus tunc erat, quando suprascriptam responsionem fecit prefato Illustri Domino Duci Mediolani, vel alterius opinionis, et cujus, et quid deliberavit, et deliberat in predictis. Ad que prefata Domina Lutia respondendo prefate Domine Ducisse Sorori sue in presentia omnium suprascriptorum dixit, quod est illius opinionis, cujus erat, quando sic ut supra respondit prefato Domino Duci Mediolani; et quod alio non expectato contenta est, quod in nomine Domini procedatur ad finiendum matrimonium de ipsa Domina Lutia, cum prefato Marchione Misniensi. De quibus omnibus prefata Domina Ducissa, et inclita Domina Lutia, et utraque ipsarum mandaverunt Nobis Johanni de Oliariis, et Catelano de Christianis Notariis, et utrique nostrum, ut unum, et plura si fuerint opportuna publica ejusdem tenoris conficiamus Instrumenta. Presentibus Rev. in Christo Patre, et Domino Domino Fratre Petro de Candia Dei gratia Episcopo Novariensi, et Comite; Illustri Principe, et Magnifico Domino Theodoro Marchione Montisferrati, Magnifico, et Spectabile Milite Domino Ludovicho Domino de Montegaudio, Magnifico, et Spectabili Milite Domino Antonio Comite Pollentii, et Spectabilibus Militibus Domino Ottone da Mandello, et Domino Gasparino de Vicecomitibus inde testibus notis ad premissa vocatis spetialiter, et rogatis. Quod Instrumentum Sigillis pendentibus suprascriptorum Testium pro ipsius corroboratione fuit munitum. Ego Catelanus etc.

Idem. = Istrumento del matrimonio contratto fra i detti principi = In nomine Sancte, et Individue Trinitatis Patris, et Filii, et Spiritus Sancti, et Beate Marie Virginis Matris Dei, et ad honorem, gloriam, et exaltationem Illustrissimi Principis, et Excellentissimi Domini Domini Johannis Galeaz Ducis Mediolani etc. Papie, Anglerie, Virtutumque Comitis, ac Pisarum Domini, et Illustris Domine Catarine Ducisse Mediolani Consortis dicti Illustris Domini Ducis, et Illustrium Filiorum eorundem, nec non ad exaltationem, et gloriam Illustrium Principum, et Dominorum Baldesarii Langravii Turingie, et Fe-

Digitized by Google

derici ejus Filii Marchionum Misnensium, et Illustris, et Excelse Domine Domine Lutie nate quod. Magnifici, et Excelsi Domini Domini Bernabovis de Vicecomitibus contractum fuit Matrimonium per verba de presenti ut infra, et annullorum immissionem juxta formam, et ritum Sancte Romane Ecclesie inter Illustrem Principem, et Dominum Dominum Federichum Marchionem Misnensem absentem, tanquam presentem ex una parte, et dictam Illustrem Dominam Lutiam ex altera, ipsa Domina Lutia presente ut infra, et dicto Domino Federico absente, infrascripto tamen presente suo Procuratore, et Nuntio verbis intervenientibus inter eos in hac forma videlicet. Quia dicta Magnifica, et Illustris Domina Domina Lutia habita plena informatione, et scientia de intentione, et consensu dicti Illustris Domini Federici, quod volebat eam in suam Conjugem, Uxorem, et Sponsam legiptiman, eidemque declarato, mandato, proinde directo ad predicta perficenda, et substantialiter exposito ad plenam ejus intelligentiam, interrogata per Reverendum in Christo Patrem, et Dominum Dominum Fratrem Gullielmum Dei, et Apostolice Sedis gratia Episcopum Papiensem, et Comitem si volebat, et ei placebat habere dictum Illustrem Dominum Federichum in suum legiptimum Sponsum Conjugem, et Maritum, et cum eo licet absente tamquam presente, ac infrascripto ejus Nuntio ejus nomine per verba de presenti contrahere verum, et purum matrimonium, ipsa respondit quod sic; et quod ista erat vera, et pura ejus intentio accipere, et habere dictum Illustrem Federichum in suum Illustrem, et honorabilem Sponsum, atque maritum; et quod ex nunc consentiebat in eum; quibus verbis in lingua vulgari, et italica prolatis per dictam Illustrem Dominam Lutiam, et interpretatis, expositis, et declaratis per Paganinum de Blassono Comitem Palatinum Interpretem Spectabili Militi Domino Federico de Wceleyben Nuntio, et Procuratori dicti Illustris Principis Domini Federici Marchionis Misnensis cum speciali, e singulari mandato ad predicta facienda, et contrahenda, ut patet publico Instrumento tradito per Johanem Ceuther Clericum Maguntinensis Diocesis publicum Imperiali authoritate Notarium Millesimo trecentesimo nonagesimo nono, Indictione octava, Pontificatus Sanctissimi in Cristo Patris, et Domini nostri Domini Bonifatii Divina Providentia Pape Noni anno decimo, quarta die mensis Aprilis, ipse Dominus Federichus Nuntius, et Procurator fuit interrogatus si dicto Domino Marchioni Federicho placebat habere dictam Dominam Lutiam in Uxorem, ac sponsam legiptimam, et si ipse tamquam Nuntius, consentiebat in his sponsalibus, et matrimonio de presenti, qui respondit in lingua teutonica dicte Domine Lutie per verba per dictum Interpretem exposita, et a dicta Domina Lutia, ut asseruit, plenarie intellecta, quo dictus Dominus Marchio Federichus accipiebat, et volebat eam in Sponsam, et Uxorem legiptimam. Et per verba de presenti sic hinc inde prolata, et veraciter intellecta ut dicte Partes asseruerunt, contractum fuit Matrimonium antedictum; quibus sic peractis dictus Spetabilis Miles Dominus Federichus Procurator, et Nuntius nomine dicti Illustris Marchionis Federici dictam Magnificam Dominam Lutiam annullis solemniter subarravit, ac etiam desponsavit, et quantum in eo fuit eidem Domino Marchioni Federicho matrimonialiter copulavit. Actum in Castro Papie, prefati Illustrissimi Principis, et Excellentissimi Domini Ducis Mediolani etc. sito

Digitized by Google

in Porta Sancti Petri ad Murum, in Parochia Sancte Marie in Perticha, videlicet in Sala respondente deversus Zardinum prefati Domini Ducis. Anno a Navitate ejusdem Millesimo trecentesimo nonagesimo nono Indictione septima, die vigesimo octavo mensis Junii hora inter vigesimam secundam, et vigesimam tertiam horam, presentibus Magnificis, et Spectabilibus Viris Domino Comite Antonio de Herbino, Reverendo in Christo Patre Domino Fratre Petro de Candia Dei, et Apostolico Sedis gratia Episcopo Novariensi, et Comite Domino Nicholao Marchione Pallavicino, Domino Comite Conrado de . . . . . Domino Francischo de Barbavariis Camerario prefati Dni Ducis, Antonio Dno Uberteto de Vicecomitibus, et Paulino de Brippio Camerario prelibati Domini Ducis Inde Testibus.

Ego Catellanus de Cristianus etc.

An. 1399. = Lettera del duca Gio. Galeazzo pel buon regolamento delle processioni de' Bianchi. *Carta ne' Registri Civici sotto quest' anno fol.* 57. = Dux Mediolani etc. Papie, Anglerie, Virtutumque Comes, ac Pixarum Dominus.

Multorum relatione percepimus mentes subditorum nostrorum Sexus utriusque plus solito ad cultum divinum, et Gloriose Virginis Marie condignam reverentiam inclinari, cum devotis orationibus in sinceritatis habitu universarum Ecclesiarum Sacramenta visitantes; in quibus oblatis multiplicibus holocaustis propinquas, et longinquas injurias, et offensiones lexoribus, etiam pacis osculo, committentes, depressa viciorum caligine ad Divina Sacrificia convertuntur. De quo gaudere debent universi sperantes se Intemerate Dei Genitricis auxilia Salvatore nostro misericorditer gratiam recepturos. Propter quod volumus quod tam Cives, quam Districtuales Civitatis, et Districtus nostri Mediolani avisari faciatis, quod contenti sumus, ut unusquisque tam Civis, quam Districtualis Civitatis nostre predicte possit, et ei licitum sit facere processiones, et visitationes Ecclesiarum in vestibus albis, vel alterius coloris prout portare disponent : dum modo non commisceantur hominibus aliarum Terrarum a quibus Morbi infectionem sumere possent, ex quo laudaremus, quod inter ipsos talem ordinem apponatis ut Cives absque Districtualibus inter se solum ipsam Processionem faciant, dividendo similiter partes ipsius Ducatus, videlicet Martexanam, Seprium, Bolgariam, et Bazianam, quarum quelibet ab aliis separata suam devotionem prolibito prosequatur; quoniam sic a peste poterunt facilius conservari. Volumus atamen, quod disponentes ad tales visitationes discurrere, ipsas infra quintam diem mensis Septembris proximi futuri debeant perfecisse ut post hec recolitioni bladorum intendant. Ad quod exequendum ipsos vestris ortationibus inducatis.

Datum Papie die XIX Augusti MCCCLXXXXIX. Filippus. Egregiis, Sapientibus, ac Nobilibus Viris Dominis de Consilio nostro Mediolani, ac Magistris Intratarum nostrarum.

Idem. = Editto pubblicato dal vicario del Podestà di Milano al segno del Leone per notificare al pubblico un giocatore di biscazza. *Ib. fol.* 54. *a tergo.*

Digitized by Google

An. 1399. = Condicillo del duca Gio. Galeazzo, dove ordina la fondazione di un monistero di Monache nella sua Corte di Milano, presso la Chiesa di san Gotardo. *Carta nell' Archivio del castello nel codice segn. B.* = In nomine Domini. Amen. Anno a Navitate ejusdem millesimo trecentesimo nonagesimo nono Indictione septima die vigesimo sexto mensis Madii hora quartadecima in Castro infrascripti Illustrissimi Domini Ducis Mediolani etc. sito in Porta Sancti Petri ad Murum, in Parrocchia Sancte Marie In Pertica, videlicet in Camera cubiculari ejusdem Domini Ducis. Illustrissimus Princeps, et Eccellentissimus Dominus Dominus Iohannes Galiaz Dux Mediolani etc. Papie, Anglerie, Virtutumque Comes, ac Pisarum Dominus per gratiam Iesu Christi mentis, et corporis sospitate perfruens, volens hac particulari dispositione sue ultime voluntati providere presentem sub notato modo condidit Codicillum. Imprimis vult, ordinat, et disponit, ac sue firme intentionis est, quod fiat, et construatur ex bonis prefati Domini unum Monasterium sub Regula Sancti Benedicti in Civitate Mediolani prope Ecclesiam Sancte Marie nuncupate sub vocabulo S. Gothardi sitam in Curia Mediolani prefati Domini. Item vult, jubet, et disponit, quod in dicto Monasterio sic facto esse debeat Abbatissa una, et Moniales viginti, conditionis, et etatis infrascripte ultra Conversas eis necessarias, que Moniales singulis horis debitis celebrare debeant Divina Offitia in dicta Ecclesia. Et ut dicta Abbatissa, et Moniales possint vacare ut supra Divinis Offitiis prefatus Dominus Dux Mediolani etc. vult, jubet, et disponit, quod pro victu, et vestitu, et aliis necessariis eis Monialibus quovismodo annuum redditum Florenorum mille, et majorem redditum, si majori dicta summa indigeant, per ipsas percipiendas ex tot possessionibus ipsi Monasterio assignandis per prefatum Dominum, vel ejus heredes, qui sint dicti annui redditus Florenorum mille, et majoris, si majori indigeant ut supra. In quo Monasterio prefatus Dominus vult, jubet, et disponit, quod sint, et observentur Ordines, et Constitutiones infrascripte. Primo, quod dicte Moniales accedere debeant a Monasterio suo ad dictam Ecclesiam per quoddam Corratorium fiendum ab ipso Monasterio ad partes dicte Ecclesie, prout designabitur per Dominum prefatum, vel alios deputandos. Item, quod nulla Monialis possit recipi in Monasterio predicto, nisi excedat etatem annorum quadraginta. Item. quod nulla Monialis ibi poni possit, nisi ex parte Patris, et ex parte Matris de nobili Prosapia nata sit. Item, quod prefatus Dux ejusque Heredes, et Descendentes debeant esse Patroni Monasteri supradicti. Et hanc suam ultiman voluntatem asseruit esse velle, quam valere voluit jure Codicillorum, vel cujuscunque alterius ultime voluntatis, qua melius valere potest, et eam ab omni herede, et Successore suo firmiter, et inviolabiliter observari. Rogans prefatus Dominus Me Notarium infrascriptum, ut de premissis publicum conficiam instrumentum, et etiam Testes infrascriptos ut predicti Codicilli sui, et Premissorum omnium sint Testes. Presentibus Spectabilibus Viris Domino Francischo de Barbavariis Camerario. Domino Ottone de Mandello, Domino Filippino de Milliis Legum Doctore facundissimo Consiliario, Domino Henricho de Caresana Magistro Intratarum Extraordinariarum, Magistro Gusberto de Maltraversis, et Menghino de . . . . de Bonomia Camerario prefati Domini Ducis. Inde Testes.

Digitized by Google

Ego Catelanus de Christianis Genitus qu. Domini Francischini Jurisperiti publicus Papiensis Apostolica Imperialique auctoritatibus Notarius scribaque prelibati Illustrissimi Principis, et Excellentissimi Domini Domini Ducis Mediolani etc. hanc cartam michi fieri jussam rogatus tradidi, et subscripsi.

An. 1400. = Privilegio conceduto dal tribunale di provvisione ai pp. Carmelitani per la fabbrica della nuova chiesa e del nuovo monistero *Fornari. Cronaca del Carmine pag.* 61.

Idem. = Lettera del duca Gio. Galeazzo alla citta di Piacenza, con molti ordini intorno alla peste. *Annal. Placent. ad hunc annum.*

SECOLO XV.

An. 1401. = Sfida di Roberto di Baviera eletto re de' Romani mandata al duca Gio. Galeazzo, e sua risposta. *Carte presso il Corio sotto quest' anno.*

Idem = Lettera scritta da Brescia a Milano, colla notizia di una vittoria riportata dai nostri contro le truppe del predetto re Roberto. *Carta ne' Registri Civic sotto quest'anno, fol.* 94.

An. 1402. = Lettera dei generali ducali al duca Gio. Galeazzo colla notizia della vittoria riportata contro i Bolognesi a Casalecchio. *Ib. fol.* 100. *a tergo.* = Illustrissime Princeps, et Eccelentissime Pater, et Domine noster. Quia de fortificationibus quas ad hunc pontem Casalegii, et super fovea Canalis Bononiam defluentis fieri fecerant Gentes adverse, que erant ibidem acampate Nobis varie refferebatur; ideo pro avixamento fortificationis hujusmodi, et videndo qualiter ipse Gentes adverse extra dictum Campum suum trahere vellent, Nos Pandulfus, Albericus, et Jacobus huc heri venimus cum bona parte gentium Campi vestri, et breviter avixatis vixis, et consideratis omnibus que voluimus, et consideranda venerunt, subsequenter deliberavimus omnes simul ad dictum Pontem hoc mane venire cum toto Campo, et sic in Dei nomine factum est. Aplicuimus enim ad ipsum Pontem hodie bona hora. Et premisso Domino Galleaz de Grumello Marescalco vestro cum illis Gentibus, de quibus Nobis apparuit, et omnibus Balestreriis vestris equestribus, servatisque in omnibus ordinibus per Nos datis, expugnatur ecce, et virili ac dura pugna devincitur una fortis Bastita, que in anteriori dicti Pontis capite constructa erat. Obtinetur deinde Pons, et ultra transitur usque ad foveam dicti Canalis Bononiam alabentis. Et ibi alius Pons constitutus, et bene sbaratus strenua tandem pugna devincitur, et habetur. Gentes deinde vestre cum dictis adversis Gentibus sunt ad manus, quarum aties ibidem ordinatas ipse Gentes vestre rumpunt, et lacerant. Deindeque ponunt totaliter, ac penitus in conflictu,

Digitized by Google

easdem adversas Gentes capiendo, vulnerando, et occidendo, et fugientes per montaneam versus Bononiam insequendo, adeo quod omnes sunt aut capti, aut mortui, aut vulnerati. Capta sunt similiter signa sua, inter alios notabiles capti sunt ambo filii Domini Francischi de Carraria, Bernardonus, Tartalia, Sfortia, et alii multi notabiles, de quibus successive scribemus, et de his informatus, est Gavardus Trombetta mei Jacobi. Datum XXVI. Junii.

Vestri Filii Francischus de Gonzaga Pandulfus, et Malatesta de Malatestis.

Vestri Albericus Comes Cunii, et Jacobus de Verme.

Illustrissimo Principi, et Excellentissimo Patri, et Domino nostro Domino Duci Mediolani etc.

An. 1402. = Lettera come sopra coll'avviso del possesso preso della città di Bologna. *Ib. f.* 102. = Illustris Princeps, et Excelse Pater, Domine noster. Sicut ante Celsitudinis Vestre conspectum presentialiter veniens Dominus Jacobus de la Cruce vobis refferet viva voce, hodie circa horam tertiarum in Dei nomine, et Gloriosissime Matris sue Beatissimique Apostoli Sancti Petri excursa fuit nomine Celsitudinis Vestre Civitas vestra Bononie per Magnificum Filium Vestrum Dominum Pandulfum, ac Dominum Galleaz de Grumello, et Facinum de Canibus cum una parte Campi vestri clamantibus omnibus tam Civibus, quam Gentibus vestris Vivat Dux Mediolani, Vivat Dux Mediolani. Nos vero dum ipsa Civitas sic excureretur remansimus cum alia parte Gentium vestrarum ad Portam Civitatis, que erat jam vestro nomine fornita, et profecto per illa que cognoscere, et videre potuimus Cives dicte vestre Civitatis versus Celsitudinem Vestram sunt bene dispositi, et devoti, libenterque, et affectuose viderunt eandem vestram Civitatem vestro nomine sic excurri. Dimisso autem in dicta vestra Civitate prefato Filio vestro Domino Pandulfo pro Locumtenente, et Domino Marsilio de Torellis pro Potestate, fornitisque bene Balistreriis equestribus, et aliis de quibus Nobis aparuit, omnibus Portis dicte vestre Civitatis numero duodecim, quibus Excellentia vestra habet de duodecim bonis, et fidis Conestabilibus providere, huc regressi sumus, nec de istis partibus discedemus donec Excellentia Vestra mandaverit quid fiendum. Nobis hic existentibus cum Campo vestro, et Portis bene fornitis ut dictum est nullum de ipsa vestra Civitate potest evenire sinistrum. Datum in Campo poxito justa Caxaluchlum die XXVIV. Junii MCDII

Vestri Filii, Franciscus de Gonzaga. Malatesta de Malatestis. Albericus Comes Cunii, et Jacobus de Verme.

Joannes de Bent voliis olim de Bononia trucidatus est per Populum Bononie.

Estorius de Manfredis non reperitur.

Idem. = Due Lettere circolari del duca Gio. Galeazzo; una per la detta vittoria di Casalechio, e l'altra per la conquista di Bologna. *Charta in annal. Mediol. ad hunc annum.*

Idem. — Ultimo condicillo del duca Gio. Galeazzo. *Carta presso il Benalia. Del Magistrato Straordinario, pag. 3, et seq.*

Digitized by Google

An. 1402. = Lettera de' due figli del fu Gio. Galeazzo Visconte duca di Milano a Venceslao re de' Romani, colla notizia della morte del loro padre. *Carta nella Bibilioteca Ambrosiana. Cod Sign. I. Num. IL.*

Idem. = Lettere circolari degli stessi due principi, coll'avviso della morte e dell'esequie ordinate per l'estinto duca loro padre. *Charta in Annal. Bergom. ad hunc annum.*

Idem. — Descrizione de solenni funerali fatti al predetto duca Gio. Galeazzo. *Charta Rer. Italic. Tom. XVI, col.* 1021, *et seq.*

Idem. = Giuramento di fedeltà prestato al nuovo duca di Milano Giovan Maria Visconte, detto *Anglo* dai delegati della città e del ducato di Milano. *Charta apud Sitonum Monum. Vicecomitum, pag.* 22, *et seq. et in Archivio Castri Portæ Jovis in Codice Sign. A. I. fol.* 21.

An. 1403. = Due privilegi d'immunità conceduti dal duca, uno a Balzarino Pusterla, e ad Orsina Visconte sua moglie, e l'altro al monistero degli Olivetani di santa Maria di Baggio da essi fondato. *Carte ne' Registri Civici sotto quest'anno, fol.* 121, *e* 122.

1404. = Ordine del duca Giovan Maria al Tribunale di provvisione di far atterrare la cittadella della porta Vercellina e di rinforzare le mura della città. *Carte ne' Registri Civici sotto quest'anno, fol.* 129 *a tergo.*

Idem. = Registro delle antiche decime della diocesi di Milano. *Nell' Archivio de' Signori Canonici Ordinarj della Metropolitana. Cod. in fol. Sign.* † *Num.* 67.

Idem. = Carte intorno alla fondazione della canonica regolare di santa Maria di Casoretto presso Milano. *Pennot. Historia Tripartita ubi de hac Canonica.*

Idem. = Ordine ducale, con cui il borgo di Trivillio fu conceduto in feudo al sig. Francesco Visconte, e poi pe'suoi demeriti fu a lui ritolto. *Carte nell'archivio di Trivillio.*

Idem. = Convenzione fra il sig. Mastino Visconte figlio di Bernabò già signore di Milano ed Armano di Vendemberg vescovo di Coira. *Nel Registro delle carte spettanti alla Terza Decade degli annali di Como del padre Tatti.*

Idem. = Ordine ducale, con cui la città di Bergamo e la Ghiara d'Adda, toltone Trivillio vien data in feudo al sig. Mastino Visconte, etc. *Annal. Bergom. ad hunc annum.*

Idem. = Lettera ducale al tribunale di Provvisione in favore di Orlando de' Redaello, che aveva difesa la città. *Carta ne' registri civici sotto quest'anno, f.* 138.

Digitized by Google

An. 1405. = Convenzione fra il duca e la città di Milano. *Carta ne' Registri civici, sotto quest'anno, fol.* 139, *a tergo, et seqq.*

Capitula servanda per Illust. Illust. Dominum Dominum Nostrum Dominum Ducem Mediolani, et per Comune Mediolani etc.

Primo quod Comune Mediolani teneatur, et debeat tradere seu dare Prefato Domino super Intratis, et omnibus bonis, et rebus infrascriptis ipsius Domini, et etiam Comunis Mediolani Florenos XVIm. ad computum solid. XXXII pro quolibet Floreno in mense despensandorum per Comune Mediolani cum deliberatione Domini, et Conscilii sui ut infra videlicet. Pro lanziis quinquecentum ad computum Florenorum XVI pro qualibet paga in mense in suma Flor. VIIIm.

Item pro pagis mille peditum computatis Portinariis Castelanis Custodibus portarum, et omnibus alliis pagis tam Civitatis, quam Ducatus Mediolani, et computatis pagis pedestribus Civitatis Ducatus Terre, Modoetie, ac Terre, et Comitatus Anglerie ad computum Florenorum trium pro qualibet paga in mense in suma Flor. IIIm.

Item pro Salariis comitive Domini, et familiarium suorum in mense Flor. M.

Item pro Salariis Consciliariorum, et aliorum Offitialium in suma Flor. M.

Item pro expensis Domini Potestatis Mediolani, et aliorum Offitialium Comunis Mediolani usq. in suma Flor. D.

Et si plus expendi expedit, vet expediet pro Salariatis dicti Comunis, et alliis diversis expensis tam ordinariis, quam extraordinariis possit recuperari, et solvi pro ut infrascriptis Capitulis continetur.

Item pro expensis prefati Domini vestimentorum ac cibi, et potus, et pro domesticis, et totta universa Curia, et quarumlibet aliarum expens. in suma Flor. IIm. D.

Sicquod predicta omnia procedant ad defensionem conservationem, et utilitatem Status prefati Domini, et Comunis Mediolani.

Item quod dispensationi fiende de dictis Florenis XVIm. intersint Offitiales constituendi per Comune Mediolani secundum formam infrascriptam videlicet quod dent quatuor personas in scriptis de quibus Dominus, et ejus Conscilium eligant unum una cum Offitialibus prefati Domini (et quod scriptiones et monstre fiende stipendiariis tam equestribus, quam pedestribus, et cassationes eorum fiant per dictos Offitiales constituendos per Comune Mediolani una cum Offitialibus prefati Domini). Et si minus contingat expendi singulo mense de predictis Florenis XVIm. ocaxionibus suprascriptis quod illud tottum quod restabit de dicta suma Florenorum XVIm. conservetur per Comune Mediolani nomine prefati Domini expendendum postea pro utilitate prefati Domini et Comunis Mediolani secundum deliberationem antefati Illustr. Domini Nostri ejusque Conscilii, et Comunis Mediolani.

Item si contingat ultra suprascriptas et infracriptas expensas contentas in suprascriptis et infrascriptis capitulis necessario aliquas allias expensas debere ut puta fieri pro trasmissione aliquorum Ambasiatorum vel nuntiorum, vel pro aliquibus expensis fiendis aliquibus Ambasiatoribus huc venientibus, donis eis fiendis vel pro fornimento alicujus exercitus si contingat exercitum poni in aliqua parte, vel pro constructione aliquarum bastiarum vel similium oc-

Digitized by Google

cureutium fieri pro diffensione, et tutela Status prefati Domini, et Comunis, et Civium Mediolani quod tunc, et eo casu prefatus Dominus ejusq. Conscillium, et Comune Mediolani habeant providere an tallis expensa sit utilis, vel necessaria quo viso quod sit utilis, vel necessaria pro Statu Domini, et Comunis Mediolani dictum Comune debeat providere super recuperatione pecunie sufficientis pro talle expensa.

Item quod omnes Intrate datia, et etiam trafegum, et lucrum dicti trafeghi Salis Civitatis, et Ducatus Mediolani tam ordinarie, quam extraordinare prefati Domini, et etiam Comunis Mediolani percipiant predictum Comune Mediolani nomine prefati Domini pro satisfatione pro tale expensa.

Item quod omnes Intrate terre Modoetia, et terre Comitatus Anglerie que expectant prefato Domino tam ordinarie quam extraordinarie, et trafegum, et lucrum Salis precipiatur per suprascriptum Comune Mediolani nomine prefati Domini pro satisfactione ut supra.

Item quod omnes reditus, et proventus, et allia emolumenta possessionum, et bonorum immobilium prefati Domini exsistentium in Civitate, et Ducatu Mediolani, et in terra, et territorio Modoetie, et terra, et Comitatu Anglerie percipiantur per supracriptum Comune Mediolani nomine prefati Domini pro satisfatiendum ut supra.

Item quod omnes condempnationes facte, et fiende, et omnia bona rebellium presentium, et futurorum existentium tam in Civitate Mediolani quam in Ducatu Mediolani, et in terra, et territorio Modoetie ac in terra, et Comitatu Anglerie percipiantur per dictum Comune Mediolani nomine prefati Domini, et satisfactione, ut supra. Quod prefatus Dominus, contentus sit quod de predictis condempnationibus factis, et fiendis nulla fiat gratia vel remissio alicui persone.

Item quod prefatus Dominus dignetur non facere aliquam exemptionem, concessionem, nec Immunitatem de predictis Datiis Intratis Trafeghis, et Lucro salis, nec aliquibus ab inde dependentibus, et si qua vel que facte sunt totaliter revocentur, et penitus annullentur exceptis imunitatibus quas habent illi de agnatione domini Mediolani, et illi de Galbiate, et Olzinate, ac eorum consortes, et complices qui dictas imunitates a Magnifico Domino Domino Bernabove per modum, et formam concessas per prefatum Dominum Bernabovem tantum quas confirmavit Illustr. quon. Dux memorie recolende secundum tamen formam concessionis prelibati quon. Domini Bernabovis.

Item quod prefatus Dominus sit contentus quod non fiant alique donationes de bonis predictis, nec aliquo allio modo alienentur bona predicta, nec aliquid eorum, nec aliqua Intrata de predictis salvo quod de bonis immobilibus suprascriptis possint fieri dationes insolutum, que tamen fiant per prefatum Dominum cum deliberatione sui Conscillii, et Offitii Provixionum Comunis Mediolani.

Item quod si prefatus Dominus obligasset aliquas ex Intratis prefati Domini seu Comunis Mediolani incepturis in Calendis Januarii prox. futuri vel aliquo allio modo alienasset aliquam ex ipsis Intratis que nunc assignantur dicto Comuni, et ex nunc assignata esse intelligantur universa Credita, et debita prefati Domini, et Comunis Mediolani de quibus creditis, et debitis licitum

Digitized by Google

sit, et liceat dicto Comuni exigere, et recipere usq. ad illas quantitates pro quibus reperiantur alienate, vel obbligate, et quod ressiduum quod exigetur, vel exigi continget conservetur nomine prefati Domini pro solvendo alliis creditoribus prefati Domini, et Comunis Mediolani, vel prefati Domini tantum.

Item quod prefatus Dominus sit contentus quod per ipsum Dominum seu aliquem ejus Offitialem non imponantur aliqua prestita onera, gravamina, nec alique tallie dicto Comuni Mediolani, nec singularibus personis ipsius Civitatis, et Ducatus, nec Comuni, nec singularibus personis terrarum Modoetie, et Anglerie, et ejus Comitatus salvis suprascriptis, nec aufere alicui aliquid contra jus.

Item quod predictum Comune Mediolani Vicarius, et duodecim Provixionum possint, et debeant predictas Intratas, et bona ordinare regulare, et conservare, et ordinari regulari, et conservari facere cridis prefati Domini taliter quod non transeant in sinistrum salvo quod deliberationes ipsorum datiorum, et cujuslibet eorum (et innovationes si quas fieri velle contingeret circha ipsa Datia vel aliqua eorum fiant cum deliberatione prefatorum Domini, et ejus Conscillii), et quod Offitiales pro dictis Intratis, et expensis recipiendis destribuendis, et conservandis secundum formam suprascriptorum Capitulorum nominare possint, et sindicare, ac ad rationem ponere, prout eis visum fuerit; hoc intelecto quod circha ellectionem seu nominationem predictorum Offitialium predicti Vicarius, et duodecim debeant pro quolibet Offitio dare in scriptis personas quatuor que eis suffitientes videantur presentandas Domino ejusq. Conscilio qui quidem Dominus ejusq. Conscilium elligant ex predictis illum vel illos qui sibi videntur, duraturos in dicto Offitio ad beneplacitum prefati Domini, et Comunis Mediolani.

Item quod per quemcumque Rectorem Civitatis, et Ducatus Mediolani fiat jus, et justitia cuicumq. absolvendo absolvendo, et condempnando, et condempnando indefferenter, et quod prefatus Dnus dignetur facere conservari justitiam cuicumque. Conscilium dignetur similiter se fortem facere quod per nullum cujusvis Status, et conditionis existat justitia impediatur tam in civilibus, quam in criminalibus, et quod ulterius nullus Civis, vel qui habeatur pro Cive Mediolani possit habere, nec exercere merum imperium in Civitate, nec Ducatu Mediolani, nec in terra Modoetie.

Item quod si contingat dictas Intratas, res, et bona predicta non sufficere ad satisfactionem dictarum expensarum, quod tunc et eo casu liceat, et licitum sit dictis Communi, et hominibus Mediolani ipsum ressiduum recuperare a suprascriptis Communibus, et hominibus dictorum Communium illis magis equalibus, et abilioribus modis, qui sibi videantur, cum deliberatione præfatorum Dni, et Conscillii.

Item quod per offitium provixionum suprascriptum possint, et debeant videri, et examinari, ac concludi, et terminari omnes, et singule rationes dictorum Domini, et Communis Mediolani, una cum Offitio, seu Offitialibus deputatis per prefatum Dominum, ejusq. Conscilium, et compelli possint per dictum Offitium provixionum omnes, et singuli debitores prefati Domini, et Communis Mediolani ad solvendum dicto Communi omne, et totum id, de quo erunt debitores, pro describendo, et conservando ut supra, et quod dictis Offitialibus,

Digitized by Google

et dicto Offitio provixionum dentur, et exibeantur omnes, et singuli libri quaterni, liste, et filze, et omnia allia ad predictas rationes fatiendas per quamcumq. personam penes quas sint et in futurum esse contingent, pro predictis rationibus fiendis, et examinandis.

Item quod predictum Offitium provixionum, et per Offitiales deputandos per prefatum Dominum ejusq. Conscilium possint examinari restaura facta a tempore novitatis Magnifici quondam Dni Bernabovis circa, utrum licite, e injuste facta sint vel non, et super ipsis deliberare, et declarare, ac providere, prout vere viderint convenire.

Item quod per dictum Offitium provixionum, et per Offitiales deputandos per prefatum Dominum ejusq. Conscilium possint videri, et examinari dationes in solutum facte de quibuscumq. bonis spectantibus, seu que spectabant Dominationi Mediolani utrum licite, et juste facte sint vel non, et super eis deliberare, et declarare pro ut iuri viderint convenire.

Item quod de denariis, qui reperientur superabundare dictis florenis XVIm. ex Intratis, bonis, reditibus, creditis, et rebus predictis fiat per dictum Commune Mediolani bona, et diligens gubernatio, et conservatio, nomine prefati Dni, tam pro satisfaciendo expensis extraordinariis superius descriptis, si quas fieri continget, quam etiam pro solvendo, et satisfatiendo Creditoribus et necessitatibus prefati Dni, et multis expensis tam ordinariis, quam extraordinariis incumbentibus Communi Mediolani ultra suprascriptos florenos D. satisfatiend. semper pro prius majori necessitate.

Item quod prefatus Dnus, ejusq. Conscilium quibuscumq. ora, et die, seu deputandi ab eis possint videre rationes quas dictum Commune fatiet, et habebit super dictis Intratis, bonis, reditibus, rebus, et alliis ut supra continetur.

Item quia incumbunt Communi Mediolani multe expense, quid pro oblationibus que fiunt per Commune Mediolani, quid pro multis salariatis a dicto Communi, et alliis, qui ascendunt singulo mense ultra expensam florenorum D. superius declaratam circa florenos DC, et ultra etiam predictas expensas incumbunt multe allie expense extraordinarie pro reparationibus meniorum, et fortalitiorum Civitatis, ediffitiorum Communis Mediolani, et aliorum diversorum cotidie ocurentium prefatus Dnus contentus sit, quod ex dictis denariis qui superabundarent, prout superius est declaratum, et etiam de reditibus bonorum rebelium, antequam aliter de eis disponatur expendi possint per dictum Commune pro suprascriptis expensis occurent, ut supra cum deliberatione Dni, ejusq. Conscilii.

Item quod DD. Vicarius, et XII. provixionum Communis Mediolani temporibus debitis concorditer elligant sex Cives Mediolani bonos, et legales pro qualibet porta, qui sex Cives elligant postea duos Cives pro qualibet porta, qui preesse debeant dicto Offitio provixionum, qui duo electi pro qualibet porta presententur prefato Dno, ejusque Conscilio confirmandi per prefatum Dnum ejusq. Conscilium, prout eis videbitur.

An. 1405. = Lettera di papa Innocenzo VII a Pietro da Candia arcivescovo di Milano, chiamandolo a Roma; colla risposta dell' arcivescovo. *Carte nella Biblioteca Riccardiana di Firenze.*

Digitized by Google

An. 1405. = Convenzione fra Gabriele Visconte signore di Pisa ed il maresciallo Buccicaldo governatore di Genova a nome del re di Francia. *Carte nel Codice Diplomatico del Dumont sotto quest'anno.*

Idem. = Lettera di frate Pietro da Candia a frate Francesco da Creppa, con cui l'avvisa d'essere egli stato creato cardinale, e che il papa gli avea accordato l'arcivescovato di Milano, in commenda, per la qual cosa gli conferma la dignità di suo vicario generale. *Charta apud Tiraboschi Histor. Humil. III, in Notis, pag.* 46, *et seq.*

An. 1406. = Lettera di Gio. Maria Visconte duca di Milano al podestà di Bergamo, con cui lo avvisa, che il signor Carlo Malatesta aveva conchiusa una tregua fra esso duca e il signore di Lodi, coi capitoli di quella tregua. *Chron. Bergom. ad hunc annum.*

Idem. = Decreto di fr. Pietro da Candia cardinale ed arcivescovo di Milano dato in questa città, nella sua curia presso a Campo Santo. *Tiraboschi supracit. pag.* 44, *et seq.*

Idem. = Editto ducale con cui conferma le solite oblazioni della città di Milano. *Carta ne'Registri Civici sotto quest'anno. fol.* 155.

An. 1407. = Lettera del duca di Milano a favore de'nobili signori Beltramolo Melzi e Cristoforo Arese destinati suoi ambasciatori al re di Francia. *Carta ne'Registri Civici sotto quest'anno fol.* 167, *a tergo.*

1408. = Diploma dello stesso duca, con cui accordò l'esenzione ai giurisperiti del collegio di Milano. *Charta in Collectione Privilegiorum dicti Collegii typis edita.*

Idem. = Ordine del duca con cui prescrisse, che il consiglio generale della città di Milano, ch'era di novecento persone, si riducesse a sole settantadue, dodici per ciascuna Porta. *Carta nei Registri Civici sotto quest'anno, fol.* 9.

Idem. = Avvertimenti di Carlo Malatesta a Gio. Maria Visconte duca di Milano trasmessi alla città, perchè glieli suggerisse alle occorrenze. *Carta ne'Registri Civici sotto quest'anno, fol.* 68. = Egregie Sapiens Doctor, ac Nobiles Amici Carissimi.

Antequam de partibus istis discederemus, visum mihi fuit aliqua in scriptis dimittere tam utilia, quam necessaria, ad conservationem Status Illustris Dni Ducis Mediolani, prout videbitis per Foleum introclusum. Que ubi sic Vobis in tottum vel in partem videantur, affectuose rogo, ut illorum observantiam memorare per sepe prefato Dno Duci non tedeat, sicuti melius, et convenientius videritis expedire.

Datum in campo Ducali penes Cassanum dum equm ascenderem pro tran-

Digitized by Google

secundo ad partes meas die XXVII Augusti 1408 hora XVIII — Carolus de Malatestis — A tergo Egregio Sapienti legum Doctori Dno Turberto de Tortis Vicario Provixionum Mediolani, nec non Nobilibus Amicis Carissimi duodecim dicte Provisionis.

In nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti, et gloriosissime Genitricis Dni nostri Hiesu Christi Marie semper Virginis Domine nostre. Beati Ambrosii, et omnium Sanctorum et Sanctarum.

Memoria eorum, que mihi videntur, principaliter fienda per Illustrem Dominum . . Ducem Mediolani pro conservatione, et augmento Status Sui, et utilitate suorum Subditorum.

Quod ante omnia, et super omnia Regem Regum, et Dominum Dominantium, a quo est omnis potestas in cello, et in terra veneretur, et colat.

Quod suos diligat Cives, quia eum ipsi dilexerunt, et jure, amor debet esse reciprocus.

Quod sit solers ad curam regiminis.

Quod se abstineat a superfluis donationibus, et expensis, et precipue guerra durante.

Quod guerras toto posse diffugiat.

Quod caveat a crudelitate, et ab inconsulta credulitate.

Quod nihil inconsulte promittat, sed promissa inviolabiliter servet.

Quod nullo modo quantum in ipso est permittat discensionem seminari inter ipsum, et fratrem, quia esset amborum consumptio.

Quod si aliqui niterentur inter eos suscitare discordiam, taliter puniantur, quod ceteris speculum fiant.

Quod provideat in domo sua retinere sibi fidos, et suspectos expellere.

Quod elligat Consilium sibi fidum, et placitum, et nullum alium permittat se intromittere de Statu suo.

Quod provideat quod Supplicationes, et littere que veniunt signande manu sua prius approbentur per Consilium suum, vel per Mallatestam, vel per alium sibi fidelem, ne ex inadvertentia errores eveniant; sicut hactenus maximi evenerunt.

Quod nullus de Consilio justitie, sive de suis domesticis possit litteras, vel edicta facere, aut fieri facere, que infringant dirrecte, vel indirrecte statuta, et ordines, tam Civitatis Mediolani, quam Illustris Domini olim genitoris sui. Et hoc quia ab experto, sepe vidi, quod amor, odium, et pretium sepissime domesticos, et Consilium suum a veritate diverterunt. Et si hoc non facit, certissimum se reddat, quod suum destruet Statum, et in brevi. Nichil ergo aliud exeat ab ore suo, nec aliud permittat per suos referri, quam quod fiat justitia per Judicem, ad quem spectat.

Quod non permittat illos de Consilio justitie de jure suorum Civium aliter se intromittere, nisi quod providere habeant, et provideant, quod statuta, et edicta serventur per Offitiales, et non servantes puniant statim secundum decreta, et statuta, quod si neglexerint eadem pena puniantur, qua non servantes puniendi forent. Et ultra ad beneplacitum Domini. Et liceat quibuscumque acusare non servantes, et non fatientes servari. Et detur accusatori medietas pene (si fuerit pecuniaria), et alia Camere applicetur.

Digitized by Google

Quod si quis accusatus fuerit, aliquid tentasse, vel comisisse contra Statum, vel honorem suum, nolit contra ipsum procedere inconsulto Malatesta sive alio qui prefuerit gubernationi Statu Sui, quoniam domestici sui minus sunt partiales, aliax cito periclitabit, et suos in desperationem adducet. Et credat mihi, et de hoc certissimus sit.

Quod quantum potest caveat ne ponat paesanos ad custodias suarum fortilitiarum, sed forinsecos fideles. non enim est bonum Statui suo Cives potestatem habere in suis fortilitiis. Et de hoc sumat exemplum ab Inclitis progenitoribus suis. Videtur michi insuper bonum, quod quamdiu Malatesta aderit in partibus istis de ponendis ipsum consulat, quia non est credendum, quod Socer suus velet, aut assentiret, quod facta sua male procederent. Et si huic Capitulo obiceretur me non sic fecisse, respondeo quod duplici causa fuit. Nullum namque sibi fidum forinsecum agnoscebam, nec de meis ponere volebam, ne forte dubium posset oriri, me ipsius fortilitias usurpare.

Quod nullo modo sit partialis, sed benefatientes remuneret, et malefatientes puniat. Et dicentibus oppositum, vel aliter consulentibus nulla ratione consentiat. Alias vhe ipsi, et Statui suo.

Quod quantum potest caveat ne partiales Offitiales, suis subditis tribuat et si propter partialitatem aliquem suum Offitialem deprehenderit injustitiam ministrare, ad mortem irremissibiliter dampnet, nec flectat se ad oppositum precibus adulantium, aliter error novissimus erit prior priore.

Quod obstinatos rebelles nec precibus nec pretio substineat, neque ipsis parcat, sed ipsos faciat puniri secundum formam justitie, ut aliis transeant in exemplum.

Quod quia non decet nolit propriis manibus punire Rebelles, multo magis, nec alios,

Quod Volentibus ad fidelitatem reddire misereatur (sed quoniam multi ipsum sub hac spetie deceperunt) talem ab ipsis cautionem summat, quod non valeant amplius rebellare, et si rebellaverint possit ipsos punire expensis eorum, ut non opporteat quantum in eo fuerit, propter perversorum malitiam, gravare subditos obedientes.

Quod prestantes auxilium, vel Consilium Rebellibus irremisibiliter puniat, et in hoc magnam habeat advertentiam, et solertiam.

Quod non prebeat audientiam Consulentibus melius fore Rebelles devastare, quam parcere ad obedientiam redire volentibus, quia quoscumq. destruit de suo destruit.

Quod non permittat fortelitias ab aliquo hedificari, sed hedificatas destrui fatiat, preter eas, que propter publicam utilitatem necessarie sunt. Et de his quam pautiores potest retineat. Et illas bene fatiat fortificari, et custodiri.

Quod suis Civibus onera non imponat, nec ipsos depauperet, ut lupos rapaces plusquam divites faciat, sed ipsos gravet propter publicam utilitatem tantum secundum opportunitatem.

Quod propter Civium suorum consolationem et sui, sibique astantium exonerationem Cives semper videre possint, in quo suum expenditur.

Quod onera equaliter imponantur, et potentibus ea supportare, et non miseris, et in habilibus ut onera sint, et non proficiant.

Digitized by Google

Quod nemo potens, et habilis prece, vel pretio, vel alia ratione durante presenti guerra sit exemptus.

Quod si illi quibus datur onera dividere reperiuntur propter odium aliquem aggravare enormiter, vel amore prede, seu pretio aleviare, aut exhimere acriter, et iremissibiliter puniatur; aliter respublica Mediolani, et Dni Ducis male, pejusque succedet in dies.

Quod habiles ad solvendum, et obstinati nolle debito, et sibi injuncto tempore solvere acriter, et irremissibiliter puniantur. Et semper pena nichilominus addatur pene, usquequo obedierint. Obstinatio namque talis est consumata rebellio minusq. dampnosum est Reipublice suorum Civium bona absque fructu consumere, quod sit, cum pecunia non oportuno tempore, et post necessitatem expenditur.

Quod onera tempestive imponantur, et solerter exigantur, ut fructosa, fiat expensa, e non inutilis, et dampnosa, ut hactenus.

Quod precipiat Curialibus suis quam strictius potest, quod non presumant impedire exactiones dirrecte, vel indirrecte. Et hoc si non faciet magis possibile est Asinum volare, quam possibile fuerit suum statum conservare.

Quod Stipendiariis, et Custodibus debita solvantur, et debito tempore, et fiant ipsis monstre, et exigantur deffectus. Et fatientes damna puniantur.

Quod non permittat Offitia vendi (certum enim est neminem Offitium emere sine spe indebiti lucri), et hoc fieri nequit sine maxima subditorum jactura, et injuria justitie, propter hoc venditiones Offitiorum non sine causa prohibuerunt leges, et canones.

Quod nemo possit per alium Offitium exercere, nec aliquis vice alterius, nisi infirmitas, vel alia necessaria causa prohibeat per se posse Offitium exercere.

Quod si quis repertus fuerit Offitium emere, vel vice alterius offitium exercere medietatem suorum bonorum amittat, et per decenium ab omni Offitio suspendatur.

Quod liceat quibuscumq. taliter delinquentes accusare, et dimidium mulcte lucrentur, aliud vero dimidium Camere applicetur.

Quod Offitiales secundum Statuta, et Decreta sindicentur, et juxta ipsa absolvantur, et puniantur.

Quod Sindicatores contrafatientes accerrime, et irremissibiliter puniantur.

Quod pro Deo, et quantum cari pendit Statum suum ad preces, aut suggestiones aliquorum, nollit hec aliqualiter impedire.

Hec quidem omnia que michi utilia visa sunt Statui Illustris Domini predicti, suorumque Civium comodo, propter debitum meum, quia absens, gubernationi Status sui, adesse non possum de qua inter ceteros Illustris qu. Genitor suos de me considere dignatus fuit, recedens notari feci, et ad perpetuam mei excusationem, nomine meo propria manu subscripsi. Et in omnibus, et per omnia, subscripta Illustri Domino Germano suo similiter consulo. Carolus.

An. 1408. = Lega fra il duca di Milano, il marchese di Ferrara ed altri signori di Lombardia contro di Ottobon Terzo. *Carta presso il Muratori nelle Antichità Estensi. Part. II, pag.* 147, *et seq.*

Digitized by Google

An. 1409. = Lettera del duca alla città, per procurare la pace con Facino Cane conte di Biandrate. *Carta ne' Registri Civici sotto quest' anno, fol.* 105, *et* 106.

Idem. = Lettera del duca di Milano alla città, con un compendio degli Articoli della pace da lui stabilita con Facino Conte di Biandrate. *Carta ne' Registri Civici sotto quest'anno, fol.* 131, *a tergo, et seq.*

Dux Mediolani etc.

Spectabili Militi Dno Potestati nostro Mediolani, nec non Egregio, et Sapienti Legum Doctori Dno Vicario Provisionum Communis nostri Mediolani.

Dilecti fideles nostri. Celeste bonum pacis inter Nos, et Nostros ex una parte, et Magnificum Facinum Comitem Blandrate etc. et Suos ex altera nuperime celebrate, ecce vobis per presentes ad gaudium nuntiamus, Volentes quod pacem ipsam sub effectu summarii epilogi introscripti, futura proxima solempni die Jovis Sacratissimi Corporis Christi, in hac nostra Civitate Mediolani hora tertiarum per quecumq. loca consueta dicte Civitatis publicari, quam solemniter fieri poterit faciatis. Faciendo ulterius pro tante tamq. salutifere rei solempnitate fieri triduanas processiones, cum luminosis falodiis. et sonitum Campanarum ad letitiam pleniorem. Datum Mediolani die IV. Junii MCDVIIII.

Ubertus.

Ad laudem Omnipotentis Domini nostri Jesu Christi, et Gloriosissime Domine Genitricis sue Virginis Marie, et Beatorum Appostolorum suorum Petri et Pauli, ac Beati confessoris, et Patroni nostri Ambrosii, et denique totius Celestis Curie triumphantis nec non ad honorem, et commodum Illustrissimi Domini nostri Domini Ducis Mediolani etc, suorumq. Civium et Subditorum.

Notum sit Universis, et singulis, quod inita, celebrata, et firmata fuit, et est inter prefatum Dominum nostrum Ducem, ejusq. Colligatos, Recomendatos Adherentes, Feudatarios, Complices, et Subditos, ac Territoria, ac Subditos, et Homines ipsorum Colligatorum, Recomendatorum, Adherentium, Feudatariorum, et Complicum ex una parte, et Magnificum Facinum Comitem Blandrate etc, ejusd. Colligatos, Recomendatos, Adherentes, Feudatarios, Complices, Subditos, et Territoria, ac Subditos et Homines ipsorum Colligatorum, Recomendatorum, Adherentium, Feudatariorum, et Complicum ex altera, bona vera et sincera pax, et concordia utrinque perpetuo duratura, sub modis, et articulis infrascriptis videlicet.

Primo quod cessantibus hinc inde molestis, et offensis, et obliteratis mutuis injuriis, atq. dampnis, liceat partibus, ac Colligatis Recomendatis, Adherentibus Feudatariis, Complicibus, et Subditis unius partis, ac Subditis, et Hominibus ipsorum Colligatorum, Recomendatorum, Adherentium, Feudatariorum, Complicum, et Subditorum, ire, stare, pernotare, et traffigare super Territoriis alterius partis, et pariter reddire pro libito suo tute, libere, et impune, solutis tamen datiis usitatis, et illud idem liceat aliis alterius partis reciproce facere super territoriis alterius partis.

Digitized by Google

Item quod non obstante quod alique terre, et fortalitis Ducatus Mediolani bono respectu dimittantur prefato Comiti Blandrate liceat tamen quibuscumq. Civibus, et habitatoribus tam Mediolani, quam aliunde subditis prefati Domini Ducis Mediolani pro libito suo ire, et mittere cum suis rebus, et bonis, et bestiis quibuscumq. ad terras predictas, et ad quaslibet alias partes Ducatus, ac colere, et coli facere quascumque suas possessiones, et bona, et fructus, redditus, et proventus quoscumq. exinde libere percipere, et habere, et de eis pro libito suo disponere. Et etiam ire, et mittere ad dictas terras prefato Comiti Blandrate dimissas, et reddire, et quecumq. bona sua tam in ipsis terris, quam in earum territoriis existentia possidere, et gaudere, et de ipsis similiter disponere pro suo libito voluntatis tute, libere, et impune prout facere solebant et poterant ante guerram proxime preteritam.

Item quod liceat omnibus, et singulis Exiticiis Mediolani bannitis, et non bannitis, ac qualitercumque condempnatis, mulctatis, seu suspectis, dum tamen Exiticii non sint propter homicidia in Civitate Mediolani commissa, repatriare pro libito suo, et quecumque bona sua propria gaudere, et possidere. Aliqua alienatione de ipsis bonis facta quomodolibet non obstante. Et quod de omnibus bannis sibi datis, et condempnationibus de eis factis, ac processibus exinde sequtis usque ad presentem diem libere exhimi debeant, et pariter exhimantur. Et ex nunc intelligantur, et sint prorsus exempti. Eo salvo quod infrascripti non possint intrare usque ad certum tempus deliberationi, et dispositioni Illustris, et Magnificorum Dominorum, Domini Marchionis Monferrati, et Domini Pandulfi de Malatestis reservandum, Civitatem Mediolani; videlicet Dominus Gasparinus de Vicecomitibus, Domini Uberteti, Otto qu. Domini Antonii de Vicecomitibus Militis de Cislago, Gentilis Domini Antonii Militis de Orago, Aloysius, et Gaspar fratres qu. Dni Guideti de Pusterla, Johannes de Pusterla de Venegono qu. Bonifatii, Johannes, et Gravazius Fratres de Aliprandis qu. Dni Pagani, Andreas qu. Gu. de Alibrandis Speronus, et Fratres de Petrasancta qu. . . . . Andreas, et Paulus Fratres de Badagio qu. Domini Balzaroli Militis, Antonius naturalis qu. Johannis de Badagio, Cesar de Burris qu. Domini Francisci Militis Franciscus, Antoniolus, et Symoninus Fratres de Burris, Franciscolus dictus Agagnius de Mayno, Johannes dictus Bayus de Besozero, et Aluysius de Terzago.

Item quod pro majori robore dicte pacis, neutra partium, nec Colligati, Recomendati, Adherentes, Feudatarii, et complices unius partis debeant receptare aliquos amodo Homicidas, Bannitos, Robatores, et Malefactores alterius partis, sed habitos potius tradi facere in manus, et fortiam offitialium alterius partis ad omnem requisitionem suam.

Anno suprascripto currente MCDVIIII die Jovis sexto mensis Junii scilicet in festo Solempnitatis Corporis Domini Nostri Jesu Christi, proclamata, et pubblicata fuit suprascripta pax in omnibus, et per omnia prout superius continetur hora tertiarum sono Campanarum premisso in Broletto novo Comunis Mediolani ad Arengeriam sitam in eo Broletto per Bertolinum tubetam prefati Illustrissimi Domini in presentia innumerabilis multitudinis Civium Mediolani, et ad premissam pubblicationem ad perpetuam rei memoriam denotati fuerunt pro testibus Ambrosius Grimoldus f. qu. . . . P. H. P. S.

Digitized by Google

Babille, Antonius de Arluno f. qu. . . . . P. N. P. S. Euxebii, Beltramolus de Pergamo f. qu. Marcheti P. N. P. S. Silvestri, et similiter Antonius de Gallarate dictus Camella, per quem similiter dicta pax proclamata fuit ad Scallas, Pallatii novi dicti Comunis, et Jacobinus de Rolandis, omnes precones Comunis Mediolani. deindeq. subsequenter dicta pax proclamata fuit per suprascriptum Bertolinum Trombettam super platea Arengi justa portam Curie prelibati Domini, presente maxima multitudinem Civium Mediolani.

Idem. = Lettera di Alessandro V, sommo pontefice, prima frate Pietro da Candia arcivescovo di Milano, con cui notifica alla città di Milano la sua elezione al sommo pontificato. *Carta ne'Registri Civici sotto quest'anno, fol.* 165, *a tergo.*

Alexander Episcopus Servus Servorum Dei. Dilectis Filiis Nobilibus Viris Vicario, et Duodecim Provixionum Comunis Mediolani, salutem, et apostolicam benedictionem. Sit laus, et gloria in excelsis Deo, qui in terra pacem hominibus bone voluntatis esse concessit, popolumque Christianum miserabiliter hactenus laceratum ex diuturna, ac perniciosa scissura ad salutarem redintegrationem sua inefabili misericordia, et benignitate perduxit. Quis Enim dilecti filii si damna incomoda pericula Animarum, et cetera detrimenta que ex detestabili, ac pernicioso scismate, proveniebant quotinie, fraudesque, et collusiones eorum, qui hanc tam exitiosam pestem ausu sacrilego nutrire, et inveterata male agendi calliditate perpetuare sattagebant, considerare voluerit, ac deinde hanc mirabilem populi Christiani reconciliationem tanta concordia, ac tam unanimi voluntate conglutinata animadverterit erit non gratulandum Domino, et Salvatori Nostro Jesu Cristo totis cordis afectibus extimabit. Rexpexit enim Deus populum suum, et tantarum ansietatum quantas longa dudum peperit scissura misertus contra pacis hostes, et Christiane quietis perfidos inimicos, fautoresque, et nutritores inveterati scismatis viam omnium indubitatissimam, ac efficacissimam generalis Conscilii non solum apperuit, verum etiam ad finem optatum mirabili progressu, et votiva rerum obsecundatione perduxit. Atque ut vobis dilecti Filii summa rerum gestarum ad Vestri consolationem per nostras litteras innotescat, noverit prudentia vestra, quod idem Sacrum generale Conscilium in maxima frequentia, et copiosissima multitudine Prelatorum, atque Oratorum, nec non Magistrorum in Theologia, et Jurisdoctorum clerique, et populi mirabili concursu ex diversis Mundi partibus, ac variis nationibus pro pace, et unione Christianorum in hac Civitate Pisarum solemniter, canonice congregatum cum omni maturitate procedens, et cunctis que servari debuerunt rite servatis, contra Petrum de Luna, et Angelum Corario, olim de papatu damnabiliter contendentes, seu verius colludentes sententiam tulit diffinitivam per quam ipsos, et eorum utrumque propter enormia, et notoria iniquitates, crimina, ed excessus a Deo, et sacris canonibus esse, et fuisse ipso facto abjectos privatos, et ab Ecclesia prensos hereticos, et a fide devios declaravit ipsosque, et eorum utrumque per eandem deffinitivam Sententiam ex abondanti privavit abjecit, et percidit; Ecclesiam vacare Romanam ad cautelam insuper decernendo, prout in ipsa Sententia, que vobis, et ceteris fidelibus transmitetur, eadem vestra prudentia poterit latius intueri. Post quam sententiam Venerabiles Fratres Nostri Sancte Romane Ecclesie Cardi-

Digitized by Google

nales, de quorum numero tunc eramus, cupientes prefate Ecclesie de pastore idoneo providere, expectato consueto dierum spatio, et omni solemnitate diligenter servata de consensu generalis Conscilii prefati, quod etiam in Collegium ipsorum Cardinalium, licet ad eos Romani Pontificis spectare dignosceretur electio tamen pro majoris firmitate consensus super hoc auctoritatem suam plenarie contulit, et trasfudit. Conclave pro ejusdem Pontificis electione, ingressi post longos, et varios tractatus, tandem ad nostram humilitatem respitientes, unanimi omnium censensu Nos tunc Basilice XII Apostolorum Presbyterum Cardinalem, in Romanum Pontificem eligerunt, qui quanquam nostre imbecillitatis Conscii, Nos esse impares tanto oneri putaremus tamen in Altissimo confisi, et ab eo directionem, et gratiam sperantes colla sumisimus oneri perferendo. Hec igitur dilecti filii ad vestre prudentie notitiam, quos semper unionis, et pacis cupidos zelatores fuisse percepimus, per presentes nostras litteras deducere properavimus, totis affectibus exhortantes, quatenus pro tam salutaris, atque optate redintegrationis munere misericordi atque miseratori nostro Deo gratias agentes, ad hujus boni conservationem, atque augmentum totis viribus excitemini. Nos qui erga devotionem vestram paterna, ac precipua efficimur in Domino caritate promptos, et paratos offerentes in cunctis que cum Deo possumus vobis atque vestris efficaciter complacere. Dat. Pisis sexto idus Julii Pontificatus nostri anno primo.

A tergo. Dilectis filiis Nobilibus Viris. Vicario, et Duodecim Provixionum Comunis Mediolanensis.

An. 1409. = Imposta di una tassa di otto soldi sopra ogni fiorino d'estimo sopra le case, detta tassa delle case. *Carta ne Registri Civici sotto quest'anno, fol.* 136.

Idem. = Lettera di Facino Cane conte di Biandrate al duca di Milano intorno all'arrivo de'Francesi in Italia. *Carta Ib. fol.* 139.

Idem. = Editto ducale, che il fiorino d'oro non si possa spendere più che per soldi cinquanta. *Carta ne'Registri Civici, fol.* 106, *a tergo.*

Idem. = Editto del duca e del suo governatore, intorno al corso delle monete *Carta ne'Registri Civici, fol.* 149, *a tergo.*

Pro parte Illustrissimi, et Excellentissimi Principis, et Domini Domini Ducis Mediolani etc. cum Consilio, et deliberatione Illustris, et Magnifici Domini Domini Gubernatoris, et cum consilio, et deliberatione Domini Vicarii et Duodecim Provixionum Cummunis Mediolani, et Adjunctorum. Volentes evitare prestita taleas, et alia extraordinaria, que semper fuerunt Nobis inter cetera exoxa, ac aliis certis bonis respectibus concernentibus bonum, et pacificum Statum nostrum, et Subditorum nostrorum, et maxime hujus Alme Civitatis, et civium ejusdem, et attendentes, quod moneta, que usque in presentem diem fuit suscitata, fuit, et est causa inducendi penuriam Statui nostro, et Merchatoribus nostris, Volentes de salubri remedio providere decernimus, quod de cetero fabricentur bone Monete, et quod omnes Monete fabricate usque nunc expendantur secundum cursum infrascriptum.

Digitized by Google

Quod Octini expendantur pro Imperialibus octo pro quolibet ipsorum.
Quatrini veteres pro Imperialibus quinque pro uno.
Sexini veteres pro imperialibus septem.
Pichiones novissimi pro Imperialibus decemocto.
Pichiones Galeaz.
Et Picchiones Crucis } Pro Imperialibus viginti uno pro uno.
Pichiones veteres pro Imperialibus viginti duobus pro uno.
Sexini novi fabricati in Papia pro Imperialibus quattuor.
Imperiales veteres pro Imperiali uno.
Imperiales novi vocati bissoni pro tertiis duobus Imperialis unius pro uno hoc est, quod tres valeant duos Imperiales.

Ubertus.

Publicata die Sabati ultimo Augusti MCDVIIII, per Bertolinum Trombettam.

An. 1409. = Lettera, con cui si vede che il duca aveva ritolto la precettoria della casa di santa Croce, altre volte di santa Maria del Tempio, a frate Antonio Morigia, e l'aveva conferita a frate prevosto de'Giorgi. *Carta ne'Registri Civici sotto quest'anno, fol.* 175.

Idem. — Altra lettera ducale in cui si comprende che si arrolava la milizia urbana, e che tale incumbenza era stata data ad un ufficiale delle ducali costodie o guardie del corpo. *Carta Ib. sotto quest' anno, fol.* 178, *a tergo.*

An. 1410 = Altri editti ducali intorno alle monete. *Carte ne' Registri Civici sotto quest'anno, fol. I, a tergo, fol.* 3, *fol.* 6, *a tergo.*

Idem. = Imposta fatta dal duca per pagare il convenuto col sig. Estore e col sig. Gio. Carlo Visconte. *Carte ne'Registri Civici sotto quest'anno, fol* 39, *et* 16 *a tergo.*

Idem. = Imposta del dazio della catena del naviglio. *Carta Ib. fol* 44.

Idem. = Ordine del duca al podestà di Milano, perchè formi i processi contro i fratelli da Desio, che avevano dato il castello di Marignano ai Malatesti. *Carta Ib. fol.* 53.

An 1411. = Lettera ducale a favore de'nobili vecchioni della metropolitana. *Carta Ib. fol.* 76.

1412. = Ordine del nuovo duca Filippo Maria Visconte alla città di Milano, perchè torni ad eleggere un nuovo consiglio generale in numero di novecento cittadini, il quale poi elegga i sindaci e i procuratori per dare il giuramento. *Carta ne'Registri Civici sotto quest'anno, fol.* 132.

Digitized by Google

An. 1412. = Capitoli accordati dal duca alla Comunità di Trivillio. *Carta nell'Archivio di quella Comunità.*

1413. = Capitoli conchiusi fra il duca di Milano e Valentina Visconte, per la resa del castello di Monza, riferiti dal Corio sotto quest'anno.

Idem. = Avviso del duca alla città di Milano d'aver egli ricevuta una lettera dal re de'Romani, in cui lo aveva chiamato suo figlio e lo aveva assicurato dalla sua real protezione. *Carta ne' Registri Civici sotto quest' anno, fol.* 158, *a tergo.*

Idem. = Editto per la milizia urbana e forese. *Carta ne'Registri Civici sotto quest'anno, fol.* 175 *a tergo.*

Idem. = Editti sopra il corso delle monete d'oro. *Carta ne'Registri Civici sotto quest'anno, fol.* 173 *et* 173 *a tergo.*

Dux Mediolani Verone etc. A tergo Egregiis, et Sapientibus Viris Potestati, et Vicario Provisionum Communis nostri Mediolani.

Dum bene cogitavimus, inter Alia reipublice comoda, et quod Principi, et patrie nomem prestat laudis, et bonam facere fabricari Monetam, et ex omni studio velle, quod nec aurum cursum habeat majorem respective ad argenteam monetam, nec quod ipsa moneta illum superet, ultra debitum justo, valoris, facto namq. ordinate assagio, et convenienti computo per viros industrie in talibus praticos, Vobis inotescat aperte ducatum auri, qui hactenus pluribus successivis annis cursum excessivum habuit, ultra communem argenti predicti valentiam valere solum, et coequaliter soldis quadragintanovem in argento illius monete, que moderne in hac nostra Civitate curit, et expenditur, et per respectum ad illam, quam ordinavimus de proximo fabricari. Nolentesque amplius hoc inconveniens, et dispendiosum ipsi reipublice tollerare, hoc Nostro decreto, quod amodo vim legis habere volumus, et servari, ac in volumine aliorum Ordinum, et Decretorum Nostrorum hujus Civitatis nostre inseri, et describi ad litteram prout jacet, ac etiam sono tube in consuetis locis dicte Civitatis publicari, sancimus, decernimus, et mandamus. Quod facto preconio, memo cujusvis preeminentie status, et conditionis existat, audeat, debeat nec presumat dare, seu expendere, nec recipere aliquem ducatum auri, nisi dumtaxat pro soldi quadragintanovem imp. monete nostre argenti ad presens currentis in dicta nostra Civitate Mediolani, et que in futurum curret, et eodem modo intelligimus de floreno, et aliis monetis auri, sive pluris, sive minoris valimenti, quod non plus expendantur, seu dentur, aut recipiantur quam valeant respectu ad Ducatum predictum, et ipsum valorem argentee monete nostre impositum, ut prefertur, sub pena florenorum vigintiquinque pro quolibet Ducato, et alia moneta auri respectu ducati, unicuiq. contrafacienti, applicanda pro tribus partibus Camere Nostre, et pro quarta accusatori, et quilibet accusator in hoc tenebitur secretus. Et ne quis ex Imperialium moneta, quos propter eorum Paucitatem, etiam fabricari decerni-

Digitized by Google

mus in solutionibus fiendis, ex eo quod fieri velent in dicta moneta Imperialium causam pretendere valeant ullius gravaminis, decernimus presentium continentia, quod indictis Imperialibus nulla fieri possit invito creditore a decem libris ejusdem monete supra, et in omnibus, et per omnia secundum quod forma provisionis aliax edite superinde plenius continet, et explanat. Dat Mediolani die XI Augusti MCDXIII. Indict. sexta. Conradinus.

Cridata ad Scallas pallatii per Jacobinum Rolandum sono tube die XII. Augusti.

Dux Mediolani Verone etc.
Papie, Anglerieq. Comes

A tergo Spectabili, Egregioq, et Sapientibus Legum Doct. Potestati, et Vicario provisionum Civitatis nostre Mediolani.

Ad hoc ut equalitas servetur in valimento Monetarum auri nunc, et imposterunt currentium in ista Nostra Civitate Mediolani, et ut ipse omnes alie monete auri correspondeant ducatui auri, quam per solempne decretum nostrum nuperrime Vobis emanatum ordinavimus ammodo cursum habere debere solummodo solidorum quadragintanovem imperialium monete argenti nunc currentis, et que in futurum curret in dicta Nostra Civitate. Fecimus per sufficientes, et in talibus expertas personas avisari diligenter Schutum auri, et facto asazio juxta morem monetarum auri, ed ad Campionum ordinatum repertum fuit ipsum Schutum valere solidis tribus cum dimidio plusquam valeat dictus ducatus, et non pluribus. Et propterea pro declaratione, et effectuali observantia predicti Nostri Decreti, volumus, vobis mandamus, quatenus ad Scallas Pallatii magni siti in Brolleto Communis Nostri Mediolani et in quibuscumq. aliis locis consuetis dicte nostre Civitatis sono tube publice divulgari, et proclamaris faciatis, quod non sit aliqua persona cujusvis gradus status, et conditioni existat, que audeat, neque presumat dare, seu expendere, nec recipere aliquem Schutum auri justi ponderis, nisi dumtaxat pro solidis quinquaginta duobus cum dimidio ipsius monete nostre argenti, ut presertur, nunc, et in futurum in dicta nostra Civitate currentis sub pena Florenorum vigintiquinque pro quolibet Schuto pro tribus partibus aplicanda Camere nostre, et pro reliqua quarta parte accusatori, et quilibet accusans tenebitur secretus. Faciendo proinde hunc Ordinem Nostrum in fine predicti Nostri Decreti, et Ordine aliorum Decretorum Nostrorum inseri, et describi. Dat. Mediolani die XXI Augusti MCDXIII.

Johannes.

Cridat. per Jacobinum de Rolandis sono tube die Merchurii XXIII Augusti ad Scallas Pallatii.

An. 1413. = Lettera del duca di Milano con cui ordina, che tutti i cittadini milanesi debbano concorrere alle spese da farsi per la venuta del re de'Romani. *Carte ne' Registri Civici sotto quest'anno fol.* 182.

Idem. = Lettera del duca, con cui avvisa la città della concordia da lui stabilita col re de' Romani, e del giuramento di fedeltà, che gli aveva prestato. *Carta ne' Registri Civici sotto quest'anno, fol.* 186.

Digitized by Google

An. 1414. = Convenzione stabilita fra il duca di Milano e Pandolfo Malatesta signore di Brescia. *Charta apud Dumont ad hunc annum.*

Idem. = Breve di papa Giovanni XXIII in favore di Manfredo della Croce abate del monistero di sant'Ambrogio di Milano. *Carta apud Aresium in Serie Abbatum Sancti Ambrosii, et Indice Privilegiorum, pag.* 99, *et seq.*

